

U. U. 5.

77

2/1

ERN. FRID. CAR. ROSENMÜLLERI

PHILOS. D. AA. LL. /M.

27
111.5
SCHOLIA

IN

VETVS TESTAMENTVM

TOMVS TERTIVS

IESAIAE VATICINIA COMPLECTENS



Schaff

SECTIO PRIOR

LIPSIÆ

SVMTV IOH. AMBROS. BARTH

MDCXCI.



3917

92.372

II



P R A E F A T I O.

Idem omnino, quod in praefatione ad Scholia in Pentateuchum significabam, consilium, etiam in hac, quam nunc emitto, operis mei parte, mihi erat propositum. Erat autem illud hoc, ut partim sacrarum litterarum studiosis, partim aliis, qui vel multorum librorum suppellectili destituti essent, vel negotiorum occupationibus impediti, multa scripta consulere non possent, librum traderem, in quo optima, quae ad Sacrorum Hebraicorum librorum interpretationem facerent, collecta inuenirent. Quamquam hoc propositum in hac quoque Iesaiæ explicatione mihi semper ob oculos versabatur; in vaticiniorum tamen tractatione aliam paullo viam ineundam existimaui, quam in libris historicis. Quae tractationis diuersitas, quibus in rebus posita sit, paucis

nunc exponam. Ac primum quidem, quum ipse vñ intellexissem, quantum ad carminis cuiusvis intelligentiam faceret rerum et sententiarum, in quibus animus poetae versatus fuerit, nec minus temporis, quo carmen quodque editum sit, notitia; id agendum putavi, vt in *argumento*, cuique carmini praemisso, primo rerum et sententiarum summam nexumque breuiter enarrarem, deinde, rationes, cur vaticinium quodque, eo, quo ego inepi et finiui, loco, incipiendum et finiendum mihi visum fuerit, indicarem, denique, vt tempus, quo carmen quodque scriptum est, vel, si fieri potuit, certa et indubitata ratione, vel probabili saltem coniectura constituerem. — Quibus omnibus praestructis, accessi ad ipsam carminis explicationem, in qua maxime elaborandum duxi. in eo, vt omnes loci, verba omnia, quae villo modo obscura viderentur, ita illustrarentur, vt sententia loci cuiusque, potestas cuiusque verbi, ita appareret, vt etiam intelligentiae orationis omnia, et impedimenta, et adiumenta, paterent. Cuius laboris difficultas, cum iam per se satis magna esset, aucta est interpretum antiquiorum et recentiorum variis iisque frequentissimis dissidiis, quorum saltem potissima, non indicare tantum breuiter, sed diiudicare quoque et examinare, quan-

quantum potuimus, ad consilium nostrum pertinebat. Quo in labore, quamquam Vitringae, optimi interpretis, diligentia, quoad antiquiores certe, haud parum adiuti sumus; tamen in illius laboribus non acquievimus, sed etiam illos, quibus Vitringa iam usus fuerat, ipsi denuo inspeximus, et ex iis, quae utilia videbantur, selegimus. — Addidimus denique singulorum carminum explicationibus versionem, eo consilio, ut lectores sensum et nexum orationis facilius perspicere, et in tabula quasi spectare possint, quaenam ex multis interpretationibus nobis maxime probabilis, ceterisque praefenda esse videatur. Hunc morem tenebimus etiam in posterum in libris poeticis explicandis, ut adiiciamus translationem, quoniam ea ad integrarum sententiarum intelligentiam, et ad totius orationis nexum concipiendum multo magis saepe prodest, quam prolixus commentarius. DATHII versio fundamenti instar mihi erat, cui meam translationem superstruxi. Quum vero Dathius sensum magis quam singula verba spectasset; ego textum Hebraeum pressius sequi, quantum quidem Latinae Linguae indoles pateretur, et poetae Hebraei ingenium, propriumque ipsi genus dicendi, magis servare studui. Ceterum me Vitringae etiam, Clerici et Doeder-

linii versibus in mea concinnanda usum esse, vix est, quod moneam.

Quod primus, quantum scio, Koppius vidit, deinde indubitatis fere argumentis Eichhornius comprobavit, et nuperrime Doederlein quoque agnovit; plurima in hac, quae a Iesaja nomen gerit, vaticiniorum collectione, inesse carmina, quae ad feriolem, Iesaja, aetatem referenda sint, atque sub finem exilii Babylonici ab anonymo quodam vel homonymo antiquo vate sint composita; id ego nunc, cum in singulorum vaticiniorum tempus inquirerem, confirmatum inveni. Quod ad ea, quae in praesenti emittimus, carmina, adtinet, vide Argumenta ad Carmen nonum, p. 275., ad Carmen decimum, p. 295. 296., et ad Carmen decimum tertium, p. 352. 353.

Ne ii, qui fortasse vnam aut alteram operis huius partem seorsim possidere cupiunt, reliquas etiam emere, necesse habeant; bibliopola, vir honestissimus, vnumquemque illius tomum nunc seorsim vendet. — Ceterum, quodsi meam hanc vaticinia Hebraica interpretandi rationem viris peritis probari intellexero; libros, quos dicunt, propheticos, eodem modo explicatos, ordine exhibebo. Scribebam d. 111. Novembr. An. MDCCXCI,

NOTITIA INTERPRETVM, QVIBVS
IN HAC VATICINIORVM IESAIÆ EXPLICA-
TIONE VSVS SVM.

I. **E**x Hebraeis:

R. ISAACI ABARBENEL פירוש על נביאים אחרונים,
i. e. *Commentarius in Prophetas posteriores*, Amste-
lodami A. C. 1641. Fol.

Merito Abarbeneli inter optimos gentis Ebraeae interpretes locus assignatur. Commentarii eius in Codicem Sacrum ob perspicuitatem et solidam rerum difficilium explanationem ab omnibus laudantur.

II. E Patribus:

HIERONYMI *Commentarii in Prophetas Maiores* ex-
tant in Tomo Quinto omnium Operum Hieronymi,
Basil. 1516. Fol. edit.

Quemadmodum inter graecos sacri ordinis patres Origenes; ita inter latinos Hieronymus princeps fuit sacrae scripturae interpres. Quum enim linguarum

ebraeae, chaldaeae, graecae et latinae peritus esset, interpretationibus graecis, quae in Origenis Hexaplis erant, vteretur, eruditos Iudaeos confuleret, Graecorum Latinorumque scriptorum commentarios legeret, iis sane subsidiis instructus erat, quae ad codicem diuinum, rite explanandum, necessaria sunt. Multa sunt in scriptis illius exegeticis utilia et laude digna. In sensu litterali inuestigando maius studium collocavit, quam reliqui huius generis doctores. Nemo tamen facile existimabit, eum vitiorum exstitisse expertem. Loca nonnumquam ita explicat, ut haud consideret, qualis sit orationis nexus, ac quamuis sensum scripturae litteralem diligenter eruat, mysticum tamen quoque confectatur, atque hac in re interdum ingenio suo nimis indulget.

III. E Christianis interpretibus recentioribus:

A) Qui totum Vetus Testamentum notis illustrant:

Critici Sacri; sive clarissimorum virorum in sacrosancta utriusque foederis Biblia doctissimae adnotationes, atque Tractatus Theologico-Philologici. Lond. MDCLX. Fol. Tomus IV. Annotata in Prophetas continet.

Sebast. Munsteri, Francisc. Vatabli, Sebast. Castellionis, Isidori Clarii, Francisci Forerii, Io. Drusii, Hug. Grotii annotationes in Iesaiam ibi recusae inveniuntur.

Primus est *Sebastianus Munsterus*. Constat omnino, eum inter aequales suos Linguae Hebraeae peritissimum fuisse, et Hebraeorum magistros, siue Rabbinos, adire et legere potuisse, quos vero cum nimis confuaret, Iudaismos suis notis intermiscuit. Vbique in significationibus vocum genuinis inuestigandis illos sequitur, nullo delectu et discrimine habito. Praeterea eius obseruationes meris saepe nituntur coniecturis, quas tamen multa cum fiducia, quasi res indubitatas ac certas profert.

Vatabli notae secundo loco positae sunt. Textus difficultates praecipue explanare studet. Rabbinos vulgo, imprimis Dav. Kimchi, sequitur. Eius notas perpetuas vocare possis, nihil enim occurrit, quod non perspicue admodum et breuiter explanet, imo, vt omnibus utilis sit, in iis quandoque haeret, quae non videntur vlla difficultate laborare.

*Sebastiani Castalioni*s notae tertio loco sunt. Non ita Iudaica eruditione refertae sunt, ac aliorum. Quia humaniores litteras excoluerat, multa ex illis inspergit hic illic. Nec iniucundus est, nec a textu nimis recedit.

Isidorus Clarius est Munsteri Notarum exscriptor, quique proinde omittendus erat.

Francisci Forerii, Lusitani Olyssiponensis, Commentarius dignus sane erat, qui huic collectioni infereretur. Indagauit in singularum vocum proprias significationes, et integrarum sententiarum sensum

et nexum, non minori diligentia quam iudicio. Haud raro textum Hebraeum ex coniectura emendare tentavit; id quod saltem liberalioris illis temporibus interpretis indicium est. — Interfuit Forerius Concilio Tridentino, ibique graues turbas in coetu per sermonem de potestate et institutione sacerdotum excitauit. Multa in illo sermone dixit, quae congregatis Patribus minime placere potuerunt, et quae a Lusitanis Theologis postero die non damnata, verum aliter exposita sunt.

Ioannis Druſii Fragmenta Veterum Interpretum Graecorum ex Hieronymo et Procopio iure meritoque in hac collectione locum tenent. Omnes, qui harum rerum periti sunt, magni faciunt illa fragmenta: nam adnotationes accesserunt elegantes ac perutiles.

De *Hugonis Grotii* Annotationibus mox seorsim dicemus.

Synopsis Criticorum aliorumque Sacrae Scripturae Interpretum et Commentatorum summo studio et fide adornata a MATTHAEO POLO, Londinensi, Vol. III. Complectens Prophetas omnes, cum Maiores, tum Minores, nobis dictos. Francof. ad Moen. MDCLXXIX. Folio.

Vfus sum hoc opere praecipue ob *Annotationes*, quae in illo inueniuntur, *Anglicanas*, quarum illa pars, quae Iesaiam et Ieremiam complectitur, a *Gazakera* concinnata est,

BRENTII *Commentarius in Iesaiam* extat in Tomo Quarto Operum illius, Tubing. MDLXXV, octo Tomis Fol. editorum.

Brentius inter aequales suos magnam laudem ob expositionem scripturarum sacrarum consecutus est, sibi que inter interpretes ecclesiae nostrae post Lutherum locum praecipuum conciliauit. Illustrauit plerosque libros diuinos, ac quamuis maxime dogmaticam explicandi rationem secutus fit; minus tamen neglexit, quae ad voces, dictiones earumque significationes pertinent. — Textum Masorethicum non tanta superstitione veneratus est, quam multi recentiores ecclesiae suae Theologi. Exemplum vid. Ies. II, 6.

HVGONIS GROTTII *Annotationes in Vetus Testamentum emendatius edidit*, et breuibus complurium locorum dilucidationibus auxit Geo. Ioa. Ludov. Vogel, Philos. in Academ. Halensi Prof. Publ. Hoc opus tomis tribus 4 mai. prodiit Halae MDCCLXXV. Sed Vogelius ipse *primum* tantummodo tomum edidit; duorum posteriorum editionem *Doederlein* curauit.

Grotii merita de recta et liberaliori sacrorum librorum interpretatione iam satis nota sunt. Laudem potissimum meretur, quoniam Veteres Graecos interpretes cum Hebraeo comparat, nec Masorae nimis adstrictus est, atque ad vates Hebraeos illustrandos exteris poetis saepe felicissime vius est. *Vogelii* Notae breues quidem, sed bonae frugis sunt,

LVDOVICI DE DIEV *Critica Sacra; sive animaduersiones in loca quaedam difficiliora Veteris et Novi Testamenti, variis in locis ex auctoris manuscriptis aucta. Suffixa est Apocalypsis Ioannis Syriaca, quam ante aliquot annos ex manuscripto Iosephi Scaligeri auctor primus edidit, versione latina notisque illustrauit.* Amstelod. MDCXCIII. Fol.

Inter praestantissimos Litterarum Sacrarum interpretes *de Dieu* iure locum obtinet. Quum linguarum Syriacae, Arabicae, Persicae, Aethiopicae peritissimus esset ac versionibus sermonum Orientis uti posset, praesidiis his instructus, multis Scripturarum locis lucem adtulit, ac maxime vocum significationes feliciter indagauit.

LVDOVICI CAPPELLI, S. Theologiae olim in Academia Salmurienfi Professoris, *Commentarii et notae criticae in Vetus Testamentum. Accessere* IAC. CAPPELLI, Ludovici Frat. , in Academia Sedanensi S. Theol. olim Professor., *Observationes in eosdem libros, item* LVDOVICI CAPPELLI *Arcanum Punctationis, auctius et emendatius, eiusque Vindiciae, haecenus ineditae. Editionem procurauit* IACOB. CAPPELLVS, Ludov. Fil., Hebr. Ling. in Acad. Salmur. nuper Profess. Amstelod. MDCLXXXIX. Fol.

Ludov. Cappelli studium maxime in eo versatum fuit, varias lectiones Textus Hebraei, quantum fieri potuit, animaduertere. Multa certe adnotauit, quae erudita sunt atque vtilia. Interim non est negandum, illum varias lectiones conquirendi studio

non

non raro illas nimis multiplicasse. Quare Cappelli scripta cum iudicio legi debent.

10. COCCEII *Commentarius in Iesaiam* extat in Tomo II. Operum eius. Amstelod. MDCCI. Fol.

Singularem scripturas sacras explanandi rationem secutus est Cocceius. Non solum statuit, verba illarum significare omnia, quae significare possunt; verum etiam nimium studium interpretationum mysticarum, speciatim typicarum, prodidit: ubique typos de Christo deque fati Religionis Christianae inuenisse sibi visus est. Eam ob rem impugatus est; quumque non deessent, qui eum sectarentur, ortae sunt, maxime in Belgio, controuersiae. At vero, quamuis ob ea, quae memorauimus, recte reprehensus fuerit Cocceius; negandum tamen non est, merita eius in Scripturarum interpretationem non esse mediocria. Ostendit in Commentariis suis eximiam linguarum Ebraeae et Graecae peritiam, incredibilem in conferendis locis industriam, magnam iudicii atque ingenii vim: vnde etiam factum est, vt locis obscurioribus haud paucis maiorem adtulerit lucem.

Veteris Testamenti Prophetae ab Efsaia ad Malachiam usque ex translatione IOANNIS CLERICI, cum eiusdem Commentario philologico et paraphrasi in Efsaiam, Ieremiam, eius Lamentationes et Abdiam. Amstelod. MDCCXXXI. Fol.

Vti Clericus in aliis ingenii sui monumentis singularem eruditionem aequae ac iudicandi facultatem probavit; ita eandem in Commentariis in V. T. abunde ostendit. Multa in iis dixit praeclare, perspicue, ac quando ab aliis dissentit, modeste; multis rebus obscurioribus lucem adtulit. Sed Commentarii posteriores, quibus prophetas ac libros hagiographos illustravit, minorem industriam prae se ferunt, quam priores in Pentateuchum et libros historicos.

IOANNIS HENRICI MICHAELIS Annotationes in Iesaiam, in ea Bibliorum Hebraicorum editione, quae Halae MDCCXX. in 8. prodiit, ob diligentem locorum parallelorum comparationem, subtiles etiam et accuratas disquisitiones in singulorum verborum significationes genuinas, vtilissimae sunt.

FRIEDRICH EBERHARD BOYSENS *Kritische Erläuterungen des Grundtextes der heiligen Schriften des alten Testaments. Neuntes Stück, die Propheten.* Halle 1764. 8.

Sine damno his notis carere potuiffemus. Pleraque in iis ex *Büschingii* epitome Commentarii Vitringani, germanice facta, compilata sunt. Vocum Hebraicarum significationes praecipue ex dialecto Arabica illustrare tentavit, sed ita, vt facile videas, Virum, alias meritissimum, tantum ex Lexico Golliano sapuisse. Occurrunt tamen subinde obseruationes non contemnendae.

Uebersetzung und Erläuterung des Propheten Iesaiä. Entworfen von D. IOH. HEINR. DAN. MOLDENHAVER, Pastor am Dom in Hamburg. Quedlinburg. 1780. 4.

Bonis haud dubie interpretibus Moldenhauerus accensendus est. Diligenter vocum dictionumque veram significationem et vim indagavit; nec codicum et versionum antiquarum subsidia neglexit.

IOH. DAV. MICHAELIS *deutsche Uebersetzung des alten Testaments, mit Anmerkungen für Ungelehrte. Der achte Theil, welcher die Weissagungen Iesaiä enthält. Göting. 1779. 4.*

Vt omnia Michaelis scripta, ita hae notae etiam, produnt egregiam historiae, morum, naturae et Geographiae Orientis scientiam. — In versione saepius, quam necesse erat, a Masorethico textu recedit. Omnium vero suarum textus recepti mutationum rationem reddit in *Biblioth. Orient.* Tom. XIV. et in Adpendice ad hunc Tomum, seorsum edito.

Die Bibel alten und neuen Testaments mit vollständig erklärenden Anmerkungen von WILHELM FRIEDR. HEZEL (Prof. Lingg. OO. Gieß.). Fünfter Theil, welcher die Sprüche, den Prediger, das Hohe Lied Salomoas, und den Propheten Iesaiä enthält. Lemgo. 1784. 8.

Hezelium de V. T. libris, ad vulgarem hominum etiam non doctorum captum sapienter et vtiliter

ter accommodandis optime meritum esse, inter omnes conuenit. Singulis libris sua praemisit prolegomena, vernaculam Lutheri versionem notis idoneis, ubi opus erat, vel illustrauit, vel emendauit, eruditos aliorum labores doctè consuluit, et adhibito prudenti delectu in rem suam conuertit, parcius etiam, et ubi ob magni alicuius nominis auctoritatem periculum metuendum videbatur, modeste refutauit, et nouis denique accessionibus auxit.

Prophetæ maiores ex recensione textus Hebraei et versionum antiquarum Latine versi, notisque philologicis et criticis illustrati, a IO. AVG. DATHIO, Theolog. Doct. et Prof. Ling. Hebr. in Acad. Lipsi. Editio prima prodiit Halae MDCCLXXIX., secunda ibid. MDCCLXXXV. 8.

In Codice Sacro vertendo Dathius a prophetis minoribus duodecim exorsus est, quorum versionem A. MDCCLXXIII. edidit. In praefatione ad hanc versionem regulas exposuit, quas sibi praescripserat; et iuxta easdem regulas et hanc maiorum Prophetarum versionem concinnauit. Nusquam paraphrasen egit, neque de verbo ad verbum transtulit, sed ut genuinum Prophetæ sensum rite exponeret, geniumque linguae Hebraeae in latinum sermonem transferret, sibi proposuit. — Notae duplicis generis sunt. Aliae philologicae sunt, aliae criticae. Illas versionis subiicit, has in fine in vno quasi fasciculo collegit. In notis *philologicis* partim res explicauit, partim rationem reddidit versionis suae, quan-

quando ea a vulgari interpretatione recedit. Vtrumque tamen non factum est, nisi in iis locis, in quibus lectores, qui versionem cum textu Hebraeo conferre velint, fortasse haereant. Potuissent quidem longe plures huius generis annotationes addi; sed non est reprehendendus Dathius, quod id non fecerit; commentarium enim scribere noluit. Nos plerasque illas notas in usum nostrum conuertimus, indicato tamen semper Dathii nomine. — In *notis criticis* omnium mutationum, quibus a recepta textus lectione discessit, rationem reddit. Minus saepe tamen illud fecit, et non nisi tum, cum lectio recepta nullam interpretationem probabilem pati sibi videbatur.

B) Qui Iesaiæ Vaticinia sigillatim interpretati sunt, vel illorum explicationi inseruiunt.

IOANNIS CALVINI *Commentarii in Iesaiam Prophetam. Primum collecti opera et diligentia Nic. Gallassii, deinde locupletati et expoliti magno labore et cura ipsius Auctoris, nunc tertio recogniti et aucti ampla accessione locorum scripturae, qui passim in toto opere citantur. Additi sunt in fine indices locupletissimi. Editio tertia. Genev. MDLXX. Fol.*

Quamquam parum Hebraice Calvinus calluit; tamen, cum acri et subtili ingenio polleret, multa in eius interpretationibus inveniuntur, quae ad vatis Hebraei sensum percipiendum vtilissima sunt. Mul-

ta immiscet, quae ad Ethicam et Theologiam Dogmaticam spectant.

In Esaiam Prophetam Commentarii locupletissimi ac recens editi, per WOLFG. MUSCULVM, Dusanum, una cum gemino Indice locorum S. Scripturae et rerum et vocum in his praecipue memorabilium. Basileae. MDLXX. Fol.

Optimis sui temporis interpretibus accensendus est Musculus. Ratio, quam in suis Commentariis sequitur, fere haec est. Primum quidem varias veterum interpretum Graecorum Latinorumque interpretationes producit, quibus interdum recentes adiungit, mox textum ad litteram explicat, post ethica quaedam subiicit. Profecto legitimam methodum sacras litteras interpretandi vidit et agnouit; verum quia non satis in Critica exercitatus erat, rem perficere nequiuit. Absque tamen praeiudicio veteres interpretationes expendit, et satis perspicax extitit, qui Puncta Vocalia hodierna nupera esse agnouerit.

CASPARIS SANCTII, Centumputeolani, e Societate Iesu Theologi, in Collegio Complutensi sacrarum litterarum interpretis, *in Esaiam Prophetam Commentarii, cum paraphrasi et indicibus utilissimis. Mogunt. 1616. Fol.*

Planam singulorum capitum paraphrasin tradit, cuius rationem reddit in subiuncto commentario, in quo

quo multa vtilia occurrunt. Praecipue imagines poeticas Hebraeis proprias exposuit. Raro ad singulorum verborum interpretationem descendit.

SEBASTIANI SCHMIDII *Commentarius super illustres Prophetias Iesaiæ, in quo singula capita resolvuntur, et adnotationibus ad singulos versus illustrantur, una cum adnotationibus in VIII. priora capita libri Iosuae.* Hamb. MDCCII. 4.

Commentarium hunc non ipse quidem Schmidius, sed Sandhagenius edidit; ille tamen, quum prodiret, adhuc vixit ac de isto edendo consensit. Ea tantum in hoc commentario exhibentur, quae a Schmidio in scholis, quum ille Iesaiam explanaret, tradita sunt, hancque ob rem mirum non est, multa esse praetermissa, multa non diligenter atque accurate enarrata. Nec tamen, cum Schmidius in facrorum librorum interpretatione satis exercitatus esset, caret bonis singulorum locorum expositionibus.

CAMPEGII VITRINGAE *Commentarius in Librum Prophetiarum Iesaiæ, quo sensus orationis sedulo inuestigatur: in veras visorum interpretandorum hypotheses inquiritur, et ex iisdem facta interpretatio antiquae historiae monumentis confirmatur atque illustratur, cum Prolegomenis.* Paris Prior. *Insertae sunt operi notitiae gentium exterarum, Babyloniorum, Philisthaeorum, Moabitarum, Syrorum, Damascenorum, Aegyptiorum, Arabum, Cuschaeorum et Tyrorum.* Leovard.

MDCCXIV. Fol. *Pars posterior*, cui praeter indices verborum et rerum, accessit *tabula topographica antiquae Moabitidis, ad prophetiam de hac gente rectius intelligendam concinnata*. Leovard. MDCCXX. Folio.

Omnes ante eum Iesaiæ interpretes Vitringa post se reliquit. Ad opus ipsum omnibus adiumentis Philologiae, Criticae, Historiae, atque aliis, abunde instructus, vti accessit, ita illud feliciter confecit, et commentarium exhibuit, qui insignem ac rariorem eruditionem, non mediocrem iudicii vim, multam adcuracionem, magnam diligentiam ostendit. Interpretatus est diligenter non solum voces atque in earum significationes inquisiuit; sed etiam res ex Historia et Geographia illustrandas, magno eruditionis apparatu exposuit. — Quum autem Commentarius hic saepe nimis copiosus sit, nec raro, Cocceii exemplum secutus, sensum mysticum sectetur; ANTON. FRIDER. BÜSCHINGIUS contraxit eum, ac veluti epitomen composuit, lingua germanica; passim etiam notulas adiecit. Prodiit liber hoc titulo: CAMPEGII VITRINGAE, *ehemaligen berühmten Doctoris der heiligen Schrift, und öffentlichen Lehrers derselben zu Franeker, Auslegung der Weissagung Iesaiæ. Erster Theil. Mit einer Vorrede Sr. Hochw. Herrn Joh. Lorenz von Mosheim. Halle. 1749. Zweyter Theil. ibid. 1751. 4.*

M. GEORG. IOH. LVDW. VOGELS, Beyfizers der philosophifchen Facultät zu Halle, *Umfchreibung der Weißfagungen des Propheten Iefaias*. Halle 1771. 8.

Ad integrorum capitum et vaticiniorum nexum perfpiciendum non plane inutilis est haec paraphraſis. Singulis capitibus praepoſitum est argumētum, quod totius ſectionis ſummam breuiter enarrat, et de tempore, quo vaticinium quodque editum est, inquiri.

Neue Ueberſetzung der Weißfagungen Iefaias, Joels, Amos, Obadja und Micha nach dem hebräiſchen Text, mit Zuziehung der griechiſchen Verſion, von CHRIST. GOTTF. STRVENSEE, Rectör der Domschule zu Halberſtadt. Halberſt. 1773. 8.

Breues notae adiectae ſunt, in quibus de verſione rationem reddit. Iuſto plus tribuit verſioni Alexandrinae; quum tamen fatiſ conſtet, Iefaiam ab Alexandrinis vitioſiſſime translatum eſſe.

Die Weißfagungen des Propheten Iefaias überſetzt von IOH. HEINR. WALTHER, des theologifchen Repetenten-Collegii zu Göttingen Mitgliede. Mit einer Vorrede begleitet von Sr. Hochwürden Hrn. D. Gotth. Traug. Zachariae. Halle 1774. 8.

Senſus verborum et ſententiarum plerumque plane et recte in verſione expreſſus eſt; raro autem illa aſſurgit ad textus Hebraei ſublinitatem. Verſioni breues notae ſubiectae ſunt, quae partim ſen-

tentias et imagines poeticas plenius explicant; partim de singulorum verborum interpretatione rationem reddunt. A textu Masorethico non recedit, nisi quod nonnullas punctorum vocalium et accentuum mutationes permiserit.

Esaias ex recensione textus Hebraei ad fidem Codicum Manuscriptorum et Versionum antiquarum latine vertit notasque varii argumenti subiecit IOA. CHRIST. DOEDERLEIN, primum prodiit Altdorf. MDCCLXXV. 8., altera vice ibid. MDCCLXXX. tertia ibid. MDCCLXXXIX.

Doederlinii merita vt de vniuersa Theologia, ita nominatim de Iesaiianorum vaticiniorum interpretatione maxima esse, iamdadum inter omnes constat. In praefatione ad editionem primam dicit, se easdem quas Dathius in Praefatione ad versionem Prophetarum minorum, interpretandi leges sibi praescripisse. Adnotationes iam verborum significationes indagant et ostendunt, iam locorum rationes exponunt, iam de rebus ipsis ac argumento vaticiniorum tractant. Produunt illae omnes eximiam elegantemque eruditionem, miramque iudicii atque ingenii vim.

Isaiah. A new Translation, with a preliminary dissertation, and notes, critical, philological, and explanatory. By ROBERT LOWTH, D. D. Lord Bishop of London. Lond. 1778. 4maj.

Dignus

Dignus certe Iesaias fuit, qui Lowthum nancisceretur interpretem, qui et ipse poeta fuit, et ingenium suum Graecorum Latinorumque lectione expoliuit: vnde factum est, vt is in versione ingenium vatis Hebraei melius expresserit, quam vllus alius ante ipsam. — In Dissertatione praemissa agit de metro Hebraico, de legibus, quas in vertendo sibi praescripserit, de textu hodierno, et variis illum emendandi subsidiis. — Notae praecipue in dictionum et imaginum poeticarum expositione versantur, in qua exercitatissimum et felicissimum Lowthum fuisse, omnes consentiunt. Quoniam vero reliquarum Orientis dialectorum cognitione penitior carebat; factum est, vt Hebraica nonnunquam minus recte explicaret, vbi pulcherrimos sensus fundunt, nouasque praeter necessitatem moliretur lectiones, siue textus, siue vocalium. — Vix in Anglia prodierat hic liber, cum in Germania eius versio pararetur, quae sic inscripta est:

D. ROBERT LOWTH'S, *Lord-Bischofs zu London, Iesaias, neu übersetzt, nebst einer Einleitung und kritischen, philologischen und erläuternden Anmerkungen. Mit Zusätzen und Anmerkungen von IOH. BENJAMIN KOPPE, der Theologie ordentl. Professor, und erstem Universitätsprediger zu Göttingen. Erster Band. Leipz. 1779. 8. Zweyter Band. 1780. Dritter Band. 1780. Vierter Band. 1781.*

Koppi notae libri decus dici merentur. Pleraeque sunt philologicae et criticae et fatis diligenter in illis versiones antiquae conferuntur. Primus *Koppius* vidit, non omnia quae *Iesai*ae nomen gerunt, vere ab eo esse profecta; conf. quae in praefatione ad nostram *Iesai*ae explicationem diximus. — Ceterum cum *Iesai*a *Lowthiano* coniungendus est hic liber.

*Vindiciae S. Textus Hebraei Iesai*ae *Vatis aduersus D. Roberti Lowthi Criticam.* A. DAV. KOCHERO, V. T. et Lingg. OO. Prof. Bernae. MDCCLXXXVI. 8.

Multa fane bona et vtilia in hoc libro occurrunt. Sed maiorem laudem *Kocherus* meruisset, si *Maforetharum* auctoritati minus adstrictus esset.

*Iesai*as metrisch übersetzt mit Anmerkungen, von IOH. DAV. CVBE. Erster Theil. Berlin 1785. 8. Zweyter Theil, ibid. 1786.

Eleganter *Cubius* vertit. Notae maxime criticae sunt. Sequitur plerumque *Lowthum* et *Koppium*. Ceterum haec translatio nondum finita est; nam *Tomus Secundus* desinit *Capite XXXIX*.

*Iesai*as, aus dem Hebräisfchen übersetzt, und mit Anmerkungen erläutert, von D. GEORG. FRIEDR. SEILER. Erlang. 1783. 8.

Confecit hanc versionem *Vir de litteris sacris* longe meritissimus maxime ad usum popularem; cui optime

optime inferuit. Sed cum haec translatio concinnata sit a viro in Scripturarum interpretatione exercitatissimo; docti quoque multa sibi vtilia, et ab aliis interpretibus non tacta in illa inuenient.

Iesaias, neu übersetzt, mit Anmerkungen, von CHRIST. GOTTH. HENSLER, der Theologie Profess. Extraordin. zu Kiel. Hamb. 1788. 8.

Destinavit Henslerus hanc versionem non solum Philologiae Sacrae cultoribus, sed iis etiam, qui linguae Hebraeae peritia carent. Horum in usum totius libri versioni adiectae sunt in singula capita notae, quae breuiter quidem, sed perspicue et plane res et sententias poetae exponunt. Subiectus est index mutationum, quibus in vertendo a textu recepto discessit. Nec tamen multae illae sunt, et permittit Henslerus sibi plerumque punctorum tantummodo vocalium permutationes, atque alias vocum et litterarum diuisiones. — Accedunt denique prolixiores annotationes in singula loca, quae aliter interpretatus est, quam ante ipsum interpretes. Multa sane in illis docte et subtiliter disputata sunt, multa loca clariore luce illustrata.

Iesaias. Erster Theil. Neu übersetzt und kritisch bearbeitet von GERH. KRAEGELIUS, Prediger in Lippstadt. Brem. 1790. 8.

Neutiquam modesti critici nomen Kraegelius meretur. Saepe vbi textus Hebraeus aptissimum

fenfum fundit, ibi illum siue ex vnus alteriusue codicis lectione, siue ex aliquo veterum interpretum; siue ex coniectura immutandum arbitratur; quod certe multo rarius fecisset, si et linguae Hebraeae proprietatis, et Orientalium poetarum ingenii peritior fuisset.

Scripta minora et Dissertationes, quibus singula loca illustrantur, in ipsa explicatione suis locis laudantur.

RERVM IYDAICARVM ET ISRAELI-
TICARVM INDE AB VSIA VSQVE AD
REDITVM EX EXILIO BABYLONICO
BREVIS NARRATIO.

Ex Frankii Chronologia Sacra.

V
SIA seu ASARIA, filius Amaziae, regis Iudae, A. M. 3382
vix annos 16 natus fuit, cum regnum post patris
mortem obtineret. Accidit hoc anno 77 regni
Ierobeami, a tempore, quo in societatem regni
patris acceptus est; et regnavit 52 annos. In
iuventute sua duce Sacharia vate ita se gessit, vt
Deum ex animo coleret, et ab omni idololatria
alienus esset: quare etiam ei omnia prospere ces-
serunt. Subiecit sibi cum exercitu suo instructis-
simo Philisthaeos aliasque gentes finitimas, Ga-
thum quoque aliasque vrbes expugnauit et moe-
nibus priuauit. Hierosolymae vero moenia re-
staurauit, aliasque vrbes suae ditionis communi-
vit, et instrumentis bellicis nouis instruxit. Agri-
culturam quoque et rem pecuariam in meliorem
statum reduxit. In senectute vero animum ad
sui detrimentum extulit. Sacerdotis enim officium
inuadens, sacro thure cum adolere, nec admoni-
tus ab incepto desistere vellet, subito leprosus fa-
ctus

3406 Epochæ
Olympiad.

3429 Epochæ
Aerae Rom.
J. V. C.

3450
ann. Iobél.

aus, filio suo Iothamo regni administrationem relinquere coactus est; ipse vero in priuatas aedes coniectus vitam reliquam per quatuor annos misere transegit, donec anno regni 52 eam morte finiret. His temporibus prophetae *Iesaias*, *Ioel* et *Amos* contra peccata tunc ingruentia magno feruore dixerunt, 2 Regg. XV, 1—8. 2 Chron. XXVI. Ies. I, 1. Amos I, 1.

3419 *) 13) *Zacharias*, Ierobeami filius, non statim post mortem patris, sed demum post 11 annos, anno nempe 38 Asariae, ad regnum peruenit. Turbulento enim tunc rerum statu, cum complures de summa potestate contenderent, interregnum undecim annorum ortum est. *Zacharias* tandem summa rerum potitus, sed post sex menses a *Sallumo*, ministro suo, interfectus, et cum eo progenies *Iehui* secundum verbum Dei deleta est. 2 Regg. XII, 30. XV, 8—12.

3420
3420 Phil.
R. Assy. 14) *Sallum* regiam dignitatem post mortem *Zachariae* viurpauit, quam vero non ultra mentem obtinuit, a *Menshemo*, *Zachariae* duce, in vrbe *Samariae* trucidatus.

3421 15) *Menahemus* ad finem anni 39 Asariae regnum sibi arrogauit, eoque per *Phulem*, Assyriae regem, cuius amicitiam sibi 1000 talentis argenti, ab opulentioribus expressis, conciliauerat, confirmato; immanem crudelitatem erga urbem *Tipsam*, quae portas ei clauserat, exercuit, incolas nempe omnes, ne grauidis quidem exceptis, iugulando. Regnauit annos 10, c. XV, 14.

3431 16) *Pekaiab* patri suo *Menahemo* successit anno 50 Asariae, post biennium autem a *Pekah*, praefecto militum, interfectus est, c. XV, 23.

17) *Pe-*
*) Qui numeris sunt signati, reges Israelitici sunt.

17) *Pekah* sibi regnum arrogavit anno 52 3433
 Afariae, et regnavit 20 annos. Is societatem fe-
 cerat cum rege Syriae Rezin, qui regi Iudae Aha-
 so bellum intulerat, et quoniam res ei prospere
 cesserant, induxit sibi in animum, regnum Iudae
 plane destruere: impeditus tamen a Tiglatpilesa-
 re, rege Assyriae, qui non solum tribus transior-
 danas, sed etiam tribum Naphthali cis Iordanem,
 in Assyriam captivas duxit, reliquasque etiam
 tributarias reddidit. Atque hoc erat initium ca-
 ptiuitatis Assyriacae et insequentis plenarii interi-
 tus regni Israelitici. Ipse autem Pekah tandem
 ab Hosea occisus est, c. XV, 27—31.

IOTHAM, Afariae filius, coepit anno primo 3433
 Pekahae regis Israeiis, et regnavit 16 annos,
 post mortem patris, et adhuc 4 annos cum filio
 suo Ahaso, 1 Regg. XV, 30. Hic patrem pie-
 tate et religionis studio non modo aequavit, sed
 in eo superavit, quod sacris rebus se non immisce-
 ret, sed potius reipublicae vnice vacaret. In eo
 autem est reprehensus, quod populo nimium in-
 dulserit, et mores eius deprauatos emendare non
 studuerit; neque loca excelsa, idolis consecrata,
 destruxerit. Quam turbulenta vero tunc tempo-
 ris omnia in regno Israelitico erant, tam pacifica
 erant sub eius regimine in terra Iudaea. Moabi-
 tas, qui se eius iugo subtrahere studebant, perdo-
 muit, iisque maius, quam antea consueverant,
 tributum imposuit, 2 Regg. XV, 33. 2 Chron.
 XXVII.

AHAS, filius improbus probi patris Iothami, 3449
 anno 17 Pekahae ad regimen accessit, et regna-
 vit annos 16, quatuor nempe cum patre, et 16
 solus. Hic omnes suos antecessores impietate an-
 tecef-

3535 Epochae
 Aer. Nabonassar.

3440 Tiglatpilesar. R.
 Assyr.

tecessit. Vbique enim locorum simulacra Baalis et aliorum idolorum posuit, eorumque cultum introduxit; immo filiam suam, ad exemplum Cananaeorum, transire fecit per ignem, ut eum diis consecraret. Mox autem vindictam diuinam expertus est; dum eius regnum a duobus regibus potentibus, *Pekaha* et *Rezino*, maxima vi inuaderetur: et cum facile intelligeret, id ad interitum regni sui spectare, vehementer animo perturbatus est. In his angustiis propheta *Iesaias* ad eum venit, eique liberationem ab his hostibus promisit, et simul praesagiuit tempus 65 annorum, quo elapso, regnum Israelitarum plane destructum futurum esset. Hanc promissionem cum propheta miraculo, quodcumque ipse aut de caelo aut in terra eligeret, confirmare vellet; *Ahas* ex incredulitate hoc denegauit. Quare propheta hoc singulare vaticinium adiecit; regnum Iudaeum non prius interiturum esse, quam virgo filium peperisset, cuius nomen *Immanuel*, seu qui Deus et homo esset, *Ies. VIII, 1—16*. Quamquam vero haec promissio sancta et firma erat; *Ahas* tamen tantum abfuit, ut ei fidem haberet, ut potius ad *Tiglatpilefarem*, *Assyriae* regem, confugeret, eumque magnis muneribus, quae ex templi thesauro sumserat, sibi conciliare studeret. Is ei etiam auxilio adfuit, et non solum urbem *Damascum* occupauit regemque *Rezin* interficiendum curauit, sed etiam, irruptione in regnum *Israelis* facta, aliquas tribus captiuas abduxit. His rebus prosperis *Ahas* elatior factus, Deo ipsi illudere ausus est. Cum enim *Hierosolymam* rediisset, altare magnum aeneum loco suo moueri, et aliud, cuius formam *Damasci* viderat, eodem poni iussit; in eoque diis *Syriis* sacrificia obtulit,

a qui-

2 quibus putabat, auxilium sibi euenisse. Mox autem Deus ei suam potentiam et vindictam demonitruuit. Idem enim Tiglatpilefar, cui confidebat, contra ipsum conuersus, tributarium eum fecit, 2 Regg. XVI. 2 Chron. XXVIII.

18) *Hoseas* post interfectionem Pekahæ anno 3453
 520 Ahasi regnum occupauit, cuius tamen possessio³⁴⁵³ Salman-
 tionem ob motus et discordias intestinas anno de-^{nasi. R. Af-}
 mum 12 Ahasi obtinuit; tranquillam autem et^{sy.}
 quietam possessionem demum anno 14 Ahasi ad-³⁴⁶²
 eptus est, et postea adhuc 9 annos regnauit. Is
 quidem paulo sanior antecessoribus suis fuisse vi-
 detur: populo enim liberum religionis cultum
 concessit, cum vituli Ierobeami per reges Syriae
 et Assyriae iam ablati essent. Deum tamen non
 ex animo timuit, sed aliis diis adhaesit. Quare
 Deus tandem Israelitarum resistentiae pertaesus,
 eos ex terra sua eliminandos decreuit. Initium
 huius iudicii iam sub rege *Pekah* per *Tiglatpilesa-*
rem factum, per *Salmanassarem* autem, huius suc-
 cessorem in regno Assyriae, ad executionem per-
 ductum est. Ipse *Hoseas* huius rei occasionem
 dedit. Is enim anno septimo regiminis ineunte,
 iugi Assyriorum pertaesus, foedus cum *So* siue
Seuecho, Aegyptiorum rege, contra *Salmanassa-*
rem iniit. Haec cum Assyrius comperisset, statim³⁴⁶⁸
 cum expedita manu *Hoseam* oppressit, eumque
 captum in vincula coniecit: totaque regione
 Israelitica sibi subiecta, ipsam urbem Samariam
 post triennem obsidionem expugnauit, populum-
 que superstitem cum rege suo in Assyriam abdu-
 xit. Hic erat funestus exitus regni Israelitici,
 quod quidem Deus diu magna longanimitate per-
 tulit; tandem vero ob morosam resistentiam in
 plena-

plenariam perniciem dedit. Factum hoc est anno 670 regis Hiskiae et anno 9no Hoseae, postquam regnum 256 annos post diuisionem steterat, 2 Regg. XVII.

3465 HISKIAS seu EZECHIAS, filius probus patris improbi Ahafi, peruenit ad regnum anno 3 Hoseae, regis Israelis, et regnauit 29 annos. Hic totus in eo erat, vt execrandas cerimonias ac religiones, quas pater induxerat, aboleret; cultumque Dei purum restitueret. Initium fecit cum refectione templi, quod pater eius clauserat; deinde sacerdotibus praecipit; vt templum a foridibus purgarent, et sacrificia quotidiana secundum legis Mosaicae praescriptum offerrent. Quo facto, rex ipse, in comitatu sacerdotum, Leuitarum et magnae populi frequentiae, templum intrauit, illudque magno holocaustorum numero et canticorum celebratione quasi de nouo inaugura-
uit. Postea Pascha, quod diu intermissum erat, magna cerimonia celebratum est; conuocatis ad hanc festiuitatem etiam Israelitis. Excisa tandem atque vndique extirpata sunt idola per totum regnum. Immo ipsi serpenti aeneo, a Mose erecto; et adhuc superstiti, rex religiosus non pepercit; cum nonnulli eodem ad idololatriam abuterentur. Ordines etiam sacerdotum et Leuitarum, quos David fecerat, restituit, et, vt reditus ipsis rite fierent, effecit.

3470 Anno 670 magna illa calamitas regno Israe-
3473 Sanhe- litico accidit, vt totus populus captivus in Assy-
rib R. Assy. riam abduceretur: ipse autem cum populo suo in-
3474 Tara- terim amoena tranquillitate fruebatur, vsque ad
cus R. Ae- annum 14. Hoc enim anno *Sancherib*, filius Sal-
gypt. 3478 manassaris, copiis immensis Iudaeam, ob tribu-
tum

tum ab Hiskia ei denegatum, inundauit. His cum imparem se videret Hiskias, veniam per legatos ab eo petiit, quam quidem, pretio 300 talentorum argenti et 30 talentorum auri soluto, impetrauit; mox tamen contra fidem datam ab hoste ad deditioem prouocatus est. Misit enim Sancherib Thartanem, praefectum eunuchorum, cum magno numero copiarum ad Hierosolymam obsidendam, qui, verbis grandiloquis et ignominiosis aduersus Deum et regem, deditioem vrbis exposcebat. His auditis, rex Hiskias, lacertis vestibus saccoque coopertus, templum ingressus, Dei auxilium implorauit, de quo etiam mox per prophetam *Iesaiam* certior factus est. Interim cum *Sancherib* comperisset, *Thirhakam*, regem Aegyptiorum, in auxilium aduentare, litteras contumeliarum et blasphemiarum plenas ad Hiskiam misit. Has litteras a se lectas Hiskias in templo coram Deo explicuit, Deumque asertorem gloriae suae inuocauit, et mox a propheta responsum accepit: Deum suae gloriae vindicem fore, et hostem superbum non aliter, ac feram bestiam, annulo naribus, frenoque labiis suis immisso, per viam, qua venisset, in locum suum reducturum esse, cui praedictioni mox euentus respondit. Eadem enim nocte angelus Iehouae exiit et in castris Assyriorum 185000 hominum subito occidit. Tam insperata clade accepta, Assyriorum rex, pudore et tremore percussus, Nineni rediit, ibique cum in aede Dei sui Nisrochi adoraret, a filiis suis confossus, periit, 2 Regg. XVIII, XIX. 2 Chron. XXXII.

Interim cum haec agerentur, anno ineunte 3479. Hiskias in morbum incidit grauissimum ann. Iobel. quem Iesaias letiferum esse praedicebat. Id cum 15.

regi, tantis rebus implicito, maximum moerorem attulisset, et ille precibus ardentissimis multisque lacrymis vitae prolongationem a Deo petisset; propheta rediens ei indicauit: preces eius esse exauditas, eumque non solum conualiturum, et tertio die post in templum ascensurum esse; sed adiecisse Deum adhuc quindecim annos vitae ipsius. Ne vero dubitaret, promissionem hanc per miraculum in radiis solis confirmauit, vt umbra decem lineas in horologio Ahasi retrograda fieret. Hoc fuit alterum miraculum, post illud, tempore Iosuae, in sole factum, et quidem, quod sane mirandum, in medio Periodi Iobeleae Iudaicae, anno nempe 15 Iobeleo, et 15 anno regiminis Hiskiae: a quo vsque ad mortem Christi aequè 15 cycli Iobelei sunt, quo quidem tempore tertium miraculum in sole factum est.

Hos 15 annos, quos Deus vitae suae addiderat, Hiskias in pace transegit, multis opibus per benedictionem Dei auctus. Hac vero felicitate, vt in prosperis rebus fieri solet, animus eius elatus fuit. Cum enim rex Babyloniae, *Merodach Baladan*, legatos ad eum mitteret, qui de recuperata sanitate, et de liberatione ab tanto hoste miraculosa, ei gratularentur; simulque de ratione miraculi, in umbra solis facta, percontarentur; Hiskias de tanto honore gauisus, et superbia elatus, iis diuitias suas ac thesauros, et quicquid pretiosi ac magnifici habebat, ostendit. Haec cum superbiam animi eius indicarent: Iesaias hoc ei valde exprobrauit, Deique iussu indicauit: fore, vt, quicquid thesaurorum, ab ipso et a maioribus suis congestorum, superesset, Babylonem transferretur; et ex posteris eius quidam in palatio regis Babyloniorum serui aulici fierent. Quam
prae-

praedictionem, quamvis acerbam, aequo tamen animo tulit; modo, ut tempore suo mala haec non euenirent, deprecatus, 2 Regg. XX.

MANASSES, filius improbus probi parentis, 3494 regnum cepit post mortem patris, anno aetatis 12, et regnavit 55 annos. In primis annis erat pessimus omnium antecessorum et idololatriae ad infamiam usque deditus. Non solum enim omnia loca, idolis destinata et a patre diruta, restituit, sed plura etiam idola, quam vnquam alius, coluit. Erexit altaria Baali; cultum fecit sideribus coeli; ethnicorum more, filium suum in honorem idoli Moloch per ignem ire iussit; ipsumque Dei templum altaribus, quae idolis consecrata erant, stansque idololatricis contaminavit; hariolis, pythonibus similisque furfuris hominibus aurem praebuit; populumque ad eadem scelera suo exemplo induxit; et omnes, qui ei se ex facto zelo opponebant, trucidari iussit. Tandem vero mensura delictorum impleta iustam Dei vindictam expertus est, qui eum in manus Assyriorum, qui tunc urbem Asdod obsidebant, incidere fecit, a quibus catenis vinctus, Babylonem abductus, et a rege Assarhaddone in carcerem coniectus est. Hac calamitate ad saniora perductus, peccata agnovit, seriaeque poenitentia ad Deum conuersus, et delictorum veniam expetens, remissionem impetrauit, et in libertatem restitutus est. Factum hoc est fere anno 15 regni sui. Hanc suam poenitentiam, postquam Hierosolymam reverterat, publice etiam demonstravit. Templum enim ab omnibus abominationibus, quibus illud immaculauerat, purgari, et omnia idola et altaria, quae exstruxerat, destrui iussit; et usque ad vitae finem Deum vnicum sincere coluit, 2 Regg. XXI. 2 Chron. XXXIII, 1—20.

3498 Epocha Archontum Atheniensium.

3502 Assarhaddon R. Assy. et Babylon.

3510 Tullus Hostilius R. Roman.

3508

3542 Ancus Marcius R. Roman.

- 3549 AMMON, filius Manassis, patris fato exem-
ploque nec sapientior, nec melior factus, sed po-
tius patrem in vita malitiosa anteaeta et cultu ido-
lolarico superare studuit; regimen vero eius im-
pium non fuit diuturnum: nam post biennium a
seruis suis interfectus, periit, c. XXI. 2 Chron.
XXXIII, 21—25.
- 3551 IOSIAS, filius Ammonis, magnus et pius ille
rex fuit, de quo iam ultra 300 annos ante per-
prophetam tempore regis Ierobeami praedictum
erat, quod regna Iudae et Israelis in cultu Dei ve-
ro reuniretur esset, 1 Regg. XIII, 2. Ostennis
modo erat, cum ad regnum perueniret, et magna
iam virtutis specimina in adolescentia edidit. An-
no enim octauo regiminis cum adolescens sedecim
annorum esset, coepit quaerere Deum proavi sui
Dauidis, et dedit operam, vt se de omnibus, quae
ad cultum Dei pertinebant, instrueret. Anno 12
purgare coepit terram Iudaeam et urbem Hieroso-
lymam ab idolis, excelsis statuis, signisque scul-
ptis, et conflatis. Deinde destrui iussit altaria Baa-
lim et statuas idolorum; deditque operam, vt
omnia superstitionis vestigia et monumenta pror-
sus euerterentur ac delerentur. Anno 18 ad tem-
plum restaurandum animam adiecit, eumque in
finem collectionem pecuniae instituit. Collecta
haec pecunia cum ex aerario templi depromere-
tur, inuentum est exemplar legis Mosaicae diu
amissum. Hoc praelecto, cum seuerissimas Dei
comminationes in transgressores legis audiret,
territus, Chuldam prophetissam arcessiuit, vt ex
illa voluntatem Dei cognosceret. Haec cum affla-
tu diuino maximas calamitates, quae immorigero
populo Iudaico post mortem eius imminerent,
praedixisset; rex, ad auertenda haec mala multo
adhuc

3558 Nabo-
poll. R. Ba-
byl.

3562 Haly-
attes R. Ly-
diae.

3567 Tar-
quinius
Priscus R.
Roman.

adhuc alacrior factus, quicquid adhuc supererat idololatriæ, tam in terra Iudæa, quam Israelis, remouere et extirpare studuit. Ipse igitur iter fecit in terram Israelis, et altari, quod Ierobeam Bethle in loco edito exstruxerat, simul cum sedicula et luco, qui ibi erat, demolitis, cuncta in puluerem redegit, et, vt nihil relinqueretur, sepulchra sacerdotum idololatricorum effodi eorumque ossa in isto altari comburi iussit: qua occasione sepulcrum prophetae illius, qui olim hoc prædixerat, inuentum est, 1 Regg. XIII, 3. 2 Chr. XXIV.

Anno eodem 18, quo templum reparari coeptum est, paschatis festum solenni ritu celebrari constituit. Hunc in finem omnes sacerdotum et Leuitarum familias congregauit, iisque ordine suo dispositis, arcam foederis, quæ sub regibus idololatricis loco suo mota fuerat, in conclauis, quod ei Salomo ædificarat, reponi iussit. Agni ^{3576 Pharo} deinde paschales, in templo a Leuitis mactati, et ^{Necho R. Aegypt.} sanguine illorum a sacerdotibus altari asperso, a quoque domi suæ comedebantur. Cetera vero sacrificia eucharistica, quæ magno numero a rege et principibus offerebantur, per septem dies in conuiuio magna hilaritate absumebantur. Tanta igitur huius festi fuit celebritas, vt, inde a tempore Samuelis, non maior fuerit vlla, c. XXIII, 21. 2 Chron. XXXV.

Templi reparatione vix consummata, accidit, vt Pharo Necho, Rex Aegypti, expeditionem contra Babylonios faciens, transitum per terram Iudæam expeteret. Quem cum Iosias concedere nollet, et res ad proelium venisset; ipse, proelio vix inito, a sagittariis grauiter vulneratus, et ex acie abductus, Megiddone mortuus est, postquam 31 annos regnauerat. Mors eius omnibus subditis

fuis acerbissima fuit. Ipse propheta *Ieremias*, qui anno eius 13 vaticinari coepit, carmine quodam eum lamentatus, et memoria eius diu in carminibus lugubribus reiterata est. Iure optimo etiam mors tam pii et sapientis principis, cum quo pietas, falus et honor populi quasi sepultae sunt, deploranda fuit, 2 Regg. XXIII, 26—28. 2 Chron. XXXV, 19--27.

3582 IOAHAS seu IOHANNA, degeuer filius iunior Iosiae, a plebe rex constitutus vix regnum adiit, cum Pharao Necho, ad quem frater eius maior se contulerat, eum captum et vinctum secum in Aegyptum abduceret, postquam tres duntaxat menses regnauerat, c. XXIII, 30—33. 2 Chr. XXXVI, 1—7.

3582 IOIAKIM, filius natu maior Iosiae, a Pharaone Necho in locum fratris sui surrogatus est, nomine eius Eliakim, in signum subiectionis, in Ioiakim mutato. Haec fuit origo malorum, quae cum interitu totius regni finiebantur. Cum enim Nebucadnezar, rex Babyloniae, quem pater, in regni consortium assumptum, summa cum potestate exercitui praefecerat, contra regem Aegyptiorum expeditionem, ad urbem Carchemim et Syriam atque Phoenicem ereptam sibi recuperandam, suscepisset, Aegyptiosque in fugam conuertisset; statim Hierosolymam se contulit, eaque expugnata, templum diripuit, et regem cum nonnullis adolescentulis nobilibus, inter quos et *Daniel* cum sociis suis fuit, secum Babylonem duxit, terramque sibi tributariam reddidit. Factum hoc est anno quarto regiminis Ioiakimi, seu secundum Danielem anno tertio, nempe exeunte, Ier. XXV, 1. Dan. I, 2. 2 Regg. XXIV, 13. 14. Atque ab eodem anno incipiunt 70 anni captiuitatis, a Ieremia praedicti, Ierem. XXV, 11.

Tribus

Tribus annis post, rex Ioiakim, a Nebucad- 3588
 nezare iterum dimissus, et in regnum, sub foede-
 re subiectionis restitutus, ab eo defecerat, et, au-
 xilio regis Aegypti fretus, tributum non soluerat.
 Quare Nebucadnezar, aliis rebus occupatus, gen-
 tes vicinas, sibi subiectas, in Iudaeam misit, quae
 illam regionem incursionibus suis deuastarent.
 Tandem ipse, quatuor annis post, cum exercitu 3592
 suo aduentauit, et Ioiakimum, captum et catenis
 uinctum, cum Babylonem abducere uellet; ille in
 carcere, aut in uia mortuus, et insepultus mansit,
 prout Ieremias praedixerat, Ier. XXII, 10. XXXVI,
 30. 2 Regg. XXIII, 36. XXIV, 1-6. 2 Chron. XXXVI.

IOIACHIM, qui etiam *Iechonia* et *Chania* no- 3593
 minatur, a patre Ioiakimo, anno aetatis 8, in
 consortium regni assumptus, et post mortem patris,
 anno 18 aetatis, regnum cepit, quod uero 3
 menses tantum tenuerat, 2 Chron. XXXVI, 9.
 2 Regg. XXIV, 8. Cum enim Nebucadnezar, post
 expugnationem Syriae et Phoenices, aliquam in eo
 perfidiam cognouisset; ille Hierosolymam petiit:
 et quamuis rex cum matre, seruis, ducibus et mi-
 nistris egressus, potestati eius se permetteret; ille
 tamen ei non confisus est, sed eum secum Baby-
 lonem ductum in carcerem coniecit; ex quo de-
 mum anno 37, postquam abductus erat, ab *Euil-
 merodacho* liberatus, et ad summos honores eue-
 ctus fuit, 2 Regg. XXV, 27. Ierem. LII, 31. Cum
 hoc rege simul omnes thesauri templi et regiae,
 itemque omnes uiri fortes, artifices, et mercato-
 res, numero 10000, Babylonem deportati sunt, in-
 fima tantum plebe remanente, 2 Regg. XXIV, 14-16.

ZEDEKIAS, alias *Mathanias* dictus, tertius Io- 3593
 siae filius, ab ipso Nebucadnezare rex constitutus,
 annos 11 regnauit. Hic praecessorum malis nihil

359⁵
3597 *Va-*
phres R. Ae-
gypt. f. Pha-
rao Hophra.

fapientior factus, sed iis potius impietate et perfidia adhuc superior erat. Quamquam enim anno 4^{to} regni sui se denuo Nebucadnezari iuramento obstrinxerat; tamen anno septimo fidem fregit: et cum rege Aegypti, Pharaone Hophra, foedus iniit. Qua perfidia Nebucadnezar sic exacerbatus est, vt anno quo Hierosolymam obsideret, die 10^{mo} mensis decimi. Praepeditus quidem ab Hophra, in auxilium aduolante, obsidionem soluit; hoc autem fugato, rediit, et urbem operibus clausit. Hic cum Ieremias diuinitus deditioem suafisset, pro proditore habitus, et in carcerem coniectus est, Ierem. XXXII, 33. 34. Cum autem post biennium vi et fame ad deditioem cogerentur Iudaei, et rex cum suis noctu salutem fuga petere vellet, a Chaldaeis interceptus et Riblathum ad Nebucadnezarem ductus est, qui summa crudelitate erga eum saeuit: occisis enim prius in conspectu eius liberis tuis, ipsum oculis effossis, catenis viuictum, Babylonem deportari iussit, secundum vaticinia ante data, Ierem. XXXII, 4 XXXIV, 3. Ezech. XI, 13. 2 Regg. XXV, 1—7.

Interim Chaldaei irruerunt in urbem, mense 4^{to} die 9^{mo} anni 11 Zedekiae exeuntis, templumque et aedificia diripuerunt. Postero die 7^{mo} mensis 5^{ti} Nebusaradan, Praefectus satellitum, a rege missus, Hierosolymam venit, et comparatis per biduum rebus, die 10^{mo} templum Dei ac palatium regis cum reliquis aedificiis concremauit, 2 Regg. XXV, 8. Ierem. XXXIX, 8. LII, 13. Postea, muris disiectis, eos qui in vrbe reliqui erant, vna cum thesauris regis atque principum, et instrumentis vasibusque templi, Babylonem deportari iussit, 2 Regg. XXV, 10-17. 2 Chr. XXXVI, 18. 19. Ierem. XXXIX, 8. LII, 14. Factum hoc est

anno

anno regni Nebucadnezaris 19, anno Per. Job. 3601, annis 427 post templum fundatum. Hoc 3604 anno, cum deletione templi et urbis, anni 390 peccatorum finiuntur, et incipit magnum illud Sabbathum punitivum, de quo prophetae dixerant, Zach. I, 1. 2 Chron. XXXVI, 21. Ezech. IV, 5. 6.

Interim Pontifex Seraia, cum 70 principibus iussu Nebucadnezaris occisus, filique eius Iozadok et Esra cum aliis Babylonem abducti sunt: reliquis de infima plebe, ad agros colendos relictis, Gedalia praepositus, eiusque curae Ieremias quoque propheta traditus est, 2 Regg. XXV, 22. Ierem. XXXIX, 11-14, quibus se ceteri Iudaei, qui in alias regiones aufugerant, adiunxerunt.

Gedalia autem ab Ismaele quodam, ex regia stirpe oriundo, qui eius honori inuidebat, interfecto; Iudaei, regis vindictam timentes, in Aegyptum, dissuadente tamen Ieremia, se receperant, ipsumque, ut secum iret, coegerunt.

Hierosolyma occupata, Nebucadnezar partem exercitus sui ad urbem Tyrum obsidendam misit, eodemque tempore praefectum Nebusaradanem cum reliquis copiis ablegavit, ad Ammonitas, Moabitas, Philisthaeos, Idumaeos, Arabes aliosque circumiacentes populos, qui ab eo defecerant, et Zedekiam in societatem traxerant, debellandos, cum quibus ille pari acerbitate egit, Ezech. XXV-XXVI, 10. Ies. XXI, 11-13. Ierem. XXV, 21-23. XXVII, 3. XXIX, 28. Hoc tempore etiam 745 Iudaeos, qui adhuc in terra reliquerant, et cum illis gentibus fecerant, secum Babylonem duxit. Factum hoc est anno 23 regni Nebucadnezaris, Ierem. LII, 30.

Talis erat finis regni funestus, quod Deus ipse constituerat, propter peccata atrocia autem

iterum deleuerat. Stetit 470 annos inde a Dauide, 390 a defectione decem tribuum, 134 ab euerfione regni Israelis, et 427 annos a fundatione ad deletionem templi.

3618 Vrbs Tyrus tandem, post obfidionem tredecim annorum expugnata est. Quoniam vero maxima pars incolarum facultates suas in naues transportauerant, ita vt *Nebucadnezar* pro maximo labore nil, nisi urbem vacuefactam acciperet; ira incensus solo eam aequauit, omnesque reliquos incolas trucidari iussit, Ezech. XXVI, 7. 8. Interim ei pro remuneratione tanti laboris diuitiae Aegypti a propheta Ezechiele promittebantur, Ezech. XXIX, 18. 19. 20.

3619 Post hanc expugnationem *Nebucadnezar*, anno 27 captiuitatis Iechoniae, Aegyptum petiit, quae tunc bellis intestinis labefactata erat, eaque occupata et deuastata, immensas inde diuitias reportauit, Ezech. XXIX, 17—21. XXXI. XXXII. Ies. XIX. Jerem. XXVII, 19. In hac expeditione plerosque etiam Iudaeos, qui in Aegyptum se ceperant, captiuos abduxit, uti iis Ieremias praedixerat, XLIV, 27. 28.: simulque Arabes et Libyos sub potestatem suam redegit, Ezech. XXX. Dan. II, 37. 38. IV, 29. Jerem. XXVII, 6.

3587 Interim anno 2do regni, *Nebucadnezari* somnium diuinatorium obtigit: quod Daniel ei ex diuina reuelatione de permutationibus et successionibus regnorum futuris interpretatus est; qua de re Daniel praefectus Magorum et regionis Babylooniae praefes constitutus est, Dan. II. *Nebucadnezar* vero eo dementiae processit, ut ad huius statuæ formam, quam in somnio viderat, statuam auream 60 cubitos altam exstrui illamque in planitie quadam constitui iussit; eo simul edicto edito,

to, vt qui hanc statuam diuino cultu non adoraret, in furnum ardentem deiiceretur. Cum vero tres Danielis amici, quos ad magnos honores extulerat, id facere negarent, et in furnum coniecti, ab angelo vero a flammis intacti conseruati essent; rex hoc miraculo viso, eo adactus est, vt publice confiteretur: Deum Israelis solum verum Deum esse, Dan. III.

Per vltima tempora pacifica, gentibus aduersariis omnibus deuictis, ingenti diuitiarum copia congesta, vrbeque Babylone aedificiis magnificentissimis ornata: animus Nebucadnezaris supra modum elatus est, vt sibi soli ea omnia attribueret, atque in haec verba tumida erumperet: Haec est magna illa Babel, quam ego aedificaui in domum regni in robore fortitudinis meae et in gloria decoris mei. Sed mox Deum honoris sui vindicem expertus est. Vix enim haec verba elocutus, furore correptus, omnique rationis vsu priuatus, ab omnium hominum consortio remotus, inter bruta per septem menses sub dio vitam degere coactus est. Ad sanitatem vero restitutus, ipse haec sua fata commemorans, soli Deo omnem gloriam, honorem et laudem tribuendam esse humillime confessus, et in regnum restitutus, vsque ad vitae finem magna cum gloria vixit. Mortuus est anno regni sui 43, aut etiam 44, si scilicet a tempore, quo a patre in regni consortium assumptus est, computaueris, Dan. IV.

Euilmerodach, filius Nebucadnezaris, successit 3629
 patri suo. Hic se propitium Iudaeis gessit, Iechoniam ex vinculis, in quibus annos 37 detentus erat, dimisit, et ad summum honoris gradum extulit, 2 Regg. XXV, 27. Ierem. LI, 31. Regnauit modo annos duos. Voluptatibus enim cum dedisset se, regnumque neglexisset, a Nericolosso, sororis suae marito, interfectus est. Ne

- 3631 *Nericeloffarus* post interfectionem Euilmerodachi regnum vlturpauit, et quarto anno post in pugna cum Medis obiit: filiusque eius *Laborofoardochus* nouem mensibus post a suis interfectus est.
- 3635 *Belsazer*, in Canone Ptolemaei *Nabonadius* dictus, et filius Euilmerodachi, et vltimus ex progenie Nebucadnezaris, Jerem. XXVII, 7. regnavitque annos 17. Hic prout vino epulisque deditus erat, splendidissimum epulum principibus suis sub finem regni sui dedit, in quo temulentus vasa templi Hierosolymitani, a Nebucadnezare Babylonem abducta, afferri iussit, vt cum proceribus et concubinis in Dei Israelis contumeliam ex illis hiberet; laudando simul Deos suos patrios prae Deo viuento. Furor iste cum prope ad insaniam accessisset, ex improviso manus scribens in pariete apparuit. Hanc conspiciens rex, maxima consternatione perculsus, ingenti clamore sublato, Magos, Chaldaeos, aruspices, arcessi iussit. Cum vero scripturam hanc nullus eorum nec legere nec interpretari possit: Daniel suafu auiae regis aduocatus, eam non modo legit, sed etiam significatum eius ostendit; tempus nimirum adesse, quo regnum ei detraheretur, vt in Medos et Persas transferretur. Cui praefagio mox etiam euentus respondit: eadem enim nocte, vrbe a Cyro, Persarum rege, actu expugnata, Belsazer a militibus irruentibus interfectus est, et Darius Medus, qui in societate Cyri erat, regnum occupauit, Dan. V.
- Darius Medus*, alias *Cyaxares II.* dictus, Cyri avunculus, qui cum eo in expugnanda vrbe societatem fecerat, regni Babylonici gubernacula anno 62 aetatis suae, consentiente Cyro, suscepit, Dan. V, 30. 31. IX, 1. eaque tres annos tenuit. Sub hoc tanta fuit Danielis auctoritas, vt rex ei sum-

summam rerum tradere vellet; quod autem ei tantam inuidiam apud ceteros Satrapas peperit, ut non prius quiescerent, quam ipse in foueam leonum, inuito tamen rege, proiectus esset. Vbi tamen, per angelum Dei a morsu leonum seruatus, postero die, iussu regis, vivus extractus; delatores autem cum vxoribus et liberis in eandem coniecti et a leonibus lacerati sunt. Quo facto, rex Deum Danielis, ut vnicum, verum et viuentem, laudibus celebrauit, omnibusque gentibus, imperio ipsius subiectis, publico edicto huius Dei cultum commendauit, Dan. VI.

Cyrus, in S. Scriptura *Cores* dictus *Esra* I, 1. 3655 qui hucusque, post expugnationem vrbis Babylonis, in Syria occupanda versatus erat, post mortem Darii regimen ipse suscepit, regnumque Babylonicum hoc modo cum Mediae et Persiae regno coniunxit. Vix imperium assumserat, cum ei a Daniele, qui apud eum quoque summum gradum tenebat, res Iudaeorum, apposito Iesaiæ vaticinio, Iel. XLIV, 28. c. XLV, 1. commendarentur; quibus rex permotus, veniam Iudaeis dedit, in patriam suam remigrandi et templum restaurandi. Iussit etiam, ut iis vasa templi, a Nebucadnezare deportata, restituerentur. Quo facto, duce Serubabele et pontifice Iesua, 42360 homines in Iudaeam remigrarunt, plerisque tamen in terris Babyloniae, ob possessiones ibi acquisitas, remanentibus, *Esra* II. Factum hoc est, cum accurate 70 anni captiuitatis, a Ieremia c. XXV, 11. praedicti, completi essent.

Prima Iudaeorum cura post reditum erat, ut cultum Dei restituerent. Condito igitur altari in ruderibus templi, prima holocausta primo die mensis septimi obtulerunt, et simul eodem mense festum tabernaculorum ad praescriptum Mosis celebrarunt.

Anni

- 3656 Anni sequentis mense secundo templi fundá-
 menta , auctoribus Serubabele et Iesua pontifice,
 magna cum cerimonia iacta sunt. Huius autem
 operis cum Samaritani peterent societatem, et Iu-
 daei ob religionis diuersitatem id recusarent, ma-
 gna eis ab his impedimenta obiecta sunt, quo mi-
 nus incepta profequi potuerint, Esra IV.
- 3661 *Cambyfes*, Cyri filius, ab Esra *Ahasuerus* di-
 ctus, Esra IV, 6. ob expeditionem, quam in Ae-
 gyptum fecit, celebris est, vbi immani crudelitate
 saeuit, totumque regnum, rege Psammenito in-
 terfecto, sibi subiecit. Fratrem suum Smerdem,
 quem ad regnum aspirare suspicabatur, per infi-
 dias interfecit. Ipse tandem, equum conscendens,
 ense vagina elapso sauciatus, paucis diebus post
 ex vulnere mortuus est, postquam annos septem
 et quinque menses regnauerat.
- 3668 *Smerdes*, ab Esra *Arthasastha* nominatus, *Esr.*
 IV, 7. sub simulato nomine Smerdis occisi regnum
 vsurpauit; detectus autem a septem principibus
 coniuratis, post 7 menses interfectus est. Eius ius-
 su, Samaritanorum artibus, aedificatio templi Iu-
 daeis interdicta est, Esra IV, 7—24.
- 3669 *Darius Hystaspis* vnus ex septem coniuratis
 fuit, qui Smerdem occiderant, et hinnitu equi sui
 ad regnum peruenit. Regno eius ineunte, Iudaei,
 diuinitus per prophetas Haggai et Zachariam ad-
 moniti, templum aedificare inchoarunt; et cum
 Satrapae vicinarum regionum eos propterea com-
 pellarent, illi ad edictum Cyri, hac de re editum,
 prouocarunt. His ad regem nunciatis, et edicto
 hoc in secretis scriniis inuento; rex Satrapis suis
 mandauit, vt aedificationem templi non modo non
 inhiherent, sed et ipsi potius adiuuarent, et exae-
 rario regis sumtus ad aedificium et sacrificia suppe-
 dita-

ditarent. Quo facto, anno 2do regni Darii, tan- 3670
 tis viribus Iudaei opus aggressi sunt, vt intra 4
 annos, id est anno 6to Darii, die 3tio mensis Adar, 3674
 templi aedificium consummatum inauguraretur,
 et postero die 14 mensis Nisan Pascha magna lae-
 titia celebraretur, Esr. V, VI. Factum hoc est an-
 no Per. Iobel. 3674, 70 annos post excidium prio-
 ris templi, et $7 \times 70 = 490$ post consummatio-
 nem eiusdem. Sequens annus 3675 erat 19us an- 3675
 nus Iobeleus et 133us sabbathicus, annus nempe ann. Iobel.
 magnus remissionis, quo a seruitute liberati, ad 19,
 quietam terrae possessionem redierant. Sic enim,
 cum ipso hoc anno, anni deuastationis praedesti-
 nati et sabbathum magnum punitivum claudun-
 tur, 2 Chron. XXXVI, 21. Zach. I, 1. VII, 5.
 Ex quo intelligi potest, quam accurate omnia cum 3673 Epochæ
 Iobelea et Sabbathica supputatione conueniant. consul. Rom.

Eodem anno 6to Darius Babylonem, quae con- 3674
 tra eum rebellauerat, astu Zopyri occupauit, et
 muris ad dimidium dirutis, ac portis aeneis orba-
 tis, eam ita vastauit, vt haec munitissima et splen-
 didissima vrbs temporibus posteris in vastam soli-
 tudinem conuersa sit, secundum praedictiones
 prophetarum, Jerem. L, 51. XXV, 12. Ies. XLVII. 3684 primus
 Regnauit Darius secundum Marmora Arundeliana 3689 tribuni
 annos 28; qui etiam optime conueniunt cum Romae creati
 Chronologia biblica et Iobelea.

Xerxes, Darii filius, qui in libro Esther Ahas- 3697
 verus nominatur, regnauit 21 annos. Hic maxi-
 mus et potentissimus, sed etiam in expeditionibus
 infelicissimus regum Persarum fuit. Anno ter- 3699
 tio imperii sui conuocauit omnes regni sui proce-
 res, ac eo quidem sine dubio consilio, vt cum iis
 de expeditione, quam aduersus Graecos suscipere
 volebat, deliberaret, suamque simul magnificen-
 tiam

tiam ostenderet. His proceribus epulum splendidissimum per 180 dies dedit, quo uxorem suam Vasthi, ob eius insolentiam repudiavit. Anno ³⁷⁰¹ quinto, qui erat decimus post pugnam Maratho- ^{3703 pugna} ^{Salamina.} niam, suscepit expeditionem aduersus Graecos cum copiis fere innumeris; a Graecis tamen et mari et terra caesus, et fugatus, septimo anno, pugna apud Salamina facta, in Asiam reuersus, omnia templa Deorum, Beli amplissimo templo non excepto, euertit: quo facta prophetae impletae sunt, Ies. LI, 9. Ierem. LI, 44. 47. 52. L, 2. Post reditum anno eodem septimo Estheram in thalamum suum excepit, quae postea, anno eius imperii 12, intercessione sua gentem suam a consiliis Hamani perditis, et ab internectione vindicavit. ³⁷⁰⁸ In cuius liberationis memoriam Iudaei diem 14 mensis Adar, quo haec liberatio facta est, festum, quod Purim vocant, quotannis ad nostra usque tempora celebrant, Esther IX. Tandem Xerxes ab Artabano, praefecto praetorio, obruncatus est.

IESAIAE VATICINIA.

LIBRI VATICINIORVM IESAIAE INSCRIPTIO.

(C. I, v. 1.)

Vtrum haec inscriptio ad totum vaticiniorum Iesaiæ corpus, an ad primum tantummodo vaticinium pertineat, dubitatur. Qui priorem sententiam defendunt, hoc praecipue nituntur argumento, quod 2 Chron. XXXII, 32. vaticinia Iesaiæ sub illo, quem nunc legimus, titulo excitentur. Locus ille vulgo vertitur ita: *reliquae autem res gestae Iehiskiae, benignaque eius facta, scripta sunt in vaticinio Iesaiæ* (בהזון ישעיהו), *fili Amoz, prophetae, et in libro, historiam regum Iudae et Israelis enarrante.* At enimvero in hoc loco verba potius ita sunt struenda: *הנם כחברים על ספר מלכי יהודה וישראל*; nam על כתב coniungi solet cum על, vt 2 Chron. XXVIII, 26. בהזון autem tunc vertendum erit, *cum vaticinio*, scilicet quod ad legationem Babylonicam pertinebat. Priori illi versioni obstat etiam hoc, quod in contextu non legitur *ועל*, sed simpliciter על. Hinc locus ille erit vertendus: *reliquae res gestae Iehiskiae, benignaque eius facta, cum vaticinio Iesaiæ, scripta sunt in libro cet.* Itaque ex hoc loco non potest probari, hunc versum primum esse genuinam totius libri Iesaiæ inscriptionem. Videntur potius verba *הזון ישעיהו בן אמץ אשר חזה על ספר מלכי יהודה וישראל* olim inscriptionem primi tantummodo vaticinii constituisse: perinde ac oraculo sequenti, Capite secundo, similis inscriptio praeposita est; conferri etiam Cap. XIII, 1. potest. Quum autem post Iesaiæ mortem, omnia eius va-

ticinia in vnum corpus colligerentur; ii qui hoc negotio fugebantur, oraculum hocce, graue illud, et generalioris argumenti, in fronte libri posuerunt cum titulo praescripto, qui, licet huic soli vaticinio adscriptus, visus tamen ipsis est commode transferri posse in titulum generalem totius libri, adiectis in vicem complementi verbis: *בימי עתידו יתם אהו יתקרה מלכי יהודה* — *visum*, hinc, *oraculum, vaticinium, carmen fatidicum*. Proprie ita videtur vocata esse prophetia, in qua visum nocturnum, aut κατ' ἔξουσις prophetae obiectum narratur, vnde translatum ad quaslibet prophetias significandas. Inde etiam in dialecto Arabica

حزبي significat *ariolatus est, occulta indicauit*. על h. l. non est vertendum, *contra*, vt nonnulli fecerunt; significat potius hic obiectum vaticinii, vt Graecorum ὑπερ, et Latinorum *super, de*, conf. Zach. XII, 1.

CARMEN PRIMVM.

(CAP. I, vs. I. vsque ad fin.)

A r g u m e n t u m.

*M*onendum est ante omnia, hoc caput non tam esse oraculum, seu vaticinium, quod ita dicitur, non enim in eo praedictantur res futurae; quam potius descriptionem poeticam deplorandi populi Israelitici status, intermixtis querelis, oblationibus, promissionibus, et minis generalioribus. Deprecatur poeta primum, miserum vniuersi populi et reipublicae statum (vs. 1—10). Deinde singillarim enumerat vitia procerum et sacerdotum, externum religionis cultum satis diligenter quidem obseruantium, sed prauis moribus corruptorum, omnesque iusti ac aequi leges negligentium (vs. 10—15). Adhortatur eos, vt mores emendent (vs. 16. 17.). Quod si facerent, Iehouam pristina obliuioni traditurum, eosque felices redditurum esse, promittit; sin minus, misere eos perditum iri, iis minatur (vs. 18, 9, 20.). Tum, vt his monitis eo maiorem adderet grauitatem, malum hunc atque infelicem reipublicae statum deplorat, eumque cum pristino bono atque felici comparat (vs. 21, 22, 23.). Sperat tamen meliora, et pollicetur tempora, quibus, extincta mala ista progenie, pietas et iustitia, et cum iis pax et quies reipublicae rediturae essent (24. vs. vsque ad finem).

Tale mihi videretur huius carminis argumentum, talis in eo cogitationum nexus. Quo assumto, nullam causam video,

cur cum Koppio et Cubio in hoc capite tres, a se inuicem diuersas, et vario tempore editas, orationes comprehendj existinemus. Omnia arctissime cohaerent. Acque ~~non~~^{ad}placet Vogelii sententia, mediam huius capituli partem, a vs. 10. vsque ad 20. esse epitomen nouae, a prima diuersae, orationis.

Plerique veterum interpretum, cum viderent, hoc carmen in fronte libri positum esse, existimarunt, id vere primum esse omnium, quae edidit Iesaias, ac proinde referendum esse ad Vsiæ tempora, quibus noster muneris prophetici auspicia fecit. Sed multa in hoc carmine occurrunt, quae Vsiæ temporibus repugnant. Vt alia mittam: florenti reipublicae Iudaeicae statui sub Vsiâ nullo modo conuenit, quod vs. 7. 8. in descriptione praesentis temporis de illius calamitatibus legitur. Haerent ibi interpretes, qui illi sententiae adstipulantur; sed cum nihil aliud iis supersit, quo se exsoluant hac difficultate, versus illos dicunt non esse accipiendos de praesente rerum statu, sed de futuro, proxime instante. Sed quam coacta sit haec interpretatio, sponte quisque intelligit. Quare verior multo et facilior eorum videtur sententia, qui carmen hoc vel sub Ahaso, vel sub Hiskia, editum esse statuunt. Quam posteriorem sententiam et ego, cum Virringa, complector. Collapsa erant omnia sub Ahaso, populus vitiiis erat perditus et corruptus; nec fieri poterat, ut Hiskias, licet optime in Iehovam eiusque religionem affectus, hunc morbum sanaret, et inolitio huic malo, breui adeo tempore mederetur. Quamquam enim religionem suae restituerat puritati, extirpata idololatria; non tamen potuit mutare animum et affectus vniuersi populi, quem pessimis moribus corruptum videbat. Interea regnum Ephraimitarum, quorum iam ante pars magna in Assyriam captiua ducta erat, a Salmanassare penitus est subuersum, populo in eandem terram translato, quod accidit circa sextum Hiskiae annum; 2 Reg. XVIII, 10. Hac videtur poeta spectasse in descriptione illa miseri afflictique populi Iudaici

laici status. Itaque satis verisimilis est Vitringae sententia, hoc carmen editum esse circa illud ipsum tempus, quo calamitatis istius recens erat memoria, id vero est, vel ipso illo anno sexto Hiskiae, quo regnum Ephraimitarum penitus euersum est, vel proxime post hoc tempus. Quo assumpto, apparet etiam, cur idololatria inter vitia illius temporis non recenseatur, contra cultus rituum Mosaicorum satis diligenter obseruatus fuerit, vt colligere licet ex vsf. 12, 13, 14, 15; et res publica Iudaica sola describatur superfles, reliqua terra Cananaea quaquaversum vestata et desolata (vsf. 7. 8.). Nec obstat huic sententiae, ea admissa, ordinem temporis non obseruari; tunc hoc carmen in medium potius, quam ad initium libri Iesaiani ponendum fuisse. Constat enim, ordinem chronologicum in colligendis vatum Hebraeorum carminibus saepe esse neglectum, cuius rei exempla manifesta extant Ierem. XXI, I. XXV, I. XXXIV, I. XXXV, I. quorum capitum inscriptiones inter se confer.

Elocutio carminis magnifica, grauis et copiosa est. Excellit maxime in iusta imaginum dispositione, facilique rerum ordine, vt orationi, vitia populi corrupti arguenti, conuenit.

2. שמעו-דבר) Magnificum et graue exordium! Excitatur omnis natura, vt audiat Iehouam, de populi sui ingratitude conquesturum. Haud insolita apud vates Hebraeos apostrophe, qua, indignatione contra ingratum populum Iehouae commoti, coelum et terras obtestantur, totique rerum naturae silentium indicunt; apud montes causam orant, et colles vocant, vt vocem ipsorum audiant; conf. Ezech. VI. 3. XXXVI, I. Ier. II, 12. Micha VI, 1. 2. Ps. L, 3. 4. Qua in re imitari videntur Mosen, qui praeclarum illud

carmen suum, Deut. XXXII. eodem graui exordio incipit. כי יהיה דבר, quae mox proferam, non sunt mea, sed *Iehovae*, quo loquente vniuersam naturam attentam esse, par est. דבר hic vertendum est in praesenti, quod neminem offendet, qui cogitet, tempora Hebraeorum; sicut omnium Orientalium, esse Aorista. Vnde ego haud perspicio, cur Lowthus legi velit דבר (בנים-בי) Verbum ויש, quod in genere notat *extollere*, vbi de liberis est sermo, et iungitur verbo גדל, notat *educere in proceritatem*, vt infra c. XXIII, 4. Ezech. XXXI, 4. Quod Vitringa obseruat, Iesaiam hic ante oculos habuisse Moysen Deut. XXXII, 6. ita vt prophetae גדל exprimat Moysis עשך, *fecit, formauit te in populum*, et prophetae רמם positum sit pro Moysis יכנינך *stabiliiuit, confirmauit te*; id subtile nimis videtur. Pro גדלהו Alexandrini ponunt γεννησα, *genui*; nec tamen inde certe potest colligi, eos legisse ילדהו, vt suspicatur Lowthus, quem sequitur Kraegelius, qui adeo hanc lectionem, ne certam quidem, praefert vulgari, a reliquis veteribus omnibus, omnibusque hucusque collatis codicibus, expressae. Conf. caeterum loca parallela, infra cap. XLIX, 21. LI, 18. והם פשעו בי, *illi tamen a me defecerunt*, idolorum cultum sequendo, is enim semper verbo פשע, vbi de deo sermo est, indicatur, vt testantur loci innumeri, e. c. Ierem. II, 8. coll. cum vl. 10, 11. III, 13. cet. Innuit vates vltima sub Ahaso tempora, quibus sacra publica praene erant neglecta, et intermissa, templum profanatum, et non solum potior populi pars, verum etiam sacerdotes et Leuitae plures idola coluerunt, conf. 2 Chron. XXVIII, 19. XXIX, 1. 2. ff. XXXI, 1. 2.

3. ידע-החכונן Bruta stupidissima possessorem suum agnoscunt, a quo aluntur; sed populus meus, tantis beneficiis a me affectus, me deserit et deos alienos sequitur. ידע hic est ἐπιγνωσκω, *agnoscere*, vt Ies. XLII, 20. Hof. II, 10. XI, 3. *Bos et asinus ad maiorem Israelitarum inuidiam ponuntur*

nuntur, quod vera indoles brutina in nullis fere animalibus clarius, quam in his agnoscitur. Quasi dicat; quam turpe hominibus, bestiarum omnium stupidissimis vinci sensu et intelligentia! Vide similem imaginem Ier. VIII, 7. et cf. Hof. XI, 4. אֵינָם non est *area*, vt post GUSSETIVM probare studuit SCHULTENSIVS in *Animaduersff. Philologg.* ad Iob. cap. XXXIX. vs. 9. et ad Genes. XL, 11. quae sententia tamen postea eisdem ipsi displicuit, ad Proverb. XIV, 4. et refutata etiam est a SCHWARZIO in *Miscellann. Theologg. et Philologg.* p. 324. et a MICHAELE in *Supplementt. ad Lexx. Hebr.* P. I. pag.

10. 11.: sed praesepa, ab Arab. أَهْتِس, colligere, congregare, ita dictum, vt Michaelis vult, l. c., quod praesepa communis bouum conuictus, ad quem congregantur. Sed ego cum CASTELLO in *Heptagl.* et cum CLODIO in *Lex. Hebr. Se-*

lecto, contulerim Arab. أَهْتِس, potu et ingurgitatione lactis intumuit. Videtur quidem huic deriuationi obstare diuersitas litterarum א et ת. Sed quum ceterae significationes

verborum Arabicorum أَهْتِس et أَهْتِس inter se conueniant; haud dubito, duo haec verba inter se permutari, quemadmodum تَجَا et سَجَا, quiescere; زَنَا et سَدَا

rore madefacta erat terra, maduit; زَعِبٌ et سَعِبٌ, fluens.

Nonnulli interpretes hic supplent אָהָרִי, *me*, coll. Ierem. IV, 22. quod Lowthus et Kraegelius textu excisum, eique inferendum putant. Excitant pro hac lectione Alexandrinos (Ἰσραὴλ δὲ ΜΕ εἰς ἐγώ) et Vulgatum (*Israel autem ME non cognouit*). Sed verisimilius est, hos interpretes illud: *me*, ex ingenio suppleuisse, dictionem ellipticam existimantes. Multa alia monuit KOCNERVS in *Vindiciis* p. 10. 11. Grauius quoque sententia pungit, omisso אָהָרִי, vt apte obseruat Doederlein. Melius ἀπο τὰ κοινὰ repetitur בערתי וקנהו. Verum ne opus quidem est, quidquam supplere, modo obserues, verbum יָרַע absolute vsurpatum, signifi-

cantius simul et elegantius esse, hoc modo; *Israel nihil novit; populus meus nihil intelligit*; sicut infra apud nostrum, LVI, 10. צפר עירום כלם לא ידעו, item, XLIV, 18. Job. VIII, 9. et Ps. LXXXII, 5. לא ידעו ולא יבינו, *nihil novērunt, nec quicquam intelligunt et aduertunt.* — Pro ישראל Kraegelius legendum censet וישראל, et pro עמי Doederlein, auctoritate multorum codicum et versionum veterum, ורעמי: utrinque citra necessitatem, ut mihi quidem videtur. Asyndeta orationi poeticae melius conveniunt. Neutrum praeterea exprimit Chaldaeus, qui alias tamen particulas copulativas addere potius quam eas omittere solet.

4. Iam satis vos, improbos et scelestos, Iehoua, ob perfidiam et mentem vestram ingratham, castigavit. — זרע מרעים, non videtur interpretandum esse *malos, malorum posteros, malos, malis factos*, sed potius coetum hominum, maleficis constantem, absque respectu ad maiores; ut apud nostrum, infra, Cap. LXV, 23. זרע ברובי יהוה *semen benedictorum Iehouae* est coetus, qui constat benedictis Iehovae. בנים משחיתים *filiis corruptentes*, scil. *se ipsos* (ut suppleendum fit להם conf. Iud. II, 12. 19.), vel, *viam suam* זרע ריכר, ut Genes. VI, 12. Zeph. III, 7. Indicatur, Israelitas a maiorum suorum religione moribusque puris et castis deflexisse. Lowthus mavult vertere *filiis corruptos*, quasi pro משחיתים positum esset Hophal מְשַׁחֲתִים, ut Proverb. XXV, 26. Excitat praeterea, ut hanc coniecturam quadam auctoritatis specie commendet, quinque codices Kennicottianos, in quibus Jod prius onissum est. Sed forma Hiphil, מְשַׁחֲתִים, alias quoque defectiue scribitur, vid. Genes. XIX, 13. Ierem. XXII, 7. ut saepe fit in vocibus, in quibus geminum י occurrit. Verbum נאץ significat coll. Arab. ناض, *contempsit virum, quem ad negotia sua abire curavit*, spreuit cum contumelia et subsannatione, *reiecit cum contemptu*, conf. Ps. X, 3. Num. XIV, 11. Veteres quidem verbum נאץ plerumque reddunt, *ad iram pro-*

prouocauit (exempla vide apud MICHAELEM in *Supplementt. ad Lexx. Hebr.* P. V. p. 1581.), ita, vt, si auctoritatum numero standum, haec notio, in plura lexica recepta, facile vicerit. At, cum locis haud paucis, *contemnendi*, *spennendi* significationem propè polcentibus, e. c. Proverb. I, 30. V, 12 XV, 5. Ief. LII, 5. etc., ista significatio parum apta sit, solaque interpretum auctoritate aut coniectura nitatur, plane ea est ablicenda. IO. WILH. SCHROEDERVS in *Commentario in Psalm. X.* vs. 3. p. 74. nostrum נאץ confert cum Arab. ناص, quod vsurpari solet de *animalibus syluestribus, membra ad fugiendum agitantibus*; vnde locum nostrum reddit: *dereliquerunt Iehquam, ferociter renitentes se extraxerunt ad defugiendum Sanctum Israelis, cesserunt retrorsum.* Quam *contumaciter renitendi* significationem vir ille doctissimus transfert quoque ad Num. XIV, 11. Deut. XXXI, 20. קדוש ישראל, *sanctus*, i. e. Venerandus, Deus, Israelis. קדש est synonymum כבוד, *maiestatis*, hinc קדש, *venerandus, augustus*, a vate nostro saepe poni solet pro visitato אל vid. e. c. Cap. XII, 6. — כורר אחר, *fastidio recesserunt retrorsum.* Nam כורר non est א, *separauit*, sed Niph. אורר, quod est conferendum cum Arab. نال, *fastidiuit, abhorruit.* Vid. MICHAELIS *Supplementt. ad Lexx. Hebr.* P. II p. 604. — Verba נאצו, כורר, אצו, a Syro et Alexandrinis cum Arabe in Polyglottis, in secunda pluralis persona vertuntur. Nec tamen inde collegerim, illos interpretes aliter legisse ac in nostris codicibus scriptum extat. — Ceterum obserua in membro posteriori gradationem poeticam: אצו, *reliquerunt* — נאצו, *sprenuerunt* — כורר, *fastidiuerunt.*

5. Cur vero nouas poenas vobis contrahitis, et defectiones defectionibus cumulatis? — (על-מה-סרה) Nonnulli interpretes duplicem in hoc membrum inserunt interrogationem, hoc modo: *amplius percutimini? additis recessionem?*

nem? Mihi tamen orationis seriei videtur aptius, verba posteriora cum bene multis interpretibus sine interrogatione vertere: *tamen peccare pergisis.* על-ימרה multi vertunt: *cur?* verum ego cum Vulgato mallem *super quo?* super quonam loco? vt Job. XXXVIII, 6. 2 Chron. XXXII, 10. Ita et Doederlein, *quis in vobis castigationi locus superest?* id quod melius conuenit cum iis, quae sequuntur, *a planta pedis usque ad caput nihil est sani.* Eandem imaginem habet Ovidius Pont. II, 742. *Vix habet in vobis iam noua plaga locum.* Lowthus pro הכי legens הכי, vertit: *quemnam locum amplius percutere velitis?* quasi propheta alloquatur personas, quibus Iehoua ad castigandos Israelitas utebatur. סרה plerumque redditur, *refragratio, contumacia*, a סרר, quod verbum Deut. XXI, 18. 20. ex filo orationis et auctoritate veterum interpretum de *filio refractario* intelligitur. Sed MICHAELIS in *Supplementt. ad Lexx. Hebr.* P. V. p. 18. 12.

confert Arab. ¹شقي, *malus, maleficus fuit*, vnde ⁵شقي, *malum, maleficium*, quem significatum veteres quoque hic expresserunt; Alexandrini enim posuerunt ἀμαρτυροῦ, *Vulgatus praeuaricationem*, Chaldaeus מוכי, *peccare.*

5. med. et 6. Iam fere oppressi estis calamitatibus et infortuniis! Comparatur respublica Israelitica cum homine pessime affecto, et ex plagis et vulneribus, illi inflictis, grauissime laborante. — Ceterum in hac comparatione non sunt singulae voces vrgendae; quasi seorsim singulare aliquid significant. (כל ראש לחלי) *Totum caput in aegritudine*, i. e. aegrotum. Littera ל enim saepe significat statum rei, vt Ierem. II, 30. Hof. IV, 14. Habac. I, 11. דרי

languidus, a דרה, Arab. ¹دري, *aegrotauit, intus corruptus, languidus fuit.* מוחס alias *integrum*, hic, *sanum*, vt Psalm. XXXVIII, 4 8. מצע a Kimchio et Abarbenelo recte videtur exponi: *היא המכה המוציא דם, plaga, vnde effluit sanguis*

guis, vulnus. חבורה non potest esse *cicatrix* (conf. enim Genes. IV, 23. Exod. XXI, 25.); sed significat *tumorem*, ex verberibus ortum, Graecis $\mu\omega\lambda\omega\psi$, Latinis *vibex*. Propria huius vocis significatio est, *nota alicui rei impressa*,
⁵⁰
 coll. Arab. طري , *atramentum, color, lineamenta*; et

⁵¹¹
 طري , *virgatio, cum quid notis et striis longioribus insignitur*, hinc, *vestis striata, in primis cinerei coloris*. Vnde apte haec vox *vibicis* notionem accipere potuit. Conf. SCHVLTENSIVM *ad Hariv. Confess. V. p. 156. 157.* Concinit Kimchii huius vocis interpretatio, a Vitringa allata: *המכה אשר לא הוציא דם שהדם והליחה צרוורים בה, plaga, e qua sanguis non effluit, quippe sanguis et tumor collectus sub cute tenentur.* מכה טריה est *vulnus recens, sanguine manans.*

Arabice: طرا et طري et طرا Eliph hamzato, *humidus, recens fuit.* לא זור non sunt expressa, quod statim ab initio fieri necesse est, vt ex vulnere exeat sanguis. Verbum זור, quod hic occurrit, bene est distinguendum a זור, *fastidire*, quod supra vl. 4. legimus, et in lingua arabica cum ز scribitur; nostrum vero זור est arabicum ترس , *comprimere*, et Syrorum ز , *manu vel pugillo aliquid capere.*

Quam vtriusque radices diuersitatem primus, quantum scio, docuit MICHAELIS in *Supplement. ad Lex. Hebr. P. II. p. 605.* Idem, quod hic habemus, זור, legitur etiam Iud. VI, 38. Job. XXXIX, 15. — חבש, quod proprie in vniuersum notat, *ligare, obligare*, deinde praecipue dicitur de *obligatione*, siue *fasciis et emplastris vulnerum*, vt Pl. CXLVII, 3. Ezech. XXXIV, 4. 16. Iob. V, 18 לא רככה בשמן, *non delinita est oleo, plaga recens, sanguine manans*, מכה טריה, ad haec enim verba referendum est רככה, sicuti זור et חבש ad פצע et חבורה. Vulneribus ad deliniendum insillabatur oleum;
 vid.

vid. Luc. X, 34. GALENVS de compos. Medic. per partes Corp. II. de vulnere capitis: 'Εφ' αὐτῶν δὲ τραυματιῶν, ἢ δια μικροτητά, ἢ ἄλλως ἔκ ἐνεσι ῥαφῆς χερσῶν, τελευματιῶν μετ' ὀφθαλμοῦ ἐπιτιθῆναι, ἢ πογγεν κενόν ἐν ὀφθαλμοῦ δεύσας ἐπιθῆναι. PLINIVS Hist. Natur. XXXI, 47. In vulnere curatione et succidæ lanæ vicem implent, nunc ex vino et oleo, nunc ex eadem posca) COLV-MELLA VII, 5. 18. Fracta pecudum non aliter quam hominum crura sanantur, inuoluta lanis oleo atque vino infuccatis et mox circumdatis ferulis conligata. Schabbat, f. 134. 1. Verus habet traditio; non licet in hominis aegroti gratiam vinum et oleum die sabbari inter se commiscere. Conf. etiam de olei in vulneribus sanandis vsu ADRIAN. COQVIAN. in Philolog. Sacra p. 144. et HIPPOCRATEM de vlceribus. §. IV. Ceterum vulnera hic indicantur, reipublicæ Iudaicæ sub Ahaso inflicta, remediis, quæ illis sanandis faciunt, nondum allatis. Propheta enim querelæ et dolori suo indulgens, in illorum temporum miserias calsmitatesque oculos ita defigit, vt tantisper veluti præsentium obliuiscatur. Erantque in initiis Hiskiaæ hæc mala recentia et manifesta. Conf. not. ad vs. seq.

7. Terra vestra vastata et deserta iacet! Quod vates in antecedentibus per imagines expressit, id nunc propriis dicit verbis. ארץ ארץ hic generalius est, comprehendens ערים, urbes et agros fructiferos arbigerosque, quæ h. l. est significatio vocis אדמה, vt passim alias; sic infra Cap. XXX, 23. אדמה bis vertendum est, agros. Kimchius quoque hanc vocem interpretatur שדות הוריקה ואלרבויהה agros satiorum eorumque arbores. Hic autem agri ponuntur pro ipsorum prouentibus, qui ab hostibus barbaris consumpti dicuntur. (ושממה כמהפכת דרים) Et desolatio est vt subuersio hostium, omnia veluti a barbaris sunt euerfa. Alii quidem interpretes vt Aben-Esra, Abendana, Michaelis, Lowthus, Cubius, Kraegelius, quibus hoc membrum nimis tautologicum cum præcedente videtur, vertunt, veluti subuersio, i. sub-

subuersa veluti dilunio, als von einem Wolkenbruch, vt MICHAELIS reddit in *Supplementt. ad Lexx. Hebr.* P. II. p. 650. „Sub Palaestinae enim climate“ — idem ille addit, — „coelitus emissa diluuiia grauiora esse solent, quam nostro, „non solum ob maiorem aquae effusae molem, sed et, „quod, cum nostri montes accliuēs sint, ibi acutiore angulo in altum surgant, diluuiumque modicam, qua teguntur, humum, abripiens, nuda faxa et sterilia relinquit.“ — Qui hanc sententiam sequuntur, iis זרים est nomen substantivum (ad formam זָרִיר, vt e. c. זָרִירָא prae-dictio Dan. IX, 24.) ad radicem זָרַם, *effudit*, referendum, nec pro זרים legere זָרַם cum Lowtho et Kraegelio, necesse habent. SCHVLTENSIVS in notis ad *Excerpta ex Amadoddino Ispahanense* p. 12. (vitae Saladini a Bohaddino conscriptae, adiecta), nostrum זרים refert ad Arab. زَرَمٌ, quod de aquis aestuantibus et efferuescentibus, et hinc de torrentibus vsurpatur, vertitque, *vastitas vt subuersione rapidi et feruidi torrentis*. Ita quoque CLODIVS in *Lex. Hebr. Sel.*

p. 177. Similiter Saad ias كَيْفُ السَّيْمُولِ veluti rapido torrentis cursu. Doederlein: *omnia veluti tempestate sunt euerja*. Sed haec parallelismo membrorum non satis apta videntur. Sensus potius est, subuersionem esse eiusmodi, qualem quis exspectet ab hostibus peregrinis, alienigenis, barbaris, nullo cognationis vinculo nobiscum coniunctis, vt Alexandrini, και η̄ρηματοι κατέφραμμενη ὑπο λαων ἀλλοτριων. Itaque זרים apud Hebraeos eodem sensu sumitur, quo Lacedaemonii voce ξενος, *peregrinus*, utebantur, pro hostibus alienigenis, barbaris, vid. HERODOT. L. IX. p. 608. Qua *hostis barbari* significatione nostrum זָרִ quoque occurrit infra XXV, 2. Ierem. XXX, 8. Vt vero harum querelarum vis eo magis sentiatur, conferri debent, quae narrantur 2 Chron. XXVIII, 5—8 seqq. Quo ex loco intelligimus, Aha-

Ahaso regnante in Iudæa, non Israelitas modo, Rege Peca-cho, sed et Syros ab aquilone, Idumæos ab austro, Philistæos ab occidente, Iudæam inuasisse; terram spoliasse et vastasse, vrbes occupasse, multaque hominum millia abduxisse bello capta, et cladem in Iudæam intulisse grauissimam. Accesserunt postea Assyrii, quos Ahatus in auxilium vocauerat, qui vero ipsi eundem afflixerunt pariter et spoliarunt. Quam autem tenues adhuc et efflētæ fuerint res Hiskiaæ, etiam longo satis post tempore, colligi potest ex Assyriorum legatorum oratione, 2 Reg. XVIII, 23. coll. 2 Chron. XXIX, 8.

8. Haud multum aberat, vt Hierosolyma adeo ab hostibus essent euerſa. — (וְהוֹרְסָהּ כְּצִוְרָה) Hierosolymorum vrbs, oppidis agrisque extra eam vastatis incensisque, similis facta est tuguriis aut casis, quæ in vineis aut hortis in vsum excubitorum exstructæ sunt, nullis aliis aedibus iunctæ. Hieronymus tamen, et cum eo multi veteres interpretes, verbis illis hunc sensum inesse existimat: „Sicuti tuguria vinearum aut hortorum post vindemiam et ablectos terræ fructus relinqui solent a custodibus, ita Hierosolymam reliquit Ichōna.“ *filia Zion*, i. e. Hierosolyma, a regia sede sic dicta, 2 Sam. V, 7. Hariolantur, qui בה ציון vertunt *filiam Zionis*. Zion ipsa, vtpote vrbs, terræ filia dicitur ex antiquo loquendi more. (כַּסְכָּה בְּכֶרֶם) *Sicut tugurium in vinca*. סכה hic propriam suam significationem habet, *tugurium ex ramis frondibusque arborum factum*, conf. Levit. XXIII, 40—42. vbi de tuguriis festi tabernaculorum ponitur, nec non Ion. IV, 5. de virente ricini tugurio. Hic vsurpatur de custodis vineæ tugurio, vt Job. XXVII, 18. quod ex ramis arborum construi, docet SHAW pag. 124. *Itinerarii vers. germ.* Ita et veteres Alexandrini: *עֲרִיטָה* Vulgatus: *umbraculum*; Syrus. *عريش*; Saadias: *עריש*, idem. מלוכה est *tugurium* in quo custos noctem agit, qualia et nostris in hortis,

maturefcentibus fructibus, habemus. Alexandrini et Theodotion *σπαροφυλακίον* reddunt, quod Hesychius interpretatur *σκηνην ἢ καλυβην τῆς φυλασσουσας τὰς ὄπαρας*. Iuxta Hieronymum quoque in Epist. ad Sunn. et Fretell. *ὄπαροφυλακίον* est *specula, quam custodes satorum et pomorum habere consueverunt*

Saadias: *מִבְּרֵית*, *specula custodis vineae*. (במקשה) *in cucumerario*, horto cucumeribus confito; ita vocabulum *מקשה*, in hac significatione hoc tantummodo loco obviatum, omnes vetères vertunt. Litera eius vltima, ה, h. l. cum s permutata est. Nam Num. XI, 5. scribitur *מִבְּרֵית*. Cucumeres vero in deliciis Orientis esse, non solum ex hoc loco citato discimus, verum etiam ex testimoniis peregrinatorum recentioribus. ARVIOSIUS quidem in *Relationibus suis* passim Aegypti et Syriae cucumeres ob saporis praestantiam laudat, aliisque longe praefereudos esse, confirmat. Hinc mirum non est, hortos in Palaestina integros hoc fructu esse confitos. Conf. HASSELQVISTI *Itinerar.* p. 530. *verf. germ.* (כעיר בצורה) De significatione vocis *בצורה* dissentiunt interpretes. Alexandrini vertunt, *πολιορκασμεν*, *obsessa*, sic et Syrus et Chaldaeus; quos inter recentiores sequitur DATIIVS cum Vitringa, qui sensum bene exponit sic: Hierosolyma hic comparatur cum vrbe obsessa, quod circa eam omnia vastata desolataque erant, plane vt hostes, qui obsessionem vrbis meditantur, proxima omnia, ne impedimento iis sint, diruere solent et nudare. — DOEDERLEIN, quem sequitur HEZELIVS, vertit *munitione*, etiam a *צור*, quasi *clausa munitio*, vt 2 Chron. VIII, 5. Iesai XXXVII, 25. MICHAELIS, WALTHERVS, KOPPIVS, CVBIVS, alii: *seruata* (א צר *seruauit, custodiuit*) ex reliquarum vrbium excidio.

9. Iehouae tantummodo debemus clementiae, quod Sodomae et Gomorrhae fata non experti sumus. — (לרלי כמעט) Nisi dominus e nostris exiguum numerum conseruasset, nempe huiusmodi hominum, qui veri Dei li-



beri appellari mereantur, quorum causa adhuc parcit nostris, ut olim propter Abrahamum eiusque preces, urbibus illis, sceleribus inquinatis, pepercit. יהוה צבאות *Iehoua exercituum*, scil. dominus, אלהי, seu ארון. Talis enim vox subintelligenda est; cum יהוה, nomen proprium, secundum canones grammaticos, cum alio nomine construi nequeat. Hi exercitus vero sunt *astra* (צבא השמים, Deut. IV, 19. 1 Reg. XXII, 19.) quae saepius ut Dei ministri sistuntur, conf. Pl CIII, 21. LXVIII, 12. שריר) *Propria* huius vocis significatio videtur esse, *semen superstes*, quod ad sationem superest; unde in uniuersum *reliquiarum* significationem videtur accepisse. Hinc Alexandrini vocem illam verterunt *σπερμα*, quod vocabulum Syrus interpres Rom. IX, 29. reddit nostro *לְרֵשֵׁי*, quo etiam h. l. utitur. Exstincta magna parte gentis, qui pauci supersunt, haberi possunt instar seminis ad propagationem gentis. Arabs in Polyglottis Alexandrinorum *σπερμα* h. l. reddit *بَقَاةٌ*, *reliquias*. Κορπις vertit: *quod euasit* (*das Entronnene*); conferens Arab. *شقيت*, *effugit*. Sic et Saadias, *شقيت* ponens. כמעט) *Propr. tanquam parum*. At littera כ hic non indicat similitudinem aliquam, sed veritatem eius rei, de qua est sermo, ut Deut. IX, 10. Nehem. VII, 2. Vide GLASSII *Philol. Sacr.* p. 434. ed. DATH. Hinc vertendum est: *reliquiae vere paruae*. Verum, si accentum Masorethicum non respicias, כמעט potest etiam referri ad membrum posterius, hoc sensu: *fere tanquam* (qua significatione כמעט occurrit Prov. V. 14.) *Sodoma euasiffemus etc.*

10. Sequitur nunc secunda carminis pars, vid. argumentum. — (שמעו עמרה) *Proceres populi vates* appellat *principes Sodomae*, et populum Israeliticum *populum Gommorrahae*, ut significet, mores eorum haud meliores esse, quam istorum hominum, eademque inde poena, qua illi sint affecti,

affecti, eos dignos esse. Virringa opinatur, non intelligendam esse veterem Sodomam et Gomorrham, sed indicari potius Ammonitas et Moabitas, qui ex illis originem habebant, quorumque proprium vitium erat superbia et afflictorum pauperumque neglectio; conf. Ezech. XVI, 49. Ierem. XLIII, 27. XLIX, 1. Ies. XVI, 6. קצין videtur esse Arab. قاضي (Cadi) iudex a קצה, *secuit, decidit*, q. d. *decisor*, hinc in vniuersum *magistratus, proceres*, vt hic. Alexandrini, ἀρχων, Vulgatus: *princeps*. חררה אלהים est *Dei voluntas*, quam vates in iis, quae sequuntur, refert. Commode Doederlein vertit: *oracula*.

II. Religione, qua sacros ritus obseruatis, Iehouae fauorem vobis non conciliabitis, nisi rectum probumque animi sensum coniungatis. — Conferendus est cum hoc loco Amos V, 21—24. vbi eandem sententiam pulchre et paullo copiosius expressam inuenies. — (למה לי) *Cur mihi*, i. e. quem in usum? Sacrificia instituta erant, vt illi, qui ea offerebant, internum propter peccata sua dolorem significarent; vt Deo gratias agerent, et omnia se ei debere, ostenderent. idque animo religioso et sanctitatis morum studioso. His demtis sacrificia nulli sunt vsui, ac proinde ingrata Deo, qui animum offerentis spectat. Conf. infra XLII, 23. LXVI, 2. זבח significat *quoduis sacrificium*, quod Deo fit, ex animalibus apud aram iugulandis, et vel partem, vel totum in eam inferendis. עולה, *holocausta*, quae, excepta pelle, tota cremabantur in ara, conf. not. ad Levit. I, 1. 2. *Sanguis et adeps* memorantur, quia haec in omnibus sacrificiis deo seponebantur. Adeps semper in altari cremabatur; sanguis vero pro diuersitate victimarum, mox ad altaris cornua adspergebatur, mox ad eius latera effundebatur. Vid. Levit. IV. — מריאות Alexandrini hic et plerisque in locis, vbi haec vox occurrit, verterunt ἀγνος, *agnos*, Vulgatus vero, Syrus et Chaldaeus, *pingues saginatos* (פטי מין), quae etiam est multorum Hebraeorum inter-

pretatio. BOGHARTVS vocem מריא interpretatur de quadam bubalorum Syriacorum specie, quam describit ex Bellonio, Hieroz. P. I. Lib. II. Cap. XXVIII. p. 282. Cui sententiæ accedit quoque Dathius; Sandias vertit *جَمُوسٌ*, bubalus; sic quoque Jarchius, Aben-Esra, et Abarbenel vocem illam interpretantur. Koppius מריא vertit *vitulum lactantem*, coll. Arab. *مَارِي*, foetus vaccae laevis et albus. Sed quum vox Hebraica cum מ sit scripta, ea cum vocabulo Arabico non videtur apte conferri. Hinc sequi malleM MICHAELEM in *Supplementi. ad Lxxx. Hebr.* P. V. p. 1544. qui conf. Arab. *سَجَأٌ*, bene profecit, facilis digestu fuit cibus, bene concoxit cibum. Apud Talmudicos quoque מריא in Piel est: *saginata*. Tum מריא eiusdem significationis esset cum מריא (כ et מ saepe in linguis orientalibus inter se permutantur): generale nomen *omnis animalis saginati*: vel ad esum, vel ad sacrificium. Adhibetur autem tantummodo de *iuuencis et agnis*. Michaeli מריאים sunt pecora, quae in stabulo saginantur, opposita iis, quae pastum emittuntur. — Kraegelius pro מריאים legendum censet מלויאים, qua voce indicantur sacrificia, quae in sacerdotum inauguratione offerri solebant, vid. Levit. VIII, 25. 28. Quae coniectura, quam fit vana, sensusque, qui hinc prodit, quam ieiunus, quisquam, etiam me non monente, intelligit.

12. כִּי vel reddi potest: *quando*, vt saepius; vel in versione prorsus omitti Alexandrini verterunt *ἐπεὶ ἔλεγε εὐ δὲ εἶπε* *ἐπειδὴ λέγει μοι*, quasi legissent: *כי לא הבאר*. Non est necesse, vt pro לְרִאִיָּה legamus in קַל לְרִאִיָּה, quod habet vnus Codex Rossianus, et fortasse Syrus quoque legit, Michael, Koppio, Henslero probantibus. At לְרִאִיָּה פָּנֵי positum est pro לְרִאִיָּה אֶל-פְּנֵי. Occurrit phrasis integra Exod. XXIII, 17. 1 Reg. XVIII, 1. 2. 15. et cognata per praepositionem *אֶת*, ad, Exod. XXXIV, 23. 24. Deut. XXXI, 11. Eadem elipsis

lipfis est Pf. XLII, 3. Accedit, quod Hebraei nusquam dicere solent: *Dei videre faciem* (רָאוּ אֶת־פְּנֵי אֱלֹהִים); eam enim a nullo mortali conspici posse exillimarunt, sine praesentissimo mortis periculo. Intellegitur haud dubie solennis ille totius populi conuentus ad locum Deo sacrum, in tribus solennibus festis; de quo conuentu vid. Exod. XXIII, 17. זאת, haec omnia, quorum mentio fiebat versu antecedente, et hoc. מִדְּכַם *Ex manibus vestris*, i. e. a vobis. מִן מַר hic positum videtur pro frequentiori בִּיד, *per*, vt Hagg. I, 1. II, 1. 10. Koppio tamen videntur praecipue innui *suerificiorum ablutiones*, quod eae e manibus afferentium venirent. (רַמַּס חֲצָרִי) *Vt atria mea calcetis*. רַמַּס positum esse videtur pro consueto et profaico רַחֲחֶלֶךְ. Alii tamen huic voci emphasin quandam inesse existimant. Vitringa: „Vestrum comparere coram me nihil est aliud, quam atria mea calcare. Animo enim a me disiuncti, corpora tantum vestra in templum meum fertis.“ Calvinus: „Atria mea calcantes, eadem conteritis; mihi graues estis et molesti.“ Koppio per verbum רַמַּס conculcatio (*das Stampfen*) animalium ad sacrificia conductorum videtur exprimi. — Bene Saadias: „quis hoc petiit a vobis, vt calcetis impluvia mea frustra, (אֲבָטִי)?“ — Alexandrini iunxerunt verba: מִן מַר cum initio vl. 13. (πατων την αυλην μου ε προσησεσθε); id quod Henslero quoque placuit; citra necessitatem, vt ego quidem opinor.

13. Haecenus sacrificia ex animalibus, siue *cruenta*, memorata erant; nunc transit vates ad sacrificia *incruenta*, siue *ferta*. מִנְחָה est proprie *munus* seu *sacrificium farreum*, quod constabat e farina vel placentis, quocumque modo paratis, cum thure, oleo, sale et messis primitiis, ad ignem tostis. Conf. Levit. II, 1. seq. et ad eum locum not. מִנְחָה, *inanis*, oblatio dicitur, siue, quod ea merum et nudum sit munus, absque recto animi sensu; siue quod Deus eam eandem illam ob causam non velit respicere; indeque nullus

ad offerentes redundaturus sit vltus. Clericus מנחה-שוא, vertit *munus mendacii*, i. e. *fucatum*, munus quo ii, qui id offerebant, falso animum religiosum prae se ferebant, cum nullus esset in iis. Tunc שוא positum esset pro שקר, vt Exod. XX, 7. Ita et Hezelius, qui vertit *Trugopfer*. קטרה, *suffitus*, facer, compositus e staete, onyche, galbano et thure, vid. Exod. XXX, 34. et not. ad eum locum. — Quomodo in iis, quae sequuntur, verba connecti debeant, magnopere dissentiunt interpretes. Etenim alii verba: לא ארכל, referunt ad קרא ושבת קרא מקרא, vt ex veteribus Alexandrini, cum Arabe in Polyglottis et Vulgato; alii coniungunt לא ארכל cum וטצרה און, ita Syrus et Masorethae quoque, super מקרא ponentes accentum distinctivum Sakephkaton, et לא ארכל cum און coniungentes per accentum coniunctivum Merca. Hanc coniunctionem sequuntur non solum Hebraei, Jarchius et Aben-Esra, verum etiam plerique christiani interpretes. Hinc verba: הודש ושבת קרא וטצרה און erunt tres nominatiui, absolute positi, qui latine exponuntur per: *quod attinet*, ex Hebraismo satis vsitato, e. c. Pl. LXXIII, 28. (אני et ego, i. e. ad me quod attinet); vnde sensus erit: *quod attinet ad nouilunium et Sabbathum, quodque conuocatis congregationem; non possum ferre iniquitatem et festum; quem sensum equidem censeo verum.* Ita Michaelis quoque: *Neumonden, Sabbath, und ausgerufen Feste, Sünde und Feyer zusammen, sind mir unerträglich.* Quae interpretatio iam legitur apud Ludouicum de Dieu ad h. l. Idem interpres doctissimus aliam adhuc proponit interpretationem, quam ipse quidem praefert, quae mihi vero durior videtur. Sumit, praecedente Iunio, verba: הודש ושבת posita esse pro: בהודש ובשבת, sed Infinitivum קרא construi vult, vt praecedentem Infinitivum הביא, cum לא הוסיפו, vt totus versus sic reddatur: *Ne pergitte adducere munus vanum: suffitus abominatio est mihi. Nouilunio et Sabatho conuocare conuocationem.* (supple לא הוסיפו, repetendum און טע און, vt saepe alias, exempla vid. apud

CLASSIVM Phil. Sacr. p. 632.) *ne pergire; non' possum ferre iniquitatem, et solennem congregationem.* Ita et Koppius verba connectit. Dathius, Cubius, Henslerus, ante חרש repetunt: חרעבה מר. Nunc de ~~de~~ singulis videbimus. — חרש, *novilunium*, primus dies mensis, quo luna nova conspicitur. Is dies festus erat apud Iudaeos. Vid. Levit. XXIII, 24. 25. Num. XXVIII, 11. XXIX, 1. Per קרא מקרא significantur sabbatha omnis generis, non hebdomalia tantummodo, verum etiam festorum maiorum primi dies et ultimi, dies pentecostes, calendae mensis primi, eiusdemque dies decimus; qui omnes dies indicabantur (נקראר), i. e. renunciabantur per praeconem, ne quid operis illis diebus fieret. Conf. Levit. XXIII, 2. 7. 8. Hanc verbis קרא מקרא significationem inesse, felse probavit VITRINGA *de Synag. Ver. L. I. P. II. Cap. 11.* Alii interpretes, vt Jarchius et Aben-Esra, post Syrum, illud קרא מקרא ad novilunia solum et sabbatha referunt, vt sensus sit: *indicitis quidem novilunia et sabbatha, sed ego abhorreo ea.* Alii מקרא vertunt *conuentum*, scil. sacrum (קרא). Sensus semper idem manet; indicantur *festi sollemniores*. קרא מקרא, קריאה סק קרא, *praeconium*, infinitivus pro nomine, vt saepius, e. c. Genes. XXXII, 25. 2 Reg. XIX, 27. — (לא אוכל) *Non possum* scil. *ferre*, apofiopefis indignantis, vt Pl. CI, 5. Infinitivus לקרא, h. l. omissus, exprimitur Jerem. XLIV, 22. און h. l. significat *vitia, peccata*, vt Jerem. IV, 14. Pl. XCIV, 23. קרא indicare *diem festum sollemniorum* ex multis Pentateuchi locis apparet, imprimis ex Deut. XVI, 8. coll. Exod. XIII, 6. nam pro ליהרה, quod in loco posteriori est, in priori est positum, קרא ליהרה. Ceterum in medio positum relinquo, vtrum קרא dictum sit ab קרא, *claudere*, ita vt voce illa proprie significetur *clausula*, seu ultimus dies festi Paschatis; an ab קרא, *convincre, retinere*, quasi *cohibizio* scil. operis, quo minus id peragatur; id quod Ikenio aliisque placet. Varias de hac voce sententias collegit et iudicavit IKENIUS in *Dissertat. de Azcreth Festi ad Deut.*

XVI, 8. in eius *Dissertat. Philologg. Theologg. P. I. p. 56.* seq. Nec vno modo ab interpretibus vertuntur verba huius versus ultima אָן וְעֲצָרָה אָן. Ut ordiamur a veteribus; Alexandrini habent: *ἡσυχίαν καὶ ἀργίαν*, vnde tamen non collegerim, hos interpretes pro אָן legisse צָרָה, vt Lowthius opinatur, cui assentitur Koppius, qui conferre iubet Iosel I, 14. II, 15. Etenim cum pro אָן et אֵינִים nonnunquam ὀδύνη καὶ ὀδύνην, πένθος, reddiderint; suspensis hic et incertis facile de ieiunii afflictatione cogitatio incidere poterat. — Syrus: *non comedo fraude et coactu parva.* — Vitringæ placet Caluini versio: *res vana est nec conuentum*; ac si illud אָן παρασπαστικῶς orationem irrumperet. Ipse tamen Vitringa mavult vertere: *res vana est etiam* (siue, vt Latini loquuntur, *vel*) *conuentus.* — IKENIVS (libro cit. p. 64.) cum אָן confert Arab. أَسْوَدٌ, *quies, tranquillitas, vertitque: neomeniam et sabbatum non possum ferre, quietem et abstinentiam.* — KOCHERVS in *Vindiciis* p. 18. 19. verba, de quibus est sermo, reddit: *festa iniquissima, conferens infra Cap. LVIII, 3. cet; quales illud VIRGILII Georgic. II, 192. pateris libamus et auro; vbi Seruius: i. e. „pateris aureis, εἰ δὲ δύο facit, vt molemque et montes.“* Conf. Job. IV, 16. X, 17. Sic iam Hieronymus: *iniqui sunt coetus vestri.* Et Dathius: *ferre non possum dies festos iniquos.* — Kraegelius pro עֲצָרָה legendum esse censet עֲזָרָה, *pigritia, quam vocem iam ab Alexandrinis in ipsorum codice inuentam esse, colligit ex eo, quod ἀργίαν ponunt. Vertit vero: Mit Mühe lohnt es, und Faulheit zeugt es, ea scilicet quae ante memorantur.* — Equidem aptissimam cenfeo Jarchii interpretationem: *non possum ferre iniquitatem quae est in animo vestro ad idololatriam propendente, et simul cum ea congregationem; haec enim duo inter se non consistunt.*

14. (הִיוּ עָלַי טָרָה) Propr. *sunt onus super me*, nam טָרָה non tam est *molestia* quam *onus*, coll. Arab. طَرَحَ, *conicere, iniicere, abiicere.* Kraegelius pro טָרָה legere

legere mallet לִכְתֹּב, nullam aliam huius mutationis causam indicans, quam quod suspicatur, Alexandrinos, qui σε πλησμονη ponunt, ita legisse. — Ultima versus verba, כל איתר נשאר, Alexandrini, Chaldaeus, Hieronymus, Symmachus ita acceperunt, quasi נשא hic valeret, *condonare, remittere peccata*. Quam interpretationem Koppius quoque sequitur, cum h. l. conferens infra Cap. II, 9. Sed equidem fateor, me neque aliquam sensus similitudinem inter hos locos deprehendere posse; neque videre, quomodo posterior illa interpretatio parallelismo membrorum respondeat.

15. (רַבְּרַשְׁכֶּם כַּפֵּיכֶם) *Cum expanderitis manus vestras, ardentem preces fundentes.* Ritus supplicantium apud omnes fere gentes receptus. (אֲעֹלִים עֵינֵי מַכֶּם) *Proprie obsignabo meos oculos a vobis;* nam propria verbi עלם significatio neque est, *simulare sese* aliquid non videre, neque, *abscondere*; sed, *obsignare, claudere*, coll. Arab. علق, ut fusc probavit SCHULTENS *de Defectibus hoc. Ling. Hebr.*, in eius *Orig. Hebr.* p. 344 ff. (גַּם כִּי) *Etiamsi, si vel maxime*, vt Hof. VIII, 10. IX, 16. (יְדֵיכֶם דָּמִים מְלֹא) *Manus vestrae plenae sunt sanguine*, i. e. rapinis et oppressiōibus egenorum, viduarum, orphanorum, vt multi cum Vitringa hanc imaginem exponunt. Ita fere et Doederlein: „דָּמִים, inquit, non tantum *caedes* sunt ex etymologia, sed *dira quaevis crimina*, ex usu loquendi, *flagitia* vt Pf. LI, 16.“ — Hezelius, qui hoc primum oraculum, sub Ahasi temporibus editum existimat, sub דָּמִים intelligit ἀνθρώπων δούλους, a rege illo impio in idoli cuiusdam Ammonitici honorem celebratas; 2 Chron. XXVIII, 3. 2 Reg. XVI, 3. Equidem tamen cum Michaele vere *caedes* et *homicidia* intelligere mallet, nam in corrupto illo iudiciorum statu, qui infra vs. 21. 23. 27. describitur, multi innocui, mox ex partium studio, mox ex facultatum diuitiarumque cupiditate, non occidi non potuerunt. Grauis hinc erit sententia: *manus,*

sanguine innocuorum madentes, ad Deum protenditis! Sacrificia illa etiam gentibus barbaris execrabilia cenlebantur, quae pollutae manus obtulissent. Sic Hæctor apud HOMERUM Iliad. Z, vl. 267 seq.

— — ἔδε πη ἐστὶ κελαινεφεῖ Κρονίων
αἵματι καὶ λυθρῶ πεπαραγμενον εὐχεταῶσθαι.

Et Amphiction Herculi ad preces se paranti; apud SENECAM *Herc. Fur. V. 917.*

— — Nate, manantes prius

Manus cruenta caede et hostili expia.

16. Prima huius versus verba respiciunt ad finem proxime antecedentis. Admonentur Israelitae, ut *manus madentes sanguine* lauent. Alludit vates ad ritus ablutionis corporum et vestium in cultu Leuitico praeceptos. — חוכי vel est forma Niphthal verbi זכך, vel Hithpael pro החוכי seu הודכו. — (הסידור הרע) Quod antea poetice expressit, id nunc propriis dicit verbis. רע מעלליכם, *prauitas operum vestrorum*, i. e. opera vestra praua, substantivum prius sustinet adiectiui vicem, ut saepe, exempla vide apud GLASSIUM *Phil. Sacr. L. I. Tract. I. Can. VIII. p. 23. 24. ed. Dath.* Sub *prauis operibus* autem imprimis videtur intelligenda oppressio proximi et vis atque iniuria, innocuis illata, conf. vl. seq. חדלו הרע vel positum est pro: חדלו הרע (verbum חדל saepe post se habet ל, vt Num. IX, 13. Deut. XXIII, 23.); vel haec phrasis elliptica est, pro: חדלו לכם מן הרע.

17. (למדו היטב) *Discite benefacere*, prioribus studiis contraria agite. Sunt, qui haec verba de omnis virtutis studio intelligant, qua significatione verbum יטב occurrit Ierem. XIII, 23. sicuti עשו טוב *facere bonum*, virtuti studere, Pl. XIV, . . . Hoc tamen nostro loco, דיטב, ob ea quae sequuntur, restringere mallet ad officia iustitiae et charitatis erga alios. Verbum לטב hic est: *assuescere*, vt Ierem. X, 2. XXXI, 18. — Nunc vates alloquitur iudices.

dicēs. (דרש משפט) *Studete acquitati.* Propria verbi דרש significatio est, *palpare*, siue manibus id fiat, siue pedibus, coll. Arab. *لمس*; hinc *quaerere*, quaerentes enim aliquid sollicite, manibus etiam locum contrectamus. Unde plurimis in locis id verbum denotat, *rei alicui studere, rem aliquam curare.* Sic infra XVI, 5. Zeph. I, 6. et h. l. משפט hic non tamen est, *iudicium*; quam potius *ius, iustitia*, ut saepe, e. c. infra IX, 6. LVI, 1. Hof. II, 18. vel 21. חסוך) *Rectificate*, in primum felicem statum reducite, *oppressum.* אשר conferri quoque potest cum Cheld. אשר, *beatum, felicem, reddidit.* חסוך positum pro חסום (sicut vicissim חסום nonnunquam a חסוך significationem mutuatur), *vi iniusta affectus*, ut Pl. LXXI, 4. a חסום, *iniuria adficere*; Proverb. VIII, 26. Jerem. XII, 22. conf. MICHAELIS *Supplem. ad Lexx. Hebr.* P II. 822. 823. et 826. 827. Alii vertunt, *rectificate fermentatum*, i. e. pravis moribus corruptum emendate; ii sequuntur vltatiorem verbi חסוך significationem. Sed nostra interpretatio orationis nexui haud dubie est aptior, et praeterea confirmatur veterum auctoritate Alexandrini enim habent *ἐπιμαρτυροῦσθε τὸν ὀπίσθιον*, Vulgatus: *subvenite oppresso.* Chaldaeus *רצצים*, *qui vim patitur*, Syrus:

וּרְשָׁדוּ אֶלְמָוֹר, *iniuria affectis.* Sandias:

prosperè dirigite male affectum. (שכטו יהום) *Iudicate*, scil. משפט, *ius, ius dicite pupillo*, id non peruertite, conf. Deut. XXIV, 17. (ריבו ארמנה) *Litigate*, scil. ריב, *litium, viduae*, cum suscipite, ne, quod forsitan nullum inde lucrum facturos putetis, causam viduae suscipere recusat. Conf. vs. 22. *Vidua vero nec minus orphanus* ponuntur saepe pro *omni derelicto auxilioque inope*, ut Deut. XXIV, 17,

18. (לכו נא) *Venite quaeso!* voces adhortantis, seu invitantis, ut infra LV, 1. 3. (נרכחה) *Disceptemus, demonstratione inuicem utemur*; *wir wollen mit einander reden, uns mit einander vergleichen.* Nam in iis, quae sequuntur,

Deus

Deus per conditiones quasi agit cum Israelitis. Si mores ipsorum prauos emendarent, pristina obliuioni traditurum, eosque felices redditurum, promittit. Prima verbi יָסַד significatio videtur esse *fodere, alte effodere* (coll. Arab. IV.

אָסַד, *lapidosum usque ad fundum peruenit in fossione*).

Hinc de *scrutatione*; deinde de *inquisitione* adcurata (vt Job. VI, 25.), tum de *disputatione, disceptione*, verbum illud vsurpatum est. Eodem sensu id occurrit Mich. VI,

2. — אַם יִהְיֶה יִהְיֶה (Sensus horum verborum, demito ornatu poetico, erit: *etiamsi* (ita אַם h. l. est vertendum, vt Job. XX, 6.) *peccata vestra vel grauissima fuerint* (verba enim, a nominibus *auctis* deriuata, quale יִאֲדִימָר est, maiorem plerumque vim habent, quam quae in prima coniugatione obtinebat, qua de re videndus est STORRIVS in *Observatt. ad Analog. et Syntax. Hebr. pertin.* p. 191.); *tamen impetrabitis eorum perfectam condonationem*. — Michaelis,

quem Koppius sequitur, interrogatiue intelligit, sic vertens: *Wenn eure Sünden hochroth sind, sollen sie schneeweiß seyn? Wenn sie scharlachfarben sind, soll ich sie denn für weiße Wolle halten?* non postulante, imo repugnante orationis nexu, vt mihi quidem videtur. Conf. quae ad initium huius versus dicta sunt. שָׁנִים vulgo *dibapha* vertunt, a שָׁנָה, *iterare*, quasi, *bis tincta*, vt colorem altius imbibant. At longe recentior erat haec duplicis tincturae inuentio, nec Romae quidem, nisi 700 post urbem conditam, annis, nota, vid. PLINII *Historia naturalis* Lib. IX. Cap. 39. §. 16. Deriuanda potius videtur vox illa Hebraica, vt iam Koppius

monet, ab Arab. سَاطِئٌ, *splenduit*, et سَاطِئٌ, *lux, splendor*, dicta sine dubio *purpura a rubore splendente*, vnde eadem illa Chaldaeis זִהְרִי vocatur a זָהַר *lux, splendor*. Plura de שָׁנִים et שָׁנִים vid. ad Exod XXV, 4. Quod vero peccatis *ruber color* adtribuitur, id respicit fortasse *caedes innocuorum*, conf. not. ad vs. 15. et 23. כְּצֶמֶר *vt lana*, subintelligenda

alba,

alba, vt ex ea, quae proxime praecedit, collatione, cum *nive*, apparet. צמר enim alias et vsurpatur de *lana nigra* vel *fusca*. Ellipsis epitheti, qualis Pl. CXLVII, 16. occurrit.

19. האבר ושטעתם (אם) *Si volueritis et auscultaueritis*, seu, *si volueritis auscultare* (nam duo verba per copulam coniuncta, saepe sic sumuntur Hebraeis, vt apud Latinos verbum cum infinitiuo, vid. GLASSII *Phil. Sacr.* L. I. Tract. III. Can. XXVII, p. 271. edit. Dath.) scil. mea monita, quod si meis monitis obtemperare volueritis. טוב הארץ האכלו *Bona*, h. e. fructus, *terrae comedetis*, recuperabitis vsum securum agrorum vestrorum, quorum prouentum hostes absumferunt. Opposita iis, quae vs. 7. de praesenti terrae Israeliticae statu dicuntur.

20. Ex eo quod Alexandrini verterunt: ὄμης κατεδέται Lowthus suspicatur eos legisse: האכלו pro האכלכם, eamque lectionem praefert masorethicae. At videntur Alexandrini, et qui eos sequuntur, Vulgatus et Arabs, actiue transtulisse commodioris tantummodo locutionis gratia. Nec cogit necessitas a vulgari lectione recedere; nam הרב vel positum est pro בהרב, ex ellipsi praepositionis, satis frequenti, vt Ios. VI, 25. באבן pro אבן, Pl. XVII, 10. פישו pro בפישו, vid. WALTHERI *Ellipses Hebr.* p. 133. ed. Schulz. vel ad illum Hebraeorum idiotismum est referendum, ex quo Nominatiuus forma nonnunquam cum *Datiuo* commutatur, vt Genes. X, 21. „Semo natum est, etiam illi (רוא) h. e. etiam Semo stirps edita est, *parenti* (אבי) — *fratri* (אחי), conf. Genes. IV, 26. Adde Job. XXXI, 18. (כאן sicut *patri*); Iud. VIII, 18. (אחד *uni*). *Datiuus* vero Hebraeis non minus quam Latinis, cum *passiuis* coniunctus, valet *a*, vt Exod. XII, 16. Levit. XIX, 20. Deut. XVI, 16. conf. STORRIVM in *Observat. ad Anal et Syntax. Hebr.* pag. 274. coll. p. 115. not. — (כי פי יהוה דבר) *Nam loquutus est Iehoua*, qui minas implet aequae ac promissiones, nec temere reuocat quae dixit.

21. (איכה 21.) *Quomodo, quantopere*, alias sæpe vox admirantis, vt 2 Sam. I. 5. 27. Thren. I. 1. IV, 1. Olim Hierosolyma erat עיר נאמנה, *vrbs fidelis*, quæ instar castæ vxoris fidem Deo, vt marito tuo, præstiterat, nunc facta רזונה *meretrix*, quippe pacti fidem violauerst, quum idololatriam sequendo, a Deo descuisset, id quod verbum זה *sæpe* indicat apud Mosem, vt Levit. XIX, 29. Num. XXV, 1. Conf. Ezech. XVI, 15. seq. מלאחי cum Jod paragogico, vt in רבתי Thren. I, 1. pro מלאח *Pernoctabat*, sedem in ea fixerat (vt Job. XIX, 4.); assidue in ea colebatur. — Respicere viderur vates statum vrbs illius qualis fuerat sub Dauide, Salomone, Afa, et inprimis Iosaphato, cuius hic laus eximia est, vid. 2 Chron. XIX, 6. 7. 8.— Per מרצחים, *homicidas*, indicantur, vt ex orationis nexu apparet, iudices iniusti, eorumque socii et ministri, qui pauperes, viduas et pupillos necessariis vitæ subsidiis fraudabant.

22. Principes adeo et procures populi quam maxime corrupti sunt. Ita enim hic verus explicatur per eum, qui sequitur. Ergo non audiendi sunt ii, qui hæc verba proprie accipiunt, de fraude, quæ ab argentariis et cauponibus committebatur in argenti et vini corruptione. *Proceres populi* significantur per *argentum*, quod inter metalla, et per *vinum*, quod inter potus est nobilissimum. — סינים, *scoriae*, et quidem *tales*, in quos ignobilius metallum auro argentoque admixtum, conficitur, atque ab auro et argento puro igne secernitur. Ex plumbo argentum admixtum extracturus, plumbum igne in vitrum (scoriam) redigit, quam scoriam deinde iterum, chemica et metallurgica arte, id fieri cogit, quod fuerat, plumbum ex ea restituit. Sic quidem, dum auro argentoque admixtum, est *adulterinum metallum*, אד זמנ, fornacis ope in scorias redigendum. Id per vocem כס indicari, apparet ex Ezech. XXII, 18. Verunt quoque ita Alexandrinus et Syrus. Vid. MICHAELIS *Sup-*

Supplement. ad Lexx. Hebr. P. V. p. 1724. Conferri pot-

est Arab. ^{شج}شج, *adulteravit.* סבא poetice positum pro con-

fueto יין, et conferendum cum Arab. ^{سبا}سبا *emit vinum bi-*

bendum, et ^{سبا}سبا, *vinum.* מול, *mixtum, proprie secatum.*

Videtur enim verbum מול idem esse quod מול, proprie *se-*
care, hinc circumcidere, quae posterior significatio frequen-
tior est in V. T. (Litterae ו et ה haud raro in dialectis ori-
entis inter se commutantur, veluti pro פור Arabes ponunt
פדר, et אורל saepe pro אורל). Solent vero Arabes dicere,

scindere, secare, vulnerare, occidere, iugulare vinum, pro

miscere et aqua diluere. Sic verbum ^{قطب}قطب *excidere, ex-*

scindere notat, vnde Hebr. קטב; inde est ^{مشراب مقطوب}مشراب مقطوب,

vinum mixtum. Item: ^{قطع}قطع: inde est in *Camus,*

قطع بالشراب مزجة, caedit vinum, i. e. miscuit illud.

Bene multa exempla huius loquendi vsus collegit SCHULTEN-
SIVS in *Animadvers. Philology. ad Genes. XL, 11.* ita ut res
extra dubium posita sit. — Miror itaque, perillustrem MI-
CHAELM in *Supplement. ad Lexx. Hebr. P. V. p. 1483.*

significationem illam verbi מול reicere. Confert is Arab.

^{سها}سها, quod de lente fluentibus poni solere dicit. Id quod
tamen nullis exemplis probare potuit, sed ex eo tantummo-

do suspicatus est, quod verbum ^{سها}سها significat, *sensim,*
quiere incessit, vnde vertit: vinum perfusum aqua.

23. In hoc versu propriis verbis dicitur, quod in prae-
cedente more poetico expressum erat. — סוררים non sunt
refractarii, ut vulgo reddunt; sed malefici, coll. Arab.

^{شتر}شتر, *malus, maleficus fuit.* חברי גנבים *socii furum, ad*
eos connuebant, furta approbant et participabant.

כלו,

כלר אהב שחר, *omnes largitionum cupidi*. שחר est *munus*, imprimis, quo corrumpitur iudex, vt Deut. X, 17, רדף שלטנים, *sectans* (vnusquisque) *retributiones*, mercedibus inhiant; nihil gratis faciunt, omnia muneris ergo, Mich. VII, 3. יחרם לא ישפטר, conf. vs. 17. לא יבא אליהם, *non ingreditur*, s. *peruenit ad illos*, non admittitur ad illos; audire illos renuunt, conf. Ierem. V, 28.

24. Nunc (inde ab hoc versu, vsque ad fin. cap.) meliora promittuntur. Sublatis illis iniustis populi principibus, eorum locos boni et iusti iudices occupabunt, totaque respublica in pristinum statum felicem restituetur. Populus relinquet idololatriam, et mores emendabit. — לכן, *propterea*, ob tantam illam reipublicae corruptionem. — Verbum נאם, vt Arab. نَام, proprie videtur dictum esse de *anhela, stridula, submissa, voce*, hinc translatum ad *oracula*, vt Num. XXIV, 3., quod ea sine dubio eiusmodi voce edi tolerent, vt homines eo maiore timore et reuerentia afficerentur; vnde verbum illud a poetis apte vsurpari potuit de ipsius *Dei sermone*, vt hic. אביר ישראל, *potens, dominus, Israelis*, a cuius voluntate totius reipublicae status pendet. הוּוּ hic non est vertendum, *heu, vae*; sed est vox ετοιμασασατας τιμωριας, et minantis. *Ia! Rache will ich an meinen Feinden nehmen!* Verba נחם et נקם sunt synonyma. Prius quidem proprie est: *consolationem capiam*, scilicet *ulzionem sumendo* ab iis, sicut Ezech. V, 13.: ורחמייהי דמתי בם, *faciam in illis, vt requiescat aestus meus*. Metaphora desumpta ab homine, qui se solari dolorem, quem inimici creauerant, ait, cum iniurias sibi illatas acriter vlciscitur. *Hostes et aduersarii Dei* sunt Israelitae, idololatriam sectantes et pessimis moribus corrupti.

25. Iudices tibi reddam iustos, ab omni auaritia et munerum cupiditate alienos. Ita hic versus explicatur versu seq. Mos est nostro poetae, vt, quae primum figurate expresserat, statim propriis verbis enuntiet. Conf. supra

vl. 5. 6. 7. 22. 23. Deus fiffitur vt opèrarius metallurgicus, qui metalla ignobilia a nobilioribus fornacis ope fecernit. אשיבה ידך עליך, *reducam manum meam super te*, i. e. ad-mouebo tibi manum meam, scil. emendatricem; vt apparet ex iis, quae sequuntur. Per se enim illa loquutio in vtram-que partem accipi potest, quod semper ex contextu est iudicandum. In malum sensum accipienda est Amos I, 8. כבדך אצרה כבד סגך *expurgabo quam purissime scorias tuas*. כבד, propr. *secundum*, s. *vsque ad* (quo significato כ occurrit quo-que Ezz. IX, 7. Ezech. XVI, 31.) *puritatem*, i. e. puris-sime. Ita quoque veteres omnes כבד reddunt. MICHAELIS vero, in *Supplement. ad Lexx. Hebr.* P. I. p. 231., ver-tit: *Sale alcali*. כבד enim ei est *sal lixiuii*, *sal alcali*, *Potásche*, qui fundendis et purificandis metallis adhibetur, facit enim, vt citius liquescant, et, vbi mixta sibi inuicem me-talla sunt, vt plumbum argento, vilius in scoriam vitrescat, argentum purum eniteat. Tunc כבד positum erit, pro כבד, vnde, ex Michaelis sententia, *dagesch* in ב. Codd. Kennicott. duo habent כבד, *in fornace*, id quod probat Lowthus. Iam Clericus ita legi voluit. Verbum צרף sem-per adhibetur de *excoctione* seu *purgatione metallorum per ignem*, veluti Ps. XII, 7., LXVI, 10. אסירה כל בדילך, *semouebo omnia metalla tua adulterina*. בריל alias quidem si-ne vlla dubitatione *stannum* significat, vt Num. XXXI, 22. Ezech. XXVII, 12. Conf. AVRIVILLII *Dissertat.* pag. 164. 165. edit Michaelis. Hic tamen, vbi pluraliter occurrit, intelligere malleim omnia *viliora metalla*, quibus argentum

adulteratur; coll. Arab. ⁵ بَدَلًا, *pro alio substitutum*, *suc-cedaneum*, quasi, *metalla substituta argento*.

26. *Tales iustitiae administratores iurisque arbitros constituam, quales olim habuistis*, pristinis similes, sub Mose, Josua, iudicibus; nec non Dauide et Salomone regnantibus. יועצים לך et שפטים לך pro יועצים et שפטים. Sub יועצים

Ies. Var.

C

sine

sine dubio intelligendi sunt *consiliarii regum*, vt 2 Sam. XV, 12., et *adseffores iudiciorum*. אֲחֵרֵי כֵן, ita vt, vt post-haec. יִקְרָא לְךָ, propr. clamabitur ad te, s. acclamabitur tibi: *vrbs pia!*, h. e. appellaberis vrbs pia. Idem loquendi genus est Genes. II, 23. לְזֹאת יִקְרָא אִשָּׁה, ad hanc clamabitur: *vira!*, i. e. vira vocabitur. Vide STORRII *Observatt. ad Analog. et Syntax. Hebr.* p. 285. not. Alii suppleant שָׁם, vocabitur tibi, scil. *nomen*, vt Genes. I, 5. coll. II, 19. 20. קָרִיָה נְאֻמָּה, *vrbs fida*, Iehouae, eius cultui ac legibus; conf. vl. 21.

27. Hic versus arcte cohaeret cum praecedente: iustitiae et probitatis studio republica tam ab internis, quam ab externis malis liberabitur. צִיּוֹן, i. e. *populus Israeliticus*, vt infra XLIX, 14. שְׁבִיָה, propr. *reduces eius*, Zionem reversuri ex captiuitate; rex Israelis enim ducenta millia hominum abduxerat in captiuitatem, vid. 2 Chron. XXVIII, 8. Doederlinio שְׁבִיָה sunt generatim *miseri*; confert Ps. XIV, vlt. vbi שְׁבוּתָא est communis miseriae imago. Alexandrini verterunt αἰχμαλωσια αὐτῆς, eodemque modo Syrus, אִשְׁמַרְתִּיכֶם^ו ponens, quasi legissent שְׁבִיָה, *captiui reducti eius*, id quod Lowthus, Michaelis et Henslerus ei, quod in nostris codd. legitur, praefendum existimant. Michaelis per *captiuos* indicari opinatur *a principibus proceribusque oppressos*, qua significatione שְׁבוּתָא quoque Ps. XIV, 7. sumendum censet. Alexandrini hunc versum vertunt: μετα γὰρ κριματος σωθησεται ἡ αἰχμαλωσια αὐτῆς, και μετα ἐλεημοσυνης, quasi legissent: במשפט תפדה שביה ובצדקה; vocabulum צִיּוֹן vero ad vltimum versus praecedentis hemistichium retulerunt. — Verba משפט et צדקה sine dubitatione in eo accipienda sunt significatione, quo sumuntur a Jarchio, qui ea interpretatur de iis, qui recte probeque faciunt. Alii interpretes ex Iudaeis intelligunt sub צדקה *elemosynas*. Alii voces צדקה et משפט referunt ad Deum, eiusque intelligunt iustitiam in puniendis impiis, et piis asserendis. Ita fortasse quoque

Vogelius, qui hunc versum cum seq. παραρρηξαι: *Alle rechtschaffene Mitglieder sollen alsdann, so wie sie es verdienen, aus der Noth, in die sie zugleich mit den übrigen gekommen, wieder befreuet werden, die Böfewichter und Abtrünnigen hingegen ganz zu Grunde gehen.* —

28. Qui Iehouae cultum et leges contemnunt, interibunt; nimis lero ipforum dementiam intelligentes. — ושבר פשעים יחרר, *idolorum cultoribus et scelestis communis erit calamitas.* פשעים propr. *deficientes*, scil. a Deo, conf. Jerem. III, 13. infra XLIII, 27. Michaeli languidum videtur, *ruina praenaricatorum et peccatorum*, quomodo ex punctis masorethicis est vertendum, hinc pro יִחָרְרוּ legendum censet יִחָרְרוּ, *laetabuntur*, et vertendum: *de interitu perfidorum et peccatorum laetabuntur.* Id quod mihi non videtur satis conuenire cum parallelismo membrorum, nec illud solum, quod nobis quidquam languide dictum videtur, sufficere potest, lectionem receptam ex mera coniectura mutare.

29. Tum, cum Iehoua exitio eos dabit, intelligent, deos istos in quos fiduciam posuerunt, frustra ab iis inuocatos esse; et ob spem frustratam pudore afficientur. — כי יבשו המרחם *Pudebunt ob terebinthos, quibus ipsi delectati sunt*, propr. *pudebit eos terebinthorum, quibus vos delectati estis*, oratione a persona tertia ad secundam transeunte, vt saepius poetæ Hebraeorum solent, conf. infra XLIX, 25. 26. Deut. XXXII, 15. 17. 18 Mich. II, 3.; hinc non est necesse, pro יבשו legere הבשו, vt Lowthus vult. Legitur quoque ita in duobus codicibus Kennicotti, et vno de Rossii; nec non in Munsteri bibliis, ab anno 1536. In secunda persona vertit quoque Chaldaeus, quem tamen pro teste non excitauerim, quam interpretes illam personarum mutationem, poetis Hebraeis solennem, ad suarum linguarum indolem flectere soleant. Idem valet h. l. de Alexandrinis, Syro et Arabe in Polyglottis, qui omnes in tertia, nec non

de Vulgato, qui in membro priori in tertia, in posteriori vero in secunda persona vertit. — כִּי hic vel est vertendum certe, sane, vt Num. XXII, 33. Jos. II, 24. vel plane redundat, vt 2 Sam. XIX, 23. Zach. III, 8. אֵילִים non sunt quercus, sed terebinthi, vti ostenderunt CELSIUS in *Hierobotanica*, P. I. pag. 34—58. et MICHAELIS in *Supplementz. ad Lexx. Hebr.* P. I. p. 72 seq. Hæc arbores ob gratam umbram, et summam, ad quam ascendere solent, ætatem, aptissimæ erant ad cultum religiosum sub iis peragendum. Possunt quoque terebinthi poetice positæ esse pro omnibus omnino arboribus frondosis, sub quibus Ahalus idolis sacrificia obtulisse legitur 2 Regg. XV, 4. 2 Chron. XXVIII, 4. כִּי ante אֵילִים et הַגְּבוּרָה significat propter, vt infra XXI, 3. LIII, 5. 8. Ierem. XXII, 22. Verbum חָפַר, quod hic occurrit, bene est discernendum ab alio, quod Hebraice iisdem litteris scribitur et fodere significat. Nostrum est Arab.

خَفَرَ (cum Cha) pudore suffundi; alterum vero Arab

حَفَرَ (cum Hha) fodit. גְּבוּרָה, horti, hic videntur esse luci, idolis sacri, in quibus cultus illorum peragi solebat, i. q. אֲשֶׁרָה, vid. Deut. XVI, 21. 22. Horti in Oriente etiamnum non sunt nostris similes, in areas diuisis, et floribus oleribusque plantatis; sed arboribus tantummodo umbrosis obfiti sunt, instar lucorum (vid. KÆMPFERI *Amoenitt. Exort.* p. 193. MAVNDRELL *Itinerar.* p. 179. verſ. germ. CHARDIN *Voyages III.* p. 28.); vnde a poeta apte vnum pro altero poni potuit.

30. (כי—עלה) Si verum est, quod nonnulli affirmant, terebinthum esse arborem semper virentem, eo grauior erit similitudo, quod eiusmodi arbor, foliis destituta, mortua fit. Sin minus, similitudo quidem stabit, sed intelligenda erit de tempestate, qua frondosa est arbor. Pro עלה legunt עֲלֶיהָ codices Kennicotti viginti septem, de Rossii vi-

ginti

ginti quatuor, quinque libri impressi. Pluraliter quoque vertunt veteres omnes. — אשר כיום אין לה, *cui nulla inest aqua*. Illis enim regionibus sine aquae copia nonnulla, nullus est viror; hinc omnes Orientalium horti diuisi sunt rivulis et canalibus (conf. autores supra excitatos), quibus exsiccatis arbores et ceterae plantae in iis marcescunt.

31. Principes et proceres populi, quorum pessimos mores vates saepius in hoc carmine castigat, per mala ipsorum facta sibi ipsis interitum parabunt. Hanc sententiam sub imagine eleganti exprimit. Frunt illi veluti materia incendii, quae facile flammam concipit, velut stupa; causa incendii, torris, opera ipsorum. חסון, *robusti, pollentis* nomine comprehenduntur ii, qui inter populares potentissimi fuerunt, ciuesque suos oppresserunt. Eodem significatu חסון occurrit Amos II, 9. נערה, *stupa*, quae et ignem citissime concipit, et eo celerrime consumitur. ל hic vertendum est *veluti, instar*, vt Thren. I, 8. Obad. v. 18. גִּזְרֵיךְ non est *scintilla*, vt vulgo vertitur, sed *torris, tizio*, coll. Arab.

נֹסֶה, *lignum adustum igni imposuit*. — פֶּעֶרַח hic est vertendum, quasi vocalia haberet talia: פֶּעֶרַח, eadem punctorum vocalium anomalia, quae Ierem. XXII, 13. Alii hoc membrum vertunt: *erit robustus* (i. e. idolum, ita dictum, vel quod e duro et denso ligno factum esset, vel quod cultores eius in eius fortitudine fiduciam ponerent) *sicut stupa, et operator, fabricator, eius veluti torris*. Hi igitur vocem פֶּעֶרַח pro participio accipiunt. Hanc interpretationem plerique ante Vitringam, ex recentioribus vnus Koppius, sequuti sunt. Sed omnis imaginis pulchritudo hac interpretatione adsumta perit, vt sponte intelliget, qui illam, quam nos dedimus, interpretationem conferre velit. Nec apta esset sententia, quae lateret; idola ab ipsis illis fabris, qui ea parassent, incensum iri. Stupa et torris simul consumuntur, sicut materia et ignis simul ardent, ita vt nemo incendium possit coercere.

2. *Audi coelum, tuque, terra ausculta! nam Iehoua loquitur! filios educaui et in proceritatem eduxi; ipsi tamen a me defecerunt.*

3. *Nouit bos herum suum, et asinus praesepe domini sui: Israël nihil nouit; populus meus nihil intelligit.*

4. *Vae genti peccatrici! populo peccatis onusto! progeniei maleficae, natis perditis! reliquerunt Iehouam; spreuerunt numen Israelitarum; ipsum refugerunt!*

5. *Quo amplius percuteremini? Tamen scelera additis! Totum caput aegrotum est; totum cor languet!*

6. *A planta pedis ad caput usque, nil in eo (corpore) sani est. Vulnera, vibices, plagae recentes! non compressae, non obligatae, non oleo delinitae!*

7. *Terra vestra vastata! vrbes combustae! agros vestros barbari, vobis intuentibus, consumunt. Vastatio est, qualis ab hoste venire solet.*

8. *Zion restat sola, ut tugurium in vinea; ut casa in horto cucumerum; ut vrbs obsessa.*

9. *Nisi Iehoua (dominus) exercituum hoc tantillum reliqui fecisset; facti essemus ut Sodoma, similes Gomorrhæ.*

10. *Audite id quod Iehoua dicit, principes Sodomæ! adrende ad dei nostri voluntatem, gens Gomorrhæ!*

11. *Quid mihi sacrificiorum vestrorum multitudo? ait Iehoua. Satur sum holocaustis arietum et adipè iuueniorum et agnorum sanguinorum: sanguine bouum, ouium, et hircorum non delector.*

12. *Saluandi mei causa acceditis quidem; sed quis iustificet vos, atria mea terere?*

13. *Ne mihi amplius offerre oblationes inutiles. Suffitus abhorreo; nouilunia, Sabbathæ, conuentus solemnes — scelera et dies festos simul ferre non possum.*

14. Neomenias vestras, solenniaque festa odi; graua mihi sunt, iisque fessus sum ferendis.

15. Cum expanditis palmas vestras, ego oculos claudio: quin si preces multiplicatis, non audio: manus vestrae sanguine madent.

16. Lausmini, mundamini, remouete a conspectu meo morum vestrorum prauitatem; abstinete a malis.

17. Probe agere assuescite; aequitati studete; oppressum erigite; pupillo ius dicite; viduae causam agite.

18. Agedum venite! disceptemus inter nos! ait Iehoua. Etiam si peccata vestra instar muricis fuerint, ut nix albescent; si rubuerint instar coccini, ut lana fient.

19. Quod si obedire placet, terrae bonis fruemini.

20. Quod si renueritis, et refragarii fueritis, gladio consumemini. Haec Iehoua minatur.

21. Quomodo facta est meretrix! vrbs fidelis! Plena erat aequitatis, hospes iustitiae; nunc vero homicidarum.

22. Argentum tuum versum est in scoriam; vinum tuum aqua corruptum.

23. Proccres tui improbi sunt furumque socii; omnes largitionum cupidi, et mercedibus inhiantes: pupilli causam non suscipiunt; viduarum lites non admittunt.

24. Itaque Iehoua, dominus exercituum, heros Israelis, talia fatatur: Hui! ex poena aduersariis meis inflicta, ultionem capiam ab hostibus meis.

25. Admouebo manum meam ad te; expurgabo quam purissime scorias tuas; et metalla tua ignobilia semouebo.

26. Reddam tibi iudices, quales olim habuisti, et consiliarios, quales ab initio: tum appellaberis ciuitas iusta, vrbs fidelis.

27. Sion iustitia, reducesque eius probitate restituentur.

28. Sceleris autem et idolorum sociis communis calamitas est! Omnes, qui Iehouam derelinquunt, peribunt!

29. Pudebit vos terebinthorum, quas amatis; et poenitebit horrorem, quos petitis.

30. Eritis enim ut terebinthus, marcescens foliis, et ut hortus, nulla aqua irriguus.

31. Potens erit ut stupa, et opus eius ut tizio: comburentur ambo una, nemine extinguente.

CARMEN SECVNDVM.

(CAP. II. III. IV.)

A r g u m e n t u m.

Carminis huius argumentum idem fere est, quod antecedentis. Continet illud querimonias de vitiis et statu corrupto populi Israelitici; exhortationes ad pietatem erga Iehouam, ad iustitiae studium et morum emendationem; denuntiationes poenarum diuinarum; promissiones denique temporum feliciorum, quae extinctionem malae progeniei securura essent. Id argumentum vates mira tam elegancia quam grauitate tractat. Nam ut populus Israeliticus, illo tempore vitiis et superstitionibus idololatrarum vicinorum maxime corruptus, et suum suorum dilatandorum valde cupidus, iis, quae sequuntur, monitis, eo magis tangeretur; poeta orditur ab aureae aetatis, qua pietas et pax vniuersa inter omnes gentes regnaturae essent, descriptione, qualis ea illis temporibus circumferebatur (II, 2—4). Qua in descriptione quum sistantur gentes barbarae sese ad cultum Iehouae excitantes, vates eam adhortationem arripit et ad suum populum conuertit (II, 5.); indeque transit ad castigationem eius populi, adeo corrupti (II, 6. 7. 8.), ut Iehouam poenas seuerissimas in ipsum exercere et cultui idolorum finem facere oporteat. In earum poenarum descriptione maxima carminis pars versatur (II, 9. — IV, 1.); intermissis passim querimoniis de procerum populi impietate et mulierum luxu et mollitie. Extincta vero mala progenie, plumbeam hanc aetatem auream successuram esse promittit (IV, 2. vsque ad fin.).

Maximam in huius carminis argumento constituendo difficultatem efficit expositio nexus, qui est inter versus quatuor

Micha mit p... priores et reliquam carminis partem. — Quum eadem, quae
Lyfom p... versibus Cap. II. prioribus leguntur, iisdem plane verbis
stet Lyri... apud Micham quoque (Cap. IV, 1—3.) inueniantur; Mi-
fol liq... chaelis opinatur, locum illum a Iesaiæ ex Micha sumtum, et
hi 4 q... textus instar, super quo verba faceret, declarationi suae ab
Wafa... ipso praepositum esse; ut populares suos viderent, quam di-
una p... versus praesens reipublicae status ab aureae aetatis felicitate
qua l... esset. — In alia omnia discedit KOPPIVS. Is quatuor versus
ya... priores seiungendos plane censet a reliquo carmine. Ex eo
ab... enim, quod vs. 2. *cam* ו ante *יהיה* incipit, suspicatur, versus il-
stet... los esse fragmentum carminis longioris, vel alio loco in libro
cha... Iesaiano positi, vel plane deperditi. Quum vero carmina fa-
ri... tidica varum Hebraeorum plerumque in spe temporum laetio-
rum... rum desinere soleant; Koppius initium Capitis secundi alius
rum... cuiusdam carminis exitum effecisse existimat. Qua in senten-
rum... tia secum consentientem habet EICHHORNIVM (Einleit. in das
rum... alte Test. P. III. §. 531.): quippe cui extra omnem dubita-
rum... tionem positum est, initium Capitis secundi desumptum esse ex
rum... Micha, nullumque huius segmenti cum iis, quae sequuntur, ne-
rum... xum esse statuendum. De ratione vero, qua locus ille huc
rum... translatus sit, interpres acutissimus sic conicit: lectorem ali-
rum... quem, cui initium oraculi nostri (vs. 5. ex Eichhornii senten-
rum... tia) insolentius visum esset, verbis *יהיה לכה* adscripsisse ex
rum... Micha locum similem, in quo verba *בארחהו* *ובלכה* occurre-
rum... bant, inde hoc additamentum in omnes libros irrepsisse. —
rum... KOPPIVS praeterea dubitat, an quatuor priorum huius carmi-
rum... nis versuum auctor Iesaias sit, ita ut locus similis apud Mi-
rum... cham ex illo desumtus sit; an vero locus ille adscribendus po-
rum... tius sit Michae? — Mihi quidem, ut ingenue fatear, quid
rum... sentiam, hisce coniecturis et dubitationibus tam parum opus
rum... viderur, ut potius existimem, huius carminis initium, ut nunc
rum... se habet, apertissimum fuisse ad Israelitarum animos tangendos
rum... et commouendos; conf. supra dicta. Ceterum ex eo, quod
rum... idem, quod Capitis secundi initio legimus, vaticinium, non
rum... solum apud Micham, verum etiam apud Zachariam inueni-
mus

mus (VIII, 20—23.); ex eo, inquam, collegerim, illud fuisse celebratum illis temporibus vaticinium, quo Iesaias commode ad consilium suum propositum utebatur. Scilicet inter multos, tam antiquioris, quam recentioris aevi, populos magna inprimis aliqua rerum calamitate oppressos, aut multis vitiis corruptos, vaticinia circumferri assolent, quae sine graviora minari, sine laetiora solent polliceri. Sic apud Romanos Virgiliti tempore inter innumera alia vaticinia, partim aliis nominibus, partim sub Sybillarum nomine vendita, unum fuit aliquod, quod magnam aliquam felicitatem futuram promitteret, eiusque descriptionem ab iis, quae de seculo aureo memorassent poetae, mutuaretur. Similiter inter Iudaeos eo tempore, quo a magna populi parte cultus Iehouae sine plane neglectus, sine cum superstitione idololatrica permixtus esset, vaticinia circumlata videntur de meliore religionis vicissitudine. Talibus vaticiniis inter populum celebratis, et magna fortasse etiam apud eum auctoritate, prophetas in declamationibus suis ad consilia proposita apertissime usus esse, nemo dubitabit.

Koppius hanc sectionem quae, Capita tria sequentia comprehendens, ex plurimorum interpretum sententia unum continuum vaticinium constituit, plura a se diuersa oracula continere existimat. Et primum quidem segmentum faciendum esse censet post versum 4. Cap. II.; inde usque ad Cap. III. vs. 9. contineri oraculum secundum; tertium, a Cap. III. vs. 10. usque ad vs. 15. Capit. eiusdem, quartum a Cap. III. vs. 16. usque ad finem Cap. IV. In tertio tamen oraculo ei videtur excisa esse poenarum diuinarum comminatio, alias plerumque a Iesaja addita. — DOEDERLINIO a Cap. II. initio usque ad finem Cap. V. unum vaticinium continuari videtur; quae etiam est sententia VOGELI in Dissertat. super ratione interpretationis Cap. II. Iesajae.

Quod adinet ad tempus, quo hoc vaticinium editum sit, alii interpretes id referendum existimant ad Vrsiae, alii ad Iohanni

thami

thami tempora. Et difficile sane est, accurate definire, ad quemnam horum regum illud pertineat. Sub utroque enim florens erat reipublicæ status, qualis innuitur II, 7. III, 16. 17 seq., coll. 2 Chron. XXVI, 5. 10. (de Vfia); et 2 Chron. XXVII, 3. 4. 5. (de Iothamo): sub utroque magni bellici apparatus fiebant, partim ad propulsandas finitimerum iniurias, partim ad propagandum imperium, Cap. II, 7. (רחמלא ארצו) (סרסים ואין קצה למרכבהו), coll. 2 Chron. XXVI, 6—15. XXVII, 4. 5.; sub utroque denique populus idololatria et vitiiis erat corruptus (vsf. 6. 8.), coll. 2 Reg. XV, 35. 2 Chron. XXVII, 2. Vtriusque hoc vaticinium sub Vfia editum videtur; sed nullam rationem producit, cur illud ad hunc regem potius quam ad Iothamum referendum existimet. Vtriusque tamen sequuntur Dathius, Moldenhawerus et Cubius. Lowthus inter Vfiam et Iothamum dubitat. Michaelis, quum initium Capitis II. ex Micha suntum censeat, hoc vaticinium ad Iothami tempora referre cogitur. Micha enim sub Iothamo demum munere prophetico fungi incepit (Mich. I, 1.). Equidem in re tam dubia non ausim quidquam definire.

Diligenter disquirunt interpretes, quibus in factis hoc vaticinium habuerit euentum. Felicitatem promissam alii in temporibus, quæ reditum ex captivitate Babylonica exceperunt; alii in regno Messiae contigisse putant; alii adeo, ut Michaelis, illam in posterum demum, Iudæis omnibus ad religionem Christianam conuersis, expectandam existimant. Calamitatibus vero, hoc carmine a vate descriptis, vere populum oppressum vident alii, Ahaso et Hiskia regnantibus, cum Assyrii, ab Ahaso vocati, Palaestinam occuparunt, regno Israëlitico finem fecerunt, et anno 14. Hiskiae Iudaicum quoque destruere aggressi sunt; alii vero, ut Vtriusque, excidium reipublicæ per Nebucadnezarem, huc referendum censent. Verum interpretes illi si cogitassent, non Tacitum aut Liuium aliquem ab his interpretandum esse, sed poetam, et orientalem quidem illum, audacioribus imaginibus, longioribusque et obe-

rius exornatis similitudinibus utentem; non tam inanem operam nauassent, ut poetica ornamenta ad factorum fidem explorarent.

CAP. II.

1. (הדבר אשר הזה) *Vaticinium, quod edidit.*
 הזה hic est vertendum, *vaticinatus est*, vt infra XIII, 1. Am.
 I, 1. Mich. I, 1. coll. Arab. *حزبي*, vid. not. supra ad Cap.
 I, 1.

2. (זהה) Ex eo, quod היה praepositam habet litteram
 ה, Michaelis colligit, hanc sectionem delumptam esse ex Mi-
 cha, vbi per ה connexus cum antecedentibus efficeretur.
 Koppius vero, Eichhornius et Cubius per eandem illam lit-
 teram probari existimant ipsorum coniecturam, pericopam
 hanc esse fragmentum, seu potius exitum maioris vatici-
 nii. Mihi illa littera est ה conuersivum praeteriti in futu-
 rum, quod eadem ratione, qua ה conuersivum futuri in
 praeteritum, sub initium orationis poni potuit. —
 (באחרית הימים) Plerique interpretes hac locutione finem ex-
 itumque statim cuiusdam temporis exprimi putant; et alii
 quidem de temporibus Messiae cogitant; alii de iis, quae
 reditum ex Babylonico exilio exceperunt. Sine ratione, vt
 mihi quidem videtur. (אחרית הימים, *posteritas temporum*,
 omne denotat tempus, nondum praeterlapsum, siue propius
 fit, siue remotius; quemadmodum Arabicum *في آخر*.
 Commodè, et linguarum Orientalium genio conuenienter
 redditur: *in posterum, futuro aevo, futuris seculis.* Tem-
 pus futurum, non definitum, ea locutione designari, aper-
 te probari potest ex Dan. II, 28. vbi באחרית ימיא non ali-
 ter verti potest, quam: *posthac*, vti intelliget, qui totam
 orationis seriem considerauerit. Vide quoque Deut. IV, 30.

Recte Saadias *في آخر الترمين*. Nec tamen ideo nega-
 verim, Israelitas, vbi de meliore religionis et reipublicae vi-
 cissitu.

ciffitudine vel audierunt, vel legerunt, cogitasse de temporibus Messiae. כִּבְּרָן יְהוָה recte Syrus cum Chaldaeo red-

dit simpliciter: כִּבְּרָן יְהוָה, *positus erit*, quamquam verbum כִּבְּרָן alias significationem *firmiter et recte stabilendi* habet; vnde multi interpretes, nimis argute, vertunt: *firmabitur, firmiter stabilietur*. הַר בֵּית יְהוָה, *mons domus*, templi, aedis, *Iehouae*, est Sion, eiusque *λοφος, collis*, vt eum vocat Iosephus (de Bello Iud. VI, 6.), *Moria mons*, vid. 2 Chron. III, 1. coll. XXXIII, 15.; *sedes cultus Iehouae*. בְּרֶאשׁ הַהָרִים, non vertendum cum nonnullis. *in summis montium verticibus*, sed *in vertice montium ceterorum*. נֶשֶׂא כִּי בְעוֹת, *sublimior collibus*, super omnes colles eminebit, adeoque his excellentior et celebrior habebitur. Mons, in quo templum Iehouae situm erat, mediocri tantummodo altitudine erat, ita vt ne montem quidem oliuetum, ex eius regione situm, aequaret. Futuris autem illis aurei seculi temporibus, vates inquit, fore, vt mons ille ita super ceteros omnes emineat, vt longe eminus prospiciatur, indeque simul pro dignissimo, ad quem se conferant cultus diuini causa, ab omnibus terrae populis agnoscat. וְנִהְרָו אֵלָיו כָּל הַגּוֹיִם, *confluent ad eum* (montem) *omnes gentes*. Hebraicis idem plane est, quod Latinis *confluere*, vbi de multorum hominum ad locum aliquem conuentu est sermo; in eodem significato verbum illud occurrit Ierem. XXXI, 12. et LI, 44. MICHAELIS in *Supplemente ad Lexx. Hebr. P. V. p. 1607.*, cui adsentitur Koppius, vertit: *eminus videbunt et prospicient illum omnes populi*, conferens

Arab. *لُجَّةٌ* *lucere, splendere*.^f Displicet ei metaphora, „fluere ad montem.“ Verum non nimis vrgenda est haec comparatio; multitudo tantummodo hominum ad montem cateruatiim migrantium illa exprimitur. Sic VIRGILIUS quoque Georg. IV. 558. *aper confluere arbore summa* dicit.

Tamen tacendum non est, a Syro eandem illam, quam Mi-

Veniens haec significatio verbo illi plane proecorie attributa Michaelis est a Michaeli sed semper est facilis, nusquam laedit.

chaelis proposuit, interpretationem exhiberi: נִשְׁבַּח

לוֹס בְּלוֹסוֹ, גְּ-מִצִּיּוֹ, *spectabant eum omnes gentes.*

Sensus, qui sub his imaginibus latet, est: cultum Iehouae, vatis tempore in Palaestina tantummodo notum, in posterum in toto orbe propagatum iri.

3. אֲלִי רַבִּים alii reddunt *amplos*, *potentes*, *populos*, qua significatione Pl. LXXXIX, 51. sumendum est, vbi Ethan dicit, se *in sinu suo portare אֲלִי רַבִּים* omnes *potentes populos*; vid. quoque infra XIII, 4. Ierem. XXV, 14. alii vero רַבִּים in significatione frequentiore, *multos*, reddunt, ex meo quidem sensu aptius. לָכוּ, *venire*, vox hortantis et excitantis, vt Graecorum *deute*, Latinorum, *agite!* אֵל הָר יְהוָה, omissum est בֵּיחַ, vt saepius in hac phresi, veluti Pl. XXIV, 3. Mich. IV, 2. coll. vl. I., Mich. III, 1.; suppletur infra c. III, 2. Vid. GLASSII *Phil. S. L. I. Tract. I. Can. XXXIX. p. 119. edit. Dath. WALTHERI Ellipses, p. 30. ed. Schulz. מוֹרְכֵי וְיֹרְכֵי* vt *doceat nos de viis suis*, s. vias suas (כִּי hic indicat Accusativum, vt infra XXV, 2. Num. V, 6. Ezech. XVIII, 10.), i. e. rationem ipsum colendi et per eum cultum felicitatem consequendi; ita רֹדֵךְ sumitur quoque infra XLVIII, 17. Particula הֵן hic est vertenda vt, sicuti I Sam. XI, 12. אֲרַחֲחֵם *respondent tuis דרכים*, *semirae*, quibus itur ad Iehouam; est cultus Iehouae, et viuendi ratio, quae in eo praescribitur. (כִּי-מִירוּשָׁלַם) Koppio haec verba non sunt populi, sed vatis, superiora explicantis, et ostendentis, quid populum impellat, vt eo conflueret. חֲרָה non eas solas *leges* denotat, quae ad cultum Iehouae *pertinent*, sed omnes omnino *leges diuinas* comprehendit, ad felicitatem promouendam alicuius populi datas, siue eae praecipiant de cultu religioso, siue de rebus ciuilibus. דְּבַר יְהוָה, *voluntas diuina*; i. q. חֲרָה.

4. Describitur fructus, qui ex coniunctione hac ad cultum vnus Dei ad Iudaeos sit redundaturus, omnimoda pax

pax et tranquillitas. Pertinet hoc ad aurei seculi descriptionem, conf. infra Cap. XI. (שפט בין הנרים) *Iudicabit inter gentes*, i. e. dissidia earum componet, easque ad pacem adducet. ל ante עמים hic videtur positum pro בין (Genes. XXXI, 37. ויכיתו בין שנינו, *sint iudices inter nos ambo*, et Job. IX, 33.), quomodo ל vertendum quoque est. Num. III, 40. Ezech. XXXIV, 17. Verbum יכה hic sumitur de *disquisitione iudiciaria*, ita vt respondeat שפט טו. Alii vero vertunt verbum illud: *demonstrare, arguere*, multos populos disciplina instituet. Ita Doederlinius et Dathius. Prior tamen interpretatio parallelismo membrorum videtur aptior; eundem parallelismum vid. infra XI, 4. (וכחור—למטרת) Instrumenta bellica, quasi inutilia, mutabunt in pacis et agriculturæ instrumenta. Quemadmodum apud VIRGILIUM *Georg. I, 507.* de præparatione ad bellum dicitur:

— — squalent abductis arua colonis

Et curvæ rigidum falces conflantur in ensem:

et *Aeneid. VII, 635.*

Vomeris huc, et falcis honos, huc omnis aratri

Cessit amor; recoquunt patrios fornacibus ensis:

nec non apud OVIDIUM *Fast. I.*

Sarcula cessabant, versique in pila ligones:

ita, cum pacis studium depingit noster, contraria istis imaginibus dicit. כחור, *contundent*, i. e. conflabunt, instrumenta bellica liquefacta recudent. אה *ligonem* verterunt non pauci interpretes, Iudæos sequuti; verum sine veterum auctoritate, præter Symmachum, qui 1 Sam. XIII, 20. σαρκλαον vertit. Plerique reddunt *vomer*, præeuntibus veteribus omnibus. At ex 1 Sam. XIII, 20. 21. apparet, אה esse *vomerem*, אהרש, *arare*, אה vero ab eo diversum instrumentum: fortasse *culter aratri* (*das Pflugmesser*), de quo PLINIUS *Hist. Nat. Lib. XVIII. §. 48.* *Vomerum plura genera: Culter vocatur, prædensam, priusquam profcindatur, terram secans, futurisque sulcis vestigia præscribens incisuris,*

incisuris, quas resupinus in arando mordeat vomer. מִזְמֵרָה, *falces, quales sunt, quibus vtantur in putandis vitibus et arboribus.* Verbum זָמַר enim de *vitium* amputatione vsurpatur infra V, 6. Levit. XXV, 3. 4. לֹא יֵשֵׂא בְּרִי אֶל בְּרִי חֶרֶב, *nec tollet, s. stringet (vna) gens contra alteram enses,* gentes non amplius armis inter se pugnabunt. Voci לֹא ex emendatione ר praemittitur in Codd. et libris editis, vt habent Alexandrini, Syrus, Theodotion, Chaldaeus, et Michas, Cap. IV, 2. Sed omittendum potius est; nam in oratione poetica particulae copulatiuae languent. אֶל *contra,* vt Genes. IV, 8. Exod. XIV, 5. Num. XXXII, 14. וְלֹא יִלְמְדוּ עוֹד מִלְחָמָה, *nec ultra bello adsuescent,* non amplius artes bellicas exercebunt.

5. Sunt, qui existiment, verba huius versus esse gentium ad cultum Iehouae conuersarum et Israelitas excitantium, vt ipsos imitentur. Duriuscule. Gentium enim oratio iam vs. 3. definit; et vs. 4. vates loquitur. Hinc non apte gentium verba hoc versu continuarentur. Quae sequuntur satis diserte docent, inde ab hoc versu prophetam loqui, atque popularibus suis demonstrare, indignum esse, vt ab ipsis contemnatur et negligatur ille Deus, ad quem colendum gentiles, dummodo eius notitiam consecuti essent, summo cum studio confluxuri sint. בֵּית יַעֲקֹב, *domus, i. e. familia, Iacobaea.* Hebraeorum בֵּית, plane vt Arabum بَيْتٌ, simul *tentorium, s. domum, et familiam, s. tribum,* in tentoriis habitantem, indicat. Vtitur vates hac appellatione insolentiore, poetarum more, pro solita בְּנֵי יִשְׂרָאֵל, siue בְּנֵי יִשְׂרָאֵל, vt infra XLVIII, 1. (לְכוּ-יְהוָה) *Lux Iehouae* hic esse potest *cultus, leges eius,* quam significationem אֵרִי sine vlla dubitatione habet Prov. VI, 3. Ps. CXIX, 105. quia illae ducunt ad felicitatem, vt adeo sensus sit, *sequamur cultum, leges Iehouae.* Koppius cum Clerico vertit, *ambulabimus in luce faciei Iehouae,* i. e. Deum propitium nobis reddamus per mores, fauore eius non indignos.

Ies. Var.

D

Nam

Nam *lux faciei* alicuius, s. frons serena, est gratia, benevolentia, vid. Prov. XVI, 15. (בְּאֵר פְּנֵי מֶלֶךְ חַיִּים) quod statim explicatur (רצונו). Similis phrasis est: *fronte serena adspicere*, apud poetas Romanos saepe obuia. Ex hac interpretatione haec verba arctius cohaerent cum iis, quae sequuntur: „ita viuamus, vt Iehoua nos iterum fronte serena adspiciat, nobis faueat, nam quia leges eius negleximus, ille nos quoque neglexit (faciem suam a nobis auertit).“ Huic interpretationi hoc tantummodo obstare video, quod vocem פְּנֵי in aliis quidem locutionibus, vbi poni debuit, saepe omissam, in hac vero, אֵר פְּנֵי, nusquam omissam inueni.

6—8. Vates adfert causam proxime antecedentis adhortationis, populi scelera, ob quae Iehoua eum reprobavit. Primum est, quod Israelitae ab exteris praestigias, incantationes, diuinationes, et alia superstitionum genera petierunt. (כִּי—יַעֲקֹב) Oratio conuertitur ad Deum, de quo antea semper in persona tertia dicebatur; ex more poetico, vid. supra ad I, 29. Michaelis non improbat quidem interpretationem vulgarem; sed mavult tamen, accentus Masoreticos relinquens, vertere: *nam tu, familia Iacobaea, deseruisti populum tuum*, i. e. religionem et mores, populo tuo proprios; deseris religionem patrum tuorum, et seque ris superstitionem et scelera peregrinorum. Ita Saadias:

وَأَنَّكَ تَرَكْتَهُ مَذْهَبَ قَوْمِكَ يَا آلَ يَعْقُوبَ

nam deseruisti religionem gentis tuae, o familia Iacobaea! Quae interpretatio seriei orationis accommodatior videtur, quam Hezelii, quem sequitur Henslerus: *du, o Gott, möchtest sonst dein Volk verlassen!* Ita fere et Hubigantius, qui, postquam dixisset, litteram ה in נטשה, superfluam, reliquam ipsi videri antiquae scriptionis, נטשה יר, *reliquisti, Domine*: addit: „significat, gentem Iudaeorum a Deo relictum iri rempublicamque eorum delendam tempore eodem,

dem, quo gentes omnes legi, quae de Sion exhibit, obsequentur.“ Sed ה in נטשה est paragogicum, vt in נָתַתָּהּ, *praeuarnicatus es*, Malach. II, 14. נָתַתָּהּ. *dedisti*, Genes. III, 12. Ceterum נטש proprium est verbum, quod adhiberi solet de Deo, populum aliquem ob eius scelera repudiante quasi, adeoque omnimoda miseria eum cumulante, vid. iudic. VI, 13. 2 Reg. XXI, 14. Ierem. VII, 29. oppos. *Iehouam esse cum aliquo*, 1 Reg. VIII, 57. כי מלאו מקדם (רעוננים בפלשתיים) Valde disentiunt interpretes in horum verborum interpretatione. Vt incipiamus a veteribus; quum nomen קדם de loco pariter, siue de terris ad solis ortum, ac de tempore vsurpatur, Alexandrini, Syrus, Vulgatus, Chaldaeus, et Arabs vterque, illud de tempore antiquo intellexerunt (ὅτι ἐνεπλήσθη ἡ γῆ τοῦ ἀπ’ ἀρχῆς).

כִּי מָלְאוּ מִקְדָּם, quoniam repleti sunt ut antea, Vulgat. *quia repleti sunt ut olim*, Chaldaeus: אָרְרִי, quia repleta est terra vestra idolis ut ab initio; Saad. *فَوَسَّعَ قَوْمَكُمْ سَبِيلَ الْقَدِيمِ*, populus vester indefinenter quaerit viam temporis prioris).

Verum contra hanc interpretationem recte iam monuit Vitrings, קדם aperte oppositum esse פלשתיים, qui Israelitis ad occidentem habitauerunt, hinc parallelismum flagitare, קדם de regionibus orientalibus intelligere. Vitrings ipse vertit: *repleti sunt spiritu diuinatorio magis quam orientales*. Scilicet qui inter gentes exercebant diuinationem, prae se ferebant, se obsideri a Daemone, se eo repletos esse: id vero indicari per verbum מלא, quasi per vocem technicam, quo prophetae etiam Israelitici vterentur, cum dicerent, se Iehouae spiritu impleri (המלא) e. c. Mich. III, 8. Hanc interpretationem sequitur quoque Dathius dum vertit: *artem diuinandi magis iactant, quam Syri*. Equidem lubens accederem interpretationi huic ingeniosae, si vnus tantummodo locus ad-

duci possit, vbi מלא, simpliciter positum, eam, quam ei Vitringa adscribit, significationem, habeat. Nam in Michae loco, quem Vitringa adfert, res, qua propheta impletus dicitur, est apposita (מלאתי כוח את רוח יהוה). Ludovicus de Dieu verbum מלא hic sumendum censet in *hauriendi* notione, qua illud in Nouo Testamento Syriaco et in Targumin saepe occurrat, pro Hebr. שאב; hinc vertit: *quia hauserunt ex Oriente*, scil. praestigias, artes magicas etc. Sed, vt taceam, non esse credibile, verbum מלא hic in alia significatione sumi, quam in ea, qua centies in V. T. occurrit; haec explicatio dura mihi videtur, et sensus minus elegans. Doederlinius vertit: *dum a longo inde tempore tanto hariolorum numero, quanto antiqui Palaestinae populi, viuuntur*. Sumit igitur קדם in ea notione, qua haec vox ab interpretibus veteribus sumta est, vid. supra. „Verbum מלא vero,“ addit in nota subiecta, „non implendi tantum potestatem habet, sed multitudinis quoque, vid. infra Cap. XXXI, 4. Iam ביתו, i. e. *familiam suam, impleuisse, i. e. auxisse*, adscitis multis Orientalibus, primum est, quod exprobratur Iudaeis.“ Quomodo vero posterior huius annotationis pars conueniat cum versione Viri Venerandi, me non intelligere, ingenue fateor. Versioni vero illi: *auxerunt familiam suam inde a longo tempore auguribus, sicut Philistaei*, videtur obstare עננים ante עננים. — Clericus verba מלאו בני ישראל elliptice posita existimat pro: מלאו בני ישראל, *pleni sunt Israelitae aduenis ex Oriente*. Sed huiusmodi ellipseos vllum aliud exemplum in toto Veteri Testamento inueniri, vehementer dubito. — Michaelis vertit: *Pleni sunt vento orientali*, quo significari existimat populorum orientalium superstitionem, quae ob inanitatem et noxam apte cum vento illo orientali pernicioso possit comparari: conferre iubet Job. XV, 2. *num sapiens vana respondet: num euro sese implebit?* vbi euro indicat doctrinas vanas et noxias. — Verum vbi de *vento orientali, euro*, est sermo, ibi semper קדם (*orientalis* (scil. רוח, ventus, vid.

vid. Ezech. XVII, 10. XIX, 12. Hof. XIII, 15. Ion. IV, 8.)
 vsurpatur; numquam קרם, quod *plagam orientalem*, s. *orien-*
tem, et *regiones orientales* indicat. — Quae omnes igitur
 interpretationes hucusque memoratae, quum difficultatibus
 quaeque suis laborare nobis videantur; inter duas alias du-
 bito, quas tam linguae Hebraicae indoli, quam orationis fe-
 riei, conuenientiores opinor. Scilicet possis vertere, vel:
pleni sunt oriente, i. e. vanitatibus et cultibus idololatricis
 populorum orientalium; per subiecti metonymiam, qua *lo-*
cus pro *re in loco* dicitur, e. c. *Ophir* pro *auro Ophirino*,
 Job. XXII, 24., *coelum* pro *Deo*, Dan. IV, 23., tunc מ ante
 קרם *plenitudinem* indicaret, vt saepe, quando verbum מלא
 sequitur, e. c. Ezech. XXXII, 6. Ierem. LI, 34., vel; cum
 Kimchio: מלאז כשפים יותר מבני קרם, *pleni sunt praestigiis*
magis quam orientales; ita vt tantummodo כשפים, *praesti-*
gias, suppleas; nam עננים et כשפים coniunguntur Ierem.
 XXVII, 9. Mich. V, 11. — Hinc, vt cum Brentio, quem
 Hubigantius et Waltherus sequuntur, pro מקרם legendum
 censeamus מקסם, coll. Deut. XVIII, 14., non est opus.
 Koppius coniecit, scriptum esse, vel, מקסמים מקרם, vel
 מקסמים כמקרם. Audax sane coniectura, quae nullo plane
 teste antiquo nititur. — עוננים propr. videntur esse ii, qui
ex nubibus omnia captant, ענן ab, *nubes*, vt recte Aben-Isra
 ad Levit. XIX, 26. quia talis praestigiator יסחכל בעוננים
 וברמותם ובהנזעם, *aspicit nubes carumque figuram et morum*,
 indeque de rebus futuris vaticinari gessit. Hic tamen per sy-
 necdochen vniuersim *hariolationes* ea voce videntur indicari.
 Alii vocabulum nostrum referunt ad ענן, עורה, *statum tem-*
pus, vt ענן sit is, qui *observat tempora cuilibet negotio apta*,
Tagewähler, vt Lutherus reddit. Multa de hac voce disputa-
 uit CARPZOVIVS in *Apparatu Antiq. Hebr. ad Goodwinum*,
 L. IV. C. X. p. 540. 541. כפ עתים sicut *Philistaei*, qui au-
 guriis dediti erant (1 Sam. VI, 2.), et Iudaeae ab occidente
 erant, sicut Syri ab oriente. Ex malis his vicinis Israelitae
 artes malas didicerant, vid. 2 Reg XXI, 6. 2 Paral. XXXIII,

6. (ובילדי נכרים ישפיקו) Multi interpretes haec verba reddunt, *plaudunt, applaudunt filiis alienigenorum*; conferentes Arab. *سَفَق*, *plaudere, complodere manus* (habent quoque septem codd. Kennicotti יספיקו). Ita e recentioribus Michaelis (*sie klatschen fröhlich in die Hände, wo sie Diener fremder Götter sehen*), Dathius, Cubius, Hezelius. Ex veteribus forsitan huc referendus est Saadias, qui reddit:

وَبِحَوَاشِي الْعُرْبَاءِ يُكْتَفُوا, *contenti sunt affectis exte-*

rorum. Doederlinius, quem Henslerus sequitur, vertit, *noctis liberis dextras iungunt*, iis se coniungunt. Quam interpretationem confirmari dicit Arabum dialecto, tradere enim Gieuharium *) apud Schultensium ad Job. XX, 22. p. 530. שפק apud Arabes *manus complodere* significare. Verum dubito, an verbum hoc Arabicum recte huc referri possit. Videtur potius id adhiberi tantummodo de iis, qui emtionem percussa vtrimque manu asserunt; ita vt ponatur pro *سَفَق*, quod frequentius in illa significatione occurrit. Num autem verbum illud generatim significet, *se cum aliquo coniungere, alicui sese adiungere*, id mihi valde dubium videtur. Doederlein quidem iam a Symmacho eam, quam ipse dedit, interpretationem prolatam esse autumat. Verum sub Symmachi versione alium plane sensum latere, ex verbis Hieronymi apparere mihi videtur. En huius verba! *Symmachus*: et cum filiis alienis applauserunt; pro quo scriptum est in Ebraeo ישפיקו, quod Ebraci interpretantur εσφύωσαν (fortasse: *fornicari, in obserato fornice cum meretrice versari*), et nos vertimus: adhaeruerunt, ut vitiorum in gente Iudaea turpitudine monstretur. Idem paulo post: *Symmachus* quodam circuitu et honesto sermone plaudentium eandem cum pueris turpitudinem demonstravit. Scilicet interpre-

*) Nominandus potius fuisset *Firuzabadius*; is enim composuit Lexicon illud, cui *Camus* nomen, quodque Schultensius citat,

terpretes non pauci, e. c. Sanctius, Cornelius a Lapide, Alvarez, verba nostra interpretantur de *Sodomia*, seu *paederastia*, hocque crimen inter Israelitas fuisse, docent ex I Reg. XIV, 24. XV, 12. XXII, 47. 2 Reg. XXIII, 7. 2 Macc. IV, 9. 12. Sed ego nullam causam perspicio, cur h. l. de isto scelere sermo sit? Nititur haec interpretatio, vt MICHAELIS in *Supplement. ad Lcxxx. Hebr.* P. IV. p. 1794. recte obseruasse mihi videtur, sola verbi שפך, s. ספך, cum ספה, *adhaerere, scortari*, permutatione. Et Lowthus quidem, quem Koppius sequitur, satis audaciter pro יספיקו legendum esse יספיתו coniecit; quod Koppius referendum dicit ad

سيف, effudit semen, et in III. *scortatus est*; vt sensus sit: *scortantur in alienigenas*. MICHAELIS olim (Biblioth. Oricur. P. XVIII. p. 76.) coniecit, nostrum שפך conferendum esse cum verbi Arabici سيف significatione hac: *durus fuit, hinc, pudoris expers et perfrictae frontis*. Et cum nouem codices, quinque editiones, et manuscripti codices Chaldaicae versionis de Rossiani, pro בילדי legant: כילדי, Michaelis reddendum censuit: *et vt filii alienigenarum impudenter sunt, impudenter peccant*. Sed quorsum coniecturae hae incertae, vbi verba, vt ea legimus, bonum sensum dant? Scilicet apte hic ea verbi שפך significatio adhiberi potest, quae in lingua Syriaca, Chaldaica, Samaritana, quippe cum Hebraea propius cognatis, quam Arabica, vtitatissima est: *sufficere, abundare*. Aptus hinc sensus: *filiis peregrinorum abundant*. Eamque notionem verbum nostrum habet I Reg. XX, 10. Sic ex veteribus Alexandrini quoque et Syrus id sumfisse videntur. Illi enim: τέκια πολλά ἀλλόφυλα ἐγενήθη

αὐτοῖς. hic: יבנִי נְבִינִי וְנִבְנִי וְנִבְנִי, multos filiorum peregrinorum educarunt: nempe ספך in coniugationibus transitiuis et est Chaldaeis: *necessaria (sufficiencia ad victum) suppeditare, hinc, enutrire*. ילדי נכרים aliis sunt gentes exterae, quarum ritus et mores Israelitae imitati sunt;

aliis instituta et inuenta populorum barbarorum, sic Chaldaeus: בְּגִמְוֵי עַמְּמֵי אֲדָלָן, in legibus populorum (exteriorum) ambulānt; aliis augures et praestigiatores. Mihi veri propior videtur sententia eorum, qui sub ילדי נכרים idololorum cultores intelligant; quemadmodum בני אלהים sunt Dei veri cultores. Idola enim simpliciter vocantur זרים, Deut. XXXI, 16.; item אחרים, alii, alieni, Ps. XVI, 4. Ies. XLII, 8. XLIII, 12. Supplendum est אֲלִים.

7. (ותמלא לאצרתיו) Opibus congerendis per fas et nefas sunt intenti, iisque auare inhiant. — Oratio subito transit a plurali ad singularem, ex licentia poetica; conf. not. supra ad vs. 5. — (ותמלא למרכבתיו) Dediti sunt belli studio, et vndique apparatus bellicum congerunt. סוסים, equus, bellatoribus, quamquam magnus eorum numerus vetitus esset, Deut. XVII, 16. — Sunt, qui existiment, fiduciam quam Israelitae in opes et apparatus suos bellicos posuerint, hoc versu a vate reprehendi; nec haud male id conuenit cum vs. 8. seq.; quamquam vates et solam illarum diuitiarum augendarum cupiditatem, cum luxurie et morum corruptione plerumque coniunctam, illudque perniciosum belli studium omni iure arguere poterat.

8. Redarguit vates Israelitas ob idololatriam, quae tamen magis priuatim quam publice exercitata esse videtur, quum Vfiās et lothamus Iehouae cultores fuerint. Non reiicienda videtur Vtringae coniectura, innui nostro versu praecipue deos illos penates, Teraphim, dictos, superstitione ab Israelitis inde ab antiquissimis temporibus cultos, casibusque dubiis interrogatos (vnde fortasse ipsis nomen; nam

— אֲלִים Syris est *inquirere, pertontari*, conf. Ezech. XXI, 26. Zach. X, 12.), de quibus vid. not. ad Genes. XXXI, 19. Saepe autem noster ad eos alludit, vt XL, 19 XLIV, 9. XLV, 5. 6. אֲלִים propr. sunt *res nihili, vanae*, conf. Ierem. II, 11. Habac. II, 18. 19. מְעֵשֵׂה יָדַי, opus manuum artificia

artificis haud raro vocantur *idola*, conf. locc. citt. et Hof. VI. I. 6. XIV, 4. Mich. V, 12. לאשר עשו *ei idolo quod fecerunt*, conf. Cap. XVII, 8.

9. Nunc vates transit ad descriptionem calamitatum, quas Iehoua ob Israelitarum scelera immissurus sit; quo in argumento prolixus versatur. — (וישח אדם וישפל איש) „Omnes animaduertent, Iehouam esse potentiozem, eiusque poenas neminem posse effugere!“ ישח, שפל, *deprimetur, humiliabitur* quisque, cladium mole oppressus. Sunt quidem, qui haec verba de adoratione, qua idolorum cultores idola venerati sunt, intelligant. Sic inter veteres Cyrillus, Theodoretus, Hieronymus; inter recentiores Lutherus, Struenseus, Hezelius, Seilerus. Verum huic interpretationi videtur obistere primum, quod verbum שפל nusquam vsurpetur de incuruatione corporis in adorandis idolis; deinde, quod tota, quae sequitur oratio in hoc decurrit argumento, fore, vt superbi humiliantur, ita vt haec verba propositionem quasi generalem efficiant eorum, quae sequuntur. Nostrae, quam supra dedimus, interpretationi fauent quoque loca parallela, infra vs. 11. 17. V, 16. איש et אדם vbi in eadem occurrunt sententia, illa quidem homines *ordinis excellentioris et dignitatis*, haec *vilioris et gregarii* significat; exemplum manifestum huius oppositionis habes Ps. XLIX, 3. vbi אביון et בני אדם ופֹּדֵד בני איש et בני אדם עשיר respondet; vid. etiam Ps. IV, 3. Proverb. VIII, 4. אלחשא לך, tu, Iehoua, non sines eos impunitos abire. Supplendum est עֲוֹן, *peccatum*, post חשא, vid. Num. XIV, 19. coll. 18., vt in סלה, vid. Deut. XXIX, 19. coll. Exod. XXXIV, 9.

10. Videt vates exitium Iudaeis imminens, eosque prae pauore latebras petentes. ברא בצר, *ingredere*, ingredimini, *rupem*, i. e. speluncas צרים, vs. 19., vt ibi lateatis. Sole t enim in bello vict et de salute desperantes prae timore hostium sese abscondere in antris et speluncis,

Iuncis, vid. Iof. X, 16. Iud. VI, 2. Sam. XXIV, 4. I Mácc. II, 31—34. Similem imaginem vid. apud Hofeam, X, 8. בעפר, i. e. במחלוח עפר, v. 19., in cisternas, cauernas subterraneas. Imperatiui ברא et הטמן hic, quod admodum solenne, pro futuris positi, nisi magis placeat, eos pro infinitiuis haberi ad quos futura יבוא et ישמן supplenda sunt. מפני פחד יהוה, *prae pauore Iehouae*, prae tremendo Iehouae iudicio. פחד summum metum et pauorem indicat, et semper fere de pauore Iehouae dicitur, vt I Sam. XI, 7. 2 Sam. XVII, 9. מהדר נאנו *prae reuerentia maiestatis suae*, quam contra idola vindicabit. Vox הדר melius vertitur *reuerentia* (quam significationem verbum הדר saepe habet, e. c. Levit. XIX, 15. 32.), quam *splendor, decus*; respondet enim פחד *τῷ*. — Quum vs. 19. et 21. nostri simillimis adfita sint verba: בקרבו לערץ הארץ; Lowthus eadem hic addenda censet; vnumque codicem manuscriptum cum Alexandrinis et Arsbe in Polyglottis testes citat. Verum ego nihilominus vulgarem lectionem genuinam existimo. Nam ob eandem illam similitudinem, quae est inter hunc versum et 19. 21., non est verisimile, additamentum illud hic e textu excidisse, si a Iesaiâ scriptum erat; facile autem a praeopportuno aliquo critico illud hic inseri poterat. Lex critica est, saepe neglecta, locum aliquem non semper esse emendandum e loco parallelo.

II. עיני גבורה אדם שפל, *oculi altitudinis, supercilium, hominis*, i. e. homo superbus, *humiliatur*, deliicitur, conf. vs. 17. Verbum hic respondet nomini posteriori recto, cum deberet conuenire priori regenti, id quod saepius fit, quando duo substantiua per appositionem inter se coniunguntur, vt 2 Sam. X, 9. כפי היתה אליו פני המלחמה, *quod esset contra se facies belli*, pro הוה, *essent*. Iob. XXXII, 8. רב שנים ידעו חכמה, *multitudo annorum notam faciunt sapientiam*, pro ידעו, *notam facit*. Infra Cap. XXII, 7. ביהי מבחר עמקו מלאו רבב, *delectus vallium tuarum plenae sunt*

sunt curribus, pro מְלִי; i. e. lectissimae valles tuae curribus refertae sunt. Vid. quoque Ps. LXXV, 4. Job. XV, 20. BUXTORFII *Thesaur. Grammat.* L. II. Cap. X. Reg. *sexi.* pag. 429. 430. STORRII *Observatt.* p. 361. 362. vbi huius idiotismi ratio fusius exposita est; SCHROEDERI *Instit. L. II. Syntax.* Reg. 29. — Potest quoque שֵׁפֶל pro participio haberi; nam verba quae in Tlere exeunt, eiusdem formae participia habent, vt, יָקַן, *senescens*. Inde עֵינַי שֵׁפֶל verti potest: *oculi* — *humile*, humillimum, *sunt*, i. e. erunt, s. erit: quale Latinorum. *omnia pontus erat*: — *amantium irac amoris redintegratio est*: — *triste lupus stabulis*: — γλυκὺ ἢ ἀλγιστὸν apud Plutarchum in Apophthegmm. Tale Psalm. CX X, 137. יֵשׁוּר מִשְׁפָּטֶיךָ, *rectum iudicia tua*, et infra apud nostrum XVI, 8. אַרְוַת הַשְּׁבוּן אֶמְלֵל, *arua Hesbonis languidissimum*. Hinc non est opus, vt h. l. aliter legamus, quam in bibliis nostris scriptum est. Faciunt vero hoc Michaelis et Lowthus. Ille enim puncta vocalia ponit ita: עֵינַי גְּבוּרֹת אָדָם שֵׁפֶל, *oculi mei sunt alti, homo est humilis*. Eundem fere sensum exhibent quoque Alexandrini: οἱ γὰρ ὀφθαλμοῖς τοῦ κυρίου ὑψηλοὶ, ὁ δὲ ἀνθρώπος ταπεινός, nisi quod ii videntur legisse ita: עֵינַי יְהוָה גְּבוּרֹת אָדָם שֵׁפֶל. Iudicet quisque, vtra interpretatio seriei orationis et membrorum parallelismo melius conueniat! Idem valet de mutatione ea, quam Lowthus faciendam censet, dum praefixum שׁ ante שֵׁפֶל ad שֵׁפֶל refert, vt legatur שֵׁפֶל. Nec Vogelus, si, quae supra de idiotismo Hebraico, qui hic occurrit, prolata sunt, reputasset; in notis ad Grotii annot. scripsisset, hanc constructionem ingenium linguae Hebraicae respuere; legendumque esse: נִבְרַח עֵינַי אָדָם. רֹם, *altitudo*, i. e. spiritus altus, fastus; i. q. alias לֹם, vt Ierem. XLVIII, 29. נִשְׁבַּח יְהוָה לְבַדָּר, *exaltabitur Iehoua solus*, agnosceretur vnus magnus et gloriosus vindex sui. בְּיוֹם הַהוּא, *die illo*, de quo in seq., quum vindictam sumet de hostibus.

12. יוֹם לַיהוָה, *dies Iehouae*, est dies a Iehoua ad iudicium exercendum dictus, quo ab iis, qui leges suas neglexerunt,

xerunt, poenas minatas sumit: hinc ea locutione calamitates et infortunia ipsa indicantur, quae Iehoua immittit ad homines castigandos; tum, omnia omnino mala grauiora, vid. Ios. I, 15. II, 1. infra XIII, 6. Ierem. XLVI, 10. Ezch. XXI, 29. Job. III, 5. Apertissime vertit Doederlinius: *diem dicit Iehoua omni elato etc.* Sensus est: quidquid magnum et elatum, quo homines gloriantur, cum Iehoua iudicium exercet, destruetur. — נאה secundum puncta maseoretica verti solet, *altum, elatum.* Verum ego malle cum MICHAËLE in *Biblioth. Orient.* P. XIV. p. 193. 194. et in *Supplement. ad Lexx. Hebr.* P. II. pag. 300. נגצה, quod esset defectiue scriptum pro נצה, coll. Arab.

جِيَاةٌ, *vallis.* Parallelismus enim membri vtriusque et oppositio נאה ad רום non poscit *altum*; sed potius *vallem.* Koppius ab antecedentibus disiungendum, et vertendum cenlet, *ut humilietur,* cum veteribus. Suspiciatur, Alexandrinos legisse על כל נשגב ונשא (vt vs. 11.), vel על כל נבה ונשא (ἐπι πάντα ὑψηλοὶ καὶ μετῴροι). Placet ei haec lectio, quod ea assumta membra inter se aequalia efficerentur. Sed quorsum hae mutationes, vbi verba, vt ea legimus, sensum bonum dant? Nec inaequalia mihi videntur membra huius versus, interpretatione, quam nos dedimus, assumta.

13. Pro more poetarum Orientalium, dictiones synonymicas aggregandi, Iesaias et hoc loco, a vs. 13—16., plures eiusmodi res, quae vel natura, vel arte humana super alias eminent, profert, vt sensum exprimeret, quem deinde vs. 17. claris verbis, iterum pro more prophetarum (conf. Cap. I, 22. 23.) posuit. Quare ne de singulis imaginibus, quae hic extant, singulas explicationes circumspiciendas esse existimes, et in *cedris Libani* regem et principes Syriac, etc. querendos, sed omnes eas colligendas potius, ita vt simul sumtae, notionem omnium superborum, suosque ciues iam depri-

deprimentium, sistant. ארז esse *cedrum Libani*, *coniferam* (distinguendam a cedro baccifera, quae ex iuniperi genere est) euicit IACOB. TREW in *cedrorum Libani historia*, *earumque charactere botanico*, Norimb. 1757. conf. not. ad Levit. XIV, 6. *Cedros Libani* vero et *quercus*, s. potius *Terebinthos Basaniticas* arbores esse prae aliis altitudine conspicuas, ex multis Veteris Testamenti locis notum est, vid. Iud. IX, 15. 2 Reg. XIV, 9. Ps. CIV, 16. Ezech. XXVII, 6. Amos II, 9. Zach. XI, 2. De regione *Basan* vid. not. ad Genes. XLIX, 26.

15. כל מגדל גבה, *omnes turres excelsae*, ab Vfia magnifice exstructae, 2 Paral. XXVI, 9. 15. בצורה, *munitum*, s. *altum*, ὑψηλόν, vt vertunt Alexandrini, conf. Deut. I, 28. בצורה בשמים; eandem significationem vox illa habet quoque Ierem. XXXII, 3. Saadias: *سور حصين وعالي*, *murus munitus et altus*.

16. אינות חרשיש, *naues Hispanicae* (*naues Hispaniam*, ostendimus ad Genes. X, 4.), quae Tartesium ibant mercaturae causa. Hic vero ea adpellatione naues quaeuis maiores et bene instructae indicantur, quales erant, quae longam et periculofam nauigationem in Hispaniam adgrediebantur; quemadmodum hodie naues onerariae magnae *naues Indicae* vocari solent, quod eae maiores et maris tempestatibus sufferendis aptiores reliquis essent. Quid sint שכוח החכרה, de eo interpretes valde dissentiunt. Michaelis post Vitringam intelligit imagines, in nauium carinis pictas, a quibus illae appellari solebant, veluti *Castor et Pollux*, Act. XXVIII, 11.; apud Britannos *Elisabetha pulchra*, cet. Ita Dathius quoque, *imagines iis* (nauibus) *artificiose insculptas*; nec non Waltherus, *und deren* (nauium) *prächtige Verzierungen*, et Struensee. Similem interpretationem iam exhibent Alexandrini, dum vertunt: *πασαν θεων πλοτων καλλος*. Verum illud solum, quod in membro ante-

cedenti nauium mentio fit, non videtur sufficere ad hanc interpretationem probandam. Quod vero Vitringa asserit, שכּה significare, *ingeniose parare, singulari industria fabricare*; id nullo nititur argumento. — Doederlinio שכּה sunt *columnae inscriptionibus et caelaturis hieroglyphicis ornatae*; שכּה enim idem esse, quod משכּה, Levit. XXVI, 1. Sed loco hoc citato scriptum est אבן משכּה, propr. *lapis imaginis*. — Koppius, cui membrorum parallelismus, inde a versu 13. a Iesaiâ diligenter obseruatus, tynonymum משכּה flagitare videtur, sub שכּה intelligit aliquod nauium genus; ipse tamen fatetur, ex linguae Hebraicae vsu id probari non posse. — Eum tamen sequitur Cubius, qui non dubitat, שכּה החרה verti posse, *fabricas desiderabiles*, quae nauibus similes essent, vt parallelismus membrorum doceret. Vertit itaque: *schöne Fahrzeuge*. — Equidem, cum radix שכּה in Chaldaica et Syriaca lingua significet, *aspexit*; sub שכּה intellexerim vel, *imagines*, vt vertendum sit: *super imagines omnes desiderabiles*, siue eae factae sint ad vsus superstitiosos et idololatricos, Levit. XXVI, 1. Num. XXXIII, 52., siue ad ornamenta vel cubicularum, Ezech. VIII, 12. vel nauium, Ezech. XXVII, 7.: *vei, res adspectu dignas*, vt cum Clerico vertere possis, *omnes res insignes, quae ab hominibus concupisci solent, i. quibus homines delectantur*. Sic fere Henslerus verba sumsit, dum vertit: *jeder prachrvoller Anblick*. Videntur huc quoque ex veteribus referendi esse, Vulgatus, *super omne, quod visu pulchrum est*, Syrus, *אֲנִי מֵיִן מְרִיבֵי אֲמָרָה*, quod est *adspectu pulchrum*, et Saadias, *مِنْ خَيْرَاتِ الْأَمْنَا* ornamenta rerum desiderabilium. Liberior reddit Chaldaeus, *רְשָׁקוֹן בְּבִירְתֵי חָא שְׂבִיבָן*, qui *morantur in palatiis pulcherrimis*. — Hezelius intelligit opera Europaeorum artificiosa, per naues Tartessenes in Palaestinam aduecta. Verum ego vehementer dubito, an Europaei, siue Hispani circa Tartessum illis temporibus artificia exercuerint.

18. וְהָאֱלִילִים כָּלִיל יִחַלֶּה, *omnia vero idola transibunt, i. e. secedent, euanescent, siue quod abscondentur* (vs. 20.), quomodo Alexandrini reddunt (*κατακρυψασιν*); siue quod plane *conterentur*, vt vertit Vulgatus. Vim verbi חָלַהּ propriam expresserunt Syrus et Chaldaeus, ille enim posuit **ܠܘܨܝܢܐ**, *recedent*; hic, יִסְכּוּן, *deficient, desinent*. Male nonnulli asserunt, veteres pro יִחַלֶּה legisse יַחֲלִי. Liberior tantummodo verterunt. Verbum pendet a כָּלִיל, *universalitas*, ex eodem idiotismo, qui supra est notatus, ad vs. 11. — Singularis est huius versus versio, quam Michaelis exhibet: *idola erunt holocaustum* (totum igne absumptum), *quod transit, i. e. perit* (*die Götzen werden ein Brandopfer seyn, das im Feuer aufgeht*). Verum, praeterea quod hic sensus coactus videtur, et minime huius orationis seriei conueniens, mihi id quoque obstare videtur, quod כָּלִיל, absolute positum, iis tantummodo locis, vbi in tota oratione de sacrificiis est sermo, *sacrificium, quod totum igne absumitur*, significare video, vt Levit. VI, 15. 16. 1 Sam. VII, 9. Ps. LI, 21. Deut. XIII, 17. XXXIII, 10. Nec verbum חָלַהּ vsquam de absumptione per ignem positum inueni.

19. Conf. vs. 10. בָּאוּ, *ingredientur*, Iudaei idololatrae, terrore perculsi. מַחֲלֵהוֹת significare *cauernas, seu specus subterraneas a perforando* (חָלַהּ) dictas, omnes consentiunt, quamquam sit in V. T. vocabulum ἀπαξ λεγόμενον. Nam et Aramaeis nomen vsitatum est; vtuntur etiam eo h. l. interpretes Aramaei. Chaldaeus, מַחֲלֵיין, *cauitates, subterraneae*. Syrus, **ܡܚܠܝܢܐ**, quod nomen Job. XXX, 6. Cant. II, 14. Ierem. XVII, 6. pro *cauernis fissurisque petrarum* ponitur. Alexandrini, *τρῶγλαι της γης, foramina terrae*. Saadias vtitur perfico **ܣܪܕܐܒܐܢ**, *frigidaria subterranea*. — מַעְרוֹת צִירִים videntur *maiores*, מַעְרוֹת עֶפֶר vero *minores* speluncae esse. בְּקוֹמוֹ לַעֲרֹץ הָאָרֶץ, *cum surrexit ad terram*

tremefaciendam; haec enim vsitata vis verbi ערץ est, vid. infra VIII, 12. 13. Job. XXXI, 34. Deut. VII, 21. Alii vertunt, ad terram concutiendam, coll. Arab. عَرَضَ, *vibravit, tremulo motu agitarus fuit*, transitivae, agitavit, quam significationem ערץ manifeste habet Job. XIII, 25. Ita Alexandrini, Σαυρα. Vulgat., *percutere*; Chaldaeus לְמַחְבֵּר לְשִׁיעֵי אֲרָצָא, *ut conterat impios terrae*. Saadias,

لَيَذِئِبُ أَهْلَ الْأَرْضِ, *ut auferat terrae incolas*. Hunc sensum etiam plerique recentiorum expriment, veluti Doederlinius (*adventante Iehoua — ad orbem vexandum*), Dathius (*quando apparebit ad terram concutiendam*), Waltherus, Struenseus, Lowthus. Syrus vertit: لَمَلَكَدَفْ

وَأَنْتَ, *ad subiugandum, regendum, terram*; referebat sine dubio Hebr. ערץ ad Arabic. عَرَضَ, *regnauit*, vid. CASTELLI *Heptagl.* p. 2919. Ita Michaelis quoque: *Wenn er aufsteht, sich der Erde als Richter darzustellen*. Equidem tamen retinere malle h. l. eam verbi ערץ significationem, quae in lingua Hebraica est vsitata. — Ceterum observa paronomasiam inter ערץ et ארץ, Hebraeis elegantem.

20. Descriptio fugae repentinae et summae perturbationis. — Malis obruti, idola abiicietis, cum eorum impotentiam ad opem vobis ferendam, cernetis. ביום ההוא, *die illa*, qua Iehoua iudicium exercebit, ביום ליהוה, *vs.* 12. אילולי כסף et אילולי זהב, *idola sua argentea et aurea*. Obseruanda hic linguae Hebraeae proprietas. Nomina זהב et כסף, in statu constructo posita, sustinent adiectiuorum vices; nam eo modo Hebraei saepe solent adiectiuorum in sua lingua defectum sareire (vt כלי זהב et כלי כסף sunt vasa aurea et argentea, Exod. XI, 2. Iud. VII, 13. vid. STORR *Observat.* p. 233.). Quoniam vero status constructus duo nomina

nomina ita coniungit, vt *vnum* verbum efficiant; *pronomem* vtique *interiici* non solet inter nomen regens atque rectum, quae desiderunt numerari duae voces, sed sub vocabulum compositum, h. e. sub nomen *rectum*, quod *postremum* est, *subiicitur*, etiamsi ad prius nomen, i. regens, pertineat; veluti הלוקה חמדהו significat *desiderabilem terram tuam*, Ierem XII, 10. עיר קרשך est *urbis tua sancta*, add. infra LXIV, 9. 10. LV, 7. Pl. II, 6. cet. אשר עשו לו, *quae fecerunt* quisque eorum *sibi*, omissum est איש, vid. Iud. IX, 55. Genes. XL, 5. Possis quoque עשו impersonaliter positum sumere, *quae facta sunt* (propr. *fecerunt* scil. artifices) *ei*, in eius usum. Quidquid sit, non est delendum לו, vt Lowthius vult, ex duorum codicum auctoritate. — De significatione nominis חפרפרו magnus est interpretum disensus.

Idola intelligunt Alexandrini (ματαῖα), Syrus (ܩܘܕܫܐܝܢܐܝܢܐ), Chaldaeus (ܠܫܥܘܚܐ), vocem nostram, ad חפר *pudivit*, vt MICHAELIS in *Supplemento ad Lexx. Hebr.* P. III. pag. 876. non sine veri specie suspicatur, referentes, vt proprie illa significet *puvenda*, vt Baalem בַּשָּׁח vocare Hebraei solent. Symmachus vertit *infructuosa*, forsan a חפר, *erubuit*, et פרי, *fructus*, quorum fructus pudescerent expectantes. Aquila ὀφθαλμοῦ, *fossilia*. Koppius intelligit *mures bipedes*, sine ratione idonea, vt mihi quidem videtur. Michaeli, l. c., חפרפרו sunt *sepulchra*, coll. Syr. ܩܘܕܫܐܝܢܐܝܢܐ, et Arab.

ܩܘܕܫܐܝܢܐܝܢܐ; in iis enim, quae in Palaestina haud raro sint cryptae seu cellae in petra effossae, nidulari vespertilioes solere. Duos vero verba coniungendi modos proponit Michaelis: *vnum*, quo חפרפרו coniungas cum להשחררה, *ad adorandum sepulchra et vespertilioes*; scilicet infamia superstitionibus Phoenicum, necromantarum, aliorumque, sepulchra in sacris litteris, excubiae quoque in illis superstitione actae; iam quum in sepulchris, qualia in Palaestina erant, nidularentur vespertilioes, has superstitiones abominaturus aut

rifurus, inuidiose eas interpretari poterat, ac si vesperiliones turpissima numina, ac sepulchra ipsa colerentur: alterum, quo הפרפרות cum ישליך coniungas, *idola aurea sua proiciet sepulchris et vesperilionibus*, i. e. fugiens, in sepulchrum iuxta viam, vesperilionum domicilium, idola, et vero ex pretiosiore metallo, abiiciet, ne ipsi oneri sint. — Verum ego fateor, orationi poeticae melius conuenire mihi videri, si cum עטלה coniungatur aliud quoddam animal; vnde praetulerim interpretationem Hieronymi, qui *talpas* vertit. En ipsius verba in commentario ad h. l.: *Theodotio ipsum verbum Hebraicum posuit, Pharpharoth. Est autem animal absque oculis, quod semper terram fodit, et humum egerit, et radices subter comedens, frugibus noxium est: quod Graeci ἀσπλάξα vocant.* Huc videtur quoque referenda Saadiae interpretatio

لَاكِبِي الْأَنْمَارِ, *iis, qui comedunt fruges*, vocabulum nostrum fortasse interpretantis ex הפר *fodere* et פרות, quod ad פרי, *fructus*, retulit. Sed verisimilius est, הפר הפרה, contracte positum esse, pro הפרה הפרה, propr. *continua fossio*, i. e. *continenter fodiens*, *talpa*, per metonymiam, sicutיגלה legationem et legatum, ממשל dominationem et dominum significat. Earundem vero vocum coniunctione earum significatio augetur, e. c. הפכה הפכה, *tortuosissimus*, שגשגעים, *magnae deliciae*, שחורה, *magna nigredo*. Michaelis opponit, de talpis hic non esse cogitandum propter verbum ישליך; quis enim, inquit, talpis sub terra degentibus *proiiceret* aut *abiiceret* idola? defodienda, non proiicienda essent, si ea ad talparum adyta peruenire deberent. Hoc autem nostro loco, vbi poetam interpretamur, non scriptorem aliquem philosophicum, nimis argute dictum mihi videtur; nec igitur tanti momenti, vt propterea *talparum* significatio reiicienda sit, quam non BOCHARTVS *Hieroz.* P. I. p. 1031. 1032. solum, sed plerique quoque recentiorum interpretum probant. OEDMANN in *den vermischten Sammlungen aus der*

Naturkunde zur Erklärung der heiligen Schrift. Heft III. p. 82. 83. voce nostra *caprimulgum Europaeum* LINNAEI (*Nachtrabe*) significari contendit. Nempe חפר פרור interpretatur *exploratore[m] vaccarum*. Aue[m] vero illam noctu volare et vaccarum mammas sugere aiunt. Quum Syria *vespertilio* בִּפְרִירָא דִּי חֶרְבִּי dicta sit, Michaelis conicit, a Iesaja scriptum esse לפרורדים ילעטלים, duo vespertilionum componens nomina, nec tamen plane eadem, sed species diuersas indicantia. Ceterum, quamquam vox vna sit, tamen diuisim scribitur, quasi duae essent voces, quomodo nonnullae aliae. Sic 2 Parall. XXXIV, 6. in plerisque editionibus scriptum inuenitur בהרהם pro בהרבהם (*malleis eorum*); Ierem. XLVI, 20. יפה פיה pro יפה פיה (*formosissima*); Thren. IV, 3. כיענים pro כי ענים (*ut struthiones*). In paucis codicibus scriptum est continue חפרפרור.

21. לבא coniungi debet cum antecedentibus, vt sensus sit: „abiicient illi idola, vt citra impedimentum eo citius venire, ingredi possint in caernas,“ quem sensum quoque omnes veteres expresserunt. בנקרות הצרים, Vulgat. *in scissuras petrarum*; Alexandrini, *ἐν τὰς τρυγλάς τῆς στερεᾶς πέτρας*; Syrus בְּכַבְדֵּי הַבְּרָאִים, *in caernas petrae*; ita ad verbum quoque Chaldaeus. נקר in linguis Orientalibus omnibus *effodiendi, cauandi* notionem habet, conf. Exod. XXXIII, 22. סעפי הסלעים, *fissurae petrarum*, vt veteres omnes vertunt, membrorum parallelismus, et loca parallela, Iud. XV, 8. 11, 13. aperte docent. Conferendum est cum Arab. شعب, *diuisit*, vnde et rami et *fissura in monte* شعبة¹⁰ dicuntur, et *via inter montes* (illos diuidens) شعب⁵. Michaelis vertit: *auf die Gipfel der Felsen*, conferens Arab. شعبة¹⁰, *vertex montis*; vid. *Supplement. ad*

Lexx. Hebr. P. V. p. 1782—1784. Verum ob rationes al-
 latas interpretationem vulgarem praetulerim.

22. Hinc, quum Iehoua vi et maiestate longe superet
 homines; ne fiduciam ponite in iis, quantumuis dignitate
 et potentia excellentibus. — Hunc versus nostri sensum
 esse, non est dubium, quamquam in verborum singulorum
 interpretatione dissentiant interpretes. Koppius inde ab
 hoc vs. vsque ad vs. 10. Cap. III. singulare oraculum conti-
 neri existimat, cuius argumentum sit tale: „dementes vos,
 qui in hominibus fiduciam ponitis! apud Iehouam interitus
 vester decretus est; is auferet, quidquid sustentandae vitae
 vestrae inferuit!“ Tota sectio referenda ei videtur ad id
 tempus, quo Iudaei ab Assyriis et Babyloniis vexati, auxi-
 lium peterent ab Aegyptiis, coll. Cap. XXX. XXXI. Cap.
 poster. vs. 3. de Aegyptiis vsurpari vocem ארם, quae hic
 quoque occurrit. Sed cur ea, quae optime cohaerent, dis-
 iungemus? Ceterum ad reges Aegypti hic alludi, iam Vi-
 tringae erat opinio. חדרו לכם מן הארם (חדרו בארם) posi-
 tum pro חדרו לכם מבטוח בארם, *abstinate a fidendo in ho-*
mine. Verbum חדרו, vbi coniungitur cum מן, significat,
desistere ab ea re, de qua est sermo, missum aliquem facere,
abstinere ab aliquo, nihil rei cum eo habere, Exod. XIV, 12.
 XXIII, 5. 2 Parall. XXXV, 21. Job. VII, 16. Ex contextu
 apparet, *hominem relinquere, h. l. nihil aliud posse significa-*
re, quam, in eo fiduciam amplius non ponere. Verbis
 חדרו בארם אשר נשמה באפו *hominum fragilitatem et imbecillitatem* in-
 dicari, interpretes plerique existimant. Scilicet verba illa
 reddunt: *in cuius naso halitus, quasi vates dicat: vita eorum*
consistit in adspiratione et respiratione; hauriunt per nares
spiritum vitalem, qui si comprimatur, aeris inopia illi pro-
tinus pereunt. Verum, quamquam cum Koppio negare
 nollem, hanc interpretationem vllis argumentis niti, quum
 Genes. II, 27. VII, 22. אף de *halitu vitae* manifeste ponat-
 ur; illa durior tamen mihi videtur. Vnde cum aliis, ve-
 luti,

luti, Vogelo, Doederlinio, Koppio, verterim: *nolite fiduciam ponere in hominibus, superbia elatis! effugite commercia cum homine inflato!* vt Doederlinus reddit, כִּי בַמָּה נִחְשָׁב הוּא, nam pro quonam ille reputabitur? i. e. quantum est faciendus? quantum aestimatur? cum Iehoua iudicium exercebit, nihili aestimabitur, sed reprobrabitur. Eundem sensum expressit interpret Chaldaeus: *ne subiiciatis vos homini, cum factus fuerit terribilis, cuius spiraculum spiritus vitae in naribus eius est: quia hodie est vivus, et cras non est et quasi nihilum reputatus est ipse.* Hieronymus extrema illa, הוּא נִחְשָׁב הוּא vertit: *quia excelsus reputatus est ipse*, quasi legisset בְּמָה, quod probat Koppius. Verum si id dicere voluisset vates, quod Hieronymus vult, non vsus esset voce בַּמָּה, quae arcem vel delubrum, aut locum editum notat, sed עַל־יֵרֵךְ, aut similia. כִּי בַמָּה cum הוּא coniuictum, quanti denotat, vid. Buxtorfii *Theaur. Grammat.* L. II. Cap. XIII. Reg. 2. „verba mercandi, aestimandi, et quaecunque pretium requirunt, regunt Ablativum pretii, cum praepositione ב.“ — Interpretes haud pauci hoc versu Christum adumbrari opinantur. Nec, quae ex linguae indole adferunt argumenta, profus sunt contemnenda. Nam 1) dicunt verbum חָדַל sequente כִּי, et interiecto לְכֶם ׀ לְכֶם *desinere alicui resistere* significare 2 *Parall.* XXV, 16. XXXV, 21. *Job.* VII, 16. Sed conf. quae supra de hac voce monuimus. 2) נִשְׁמָה nusquam in V. T. vsurpari de *imbecillitate et fragilitate*; verum semper de *vi quadam et potentia* singulari, vnde saepissime Deo adscribatur, veluti, infra XXX, 33. *Job.* XXXII, 9. XXXIII, 4 XXXVII, 10. et, quamquam *Genes.* II, 7. homini inesse רוּחַ הַיּוֹם dicatur; nusquam tamen de homine dici, eum esse נִשְׁמָה בְּאָפוֹ, sed de *potentia et ira Dei* hanc locutionem occurrere 2 *Sam.* XXII, 16. *Pf.* XVIII, 16. *Job.* IV, 9. *Ies.* XXX, 33. (Sed in stylo poetico haec locutio apte de homine superbia inflato poni potuit). 3) Participium Niphal נִחְשָׁב cum verbis adiectis reddi posse: *quanti est aestimandus ille!* i. e. est ma-

ximi sestimandus. Verum, quod iidem illi interpretes addunt, totius orationis consilium et nexum flagitare hanc interpretationem; totam sectionem inde a vs. 10. sistere Messiam, Iudæos castigantem; hinc vs. nostro apte a vate subiungi, cauerent Iudæi ne offenderentur illius specie externa; iis, qui sine praeconcepta opinione hoc caput legunt, probari, vehementer dubito. Ipse Vitringa dicit, nullam plane de Christo cogitandi occasionem in textu esse; agi potius de idololatriæ et auctoritatis humanæ destructione.

CAP. III.

Capitis huius initium arctissime cohaeret cum fine praecedentis. Qui tum, vates inquit, cum Iehoua poenas illas seueras exercebit, sub mortalis alicuius tutamine securum se sperabit, is in re sane fragili fiduciam ponit; nam in vniuersa illa reipublicæ ruina sapientes, proceres, principes, quibus homines fidere solent, de dignitate sua deturbabuntur, populusque hoc suo vanæ fiduciae fulcro priuabitur. Hanc sententiam vates vs. 1—8. poetice enuntiat.

I. (הַאֲדֹנָי יְהוִה צְבָאוֹת) Non sine emphasi propheta Augusto hoc titulo hic videtur vsus esse. (כִּי־הִנֵּה—וּמְשַׁעֲבָה) Vates in vniuersum denuntiat, Israelitas a Iehoua priuatum iri omni fulcramento et praesidio. מְשַׁעֲבָה, *omne fulcrum*; nam voces eiusdem potestatis, sed generis diuersi, coniunctæ, rem *omnem* et *totam* significant. Exempla vid. Cohel. II, 8. (שְׂרֵיט וְשֵׂדוּחַ, omne musicorum genus), Nah. II, 13. Am. IV, 2. Ies. XLIII, 6. Conf. GLASSII *Phil. S. L. I. Tract. I. Can. XX. p. 52. seq.* edit DATH STORRII *Obseruatt. ad Analog. et Syntax. Hebr. p. 1^a 9.* SCHROEDERI *Instit. Ling. Hebr. Syntax. Reg. 97.* Idem loquendi mos Arabibus est vsitatus. Apud HARIRIUM *Confess. I. p. 3^a.* ed. Schul-

Schultenf. inuenitur: אַרְבַּע אֲלֵנִיִּם בַּיָּם וְאֲלֵנִיִּם אַ

ad verbum, *quo caperem feram marem et femellam*, i. e. omnis generis praedam. Alia exempla ex scriptoribus Arabicis collegit SCHEIDIVS ad *Cantic. Hisk.* pag. 135. et in Ind. verb. OO. sub הַם כָּסִיר vertendum est in futuro, *ablaturus est*, conf. vs. 18. vbi positum est יִסִּיר; vt Exod. XI, 5. הַיָּשֵׁב est *qui sedebit*, Prov. XXX, 27. הַצֶּץ, *praedaturus*, Ion. I, 3. בָּאָה, *ventura*. Quem participiorum vsus ad varia tempora significanda explicatum vid. apud SCHROEDERVM in *Institt. L. H.* p. 272. Reg. 55. a. (כל משקן-מים) Enumerantur singulae res; primum, omne alimenti genus. Id indicatur verbis, *fulcrum panis et fulcrum aquae*, quod haec vitam nostram sustineant. Inde Hebraei pro: *comedere* dicunt, *cor fulcire*, Genes. XVIII, 5. סַעְדוּ לַבָּכִים, Iud. XIX, 5. סַעַד לְכָד פַּח לָרוּם. Sic apud Mosem, Levit. XXVI, 26. מַטָּה לָרוּם, et apud Ezech IV, 16. V, 16.

2. Transiunt vates ad praesidia humana, quae et CICERO (*Epist. I, 8.*) *reipublicae firmamenta* dicit. Conf. similem locum Mich. V, 9. et supra II, 7. גִּבּוֹר, *heroes, fortes viri*, qui manu et opere rempublicam defendunt. אַ שׁ מִלְחָמָה, *milites*, militia exerciti et clari. שׂוֹפֵט, *iudices*, et magistratus, qui rempublicam munere et officio suo sustinent. נְבִיא, *prophetas*, i. e. eos, per quos Deus voluntatem suam significare consueuerat, qui populum instituebant, eumque in angustiis consolabantur. קָסָם, *diuinatorem, hariolum*, hic in bonam partem est sumendum, vt Prov. XVI, 10., qui raro acumine et sollertia res obscuras diuinat, tanquam spiritum Diuinationis haberet; exempla vid. 1 Reg. III, 27. Cohel. IX, 15. Posset tamen נְבִיא et de *prophetis falsis*, vt infra IX, 14. XXVIII, 7., et קָסָם de *diuinationibus magicis* intelligi; ita vt numeretur inter poenas, quod populus vitiosis quoque subsidiis priuandus sit, vt Hof. III, 4. cum proceribus, altaribus et sacrificiis ponuntur Teraphim. וְרוֹקֵן, *et senem*, praestantem vsu rerum et prudentia.

3. שר המשים h. l. nomen esse *muneris ciuilibis* MICHAELI *Supplementr. ad Lexx. Hebr.* P. III. pag 837. *Bibl. th. Oriental.* P. XXI. p. 44. ideo est verisimile, quod munerum ciuiliū nomina antecedant et sequantur; nec inter milites solum sed inter ciues quoque haec in *cohortes quinquagenarias* diuisio instituta sit a Mose, Exod. XVIII, 25. Verum cum haec diuisio tantummodo ad tempus peregrinationis per desertum instituta, postea vero, cum Israelitae in urbibus et pagis habitauerunt, abrogata sit, vt ex Deut. XVI, 18. colligere licet, et vt Michaelis ipse vidit, *Mosaisches Recht.* P. I. §. 49.; cum praeterea ceteris locis omnibus, vbi haec loquutio occurrit, veluti 1 Reg. VI. 31. 2 Reg. I, 9—14. Ios. I, 14. IV, 12. Iudic. VII, 10. שר המשים *praefecti militaris* nomen sit; vsitatorem hanc significationem hoc nostro loco quoque retinendam existimo. Praecessit quoque *וְ. 2. איש מלהמה*. Est vero שר המשים *quinquaginta militibus praefectus*, *πεντακόνταρχος* (1 Macc. XI, 70.), *femicenturio*. Nempe vt Romani militem in centurias diuertebant, ita Hebraei in quinquagenos, vid. 2 Reg. I, 9—14. Significat vero vates, vix superfuturum aliquem, qui ad munus infimum et minimum suscipiendum idoneus sit. Koppius quidem המשים *milites, bellatores* reddere mavult, conferens Arabic. حَمْسٌ, *strenuus fuit*, et حَمْسٌ, *acies*. Sed nusquam in V. T. המשים hac significatione occurrit, et ex Exod. XVIII, 25, et 2 Reg. I, 9—14. manifestum est, certum aliquem *numerum* voce illa indicari. נשר פנים, *elatus facie*, est vir honoratus, grauis, 2 Reg. V, 1. infr. IX, 14., qui valet autoritate et gratia apud populum. יועץ, *consiliarius*, i. e. vir prudens, prudentis consilii, qui in dubiis casibus consuli et meliora luadere potest; מי שיש לו דעה בררכי העולם, *qui versatus est in negotiis et consuetudinibus seculi*, vt Hebraei interpretantur. חכם הישים, *sapiens artificum* s. inter artifices, i. e. *artifex sapiens*, in ligno, lapide, aut metallo. Tales tum in ciuilibus, tum in mili-

militaribus muniis reipublicae plurimum inferuiunt, et defectu talium multum damni accipere potest respublica; vid. 1 Sam. XIII, vs. 19. 20. vnde MICHAELIS reddit: *gute Waffenschmiede* Quum חַרְשִׁים apud Chaldaeos *praestigias* significet, LVDOVICVS de חַרְשִׁים חַכְמַיִם vertendum censet *peritum praestigiarum*, vti Chaldaeus quoque reddidit. Verum ego retinuerim vocis significationem Hebraeis vsitatam. נַבְרֶן לַחַשׁ Alexandrini verterunt *συνοτον ἀκροατην*. Videntur ii, vt recte obseruat Vitranga, חַשׁ in partem deteriorem accepisse, pro ratione seductrice, quae animum hominis incantat, vnde verba nostra hebraea explicant per eum, qui eius modi sermone sibi imponi non patitur. Syrus et Chaldaeus vertunt, *prudentem in consiliis*; qua vero ratione, ego non perspicio. Aquila: τὸν συνοτὸν ψιθυρισμῶν *prudentem susurratorem*, Symmachus, ὁμιλίαν μυστικῆν, *eloquio arcano*, Theodotion: ἐν ᾧδῃ, *incantamento*, vnde Hieronymus, *prudentem eloqui mystici*. Hi omnes propriam vocis Hebraei significationem expresserunt; nam חַשׁ, vt docet Arabic, لَحَسَ, est *lingere, lambere*, hinc, *sibilare, sonum vix audibilem edere*, vnde verbum illud apud Aiamaeos de sermone, colloquio, clandestino dicitur; vid. MICHAELIS ad CASTELLI *Lexic. Syr.* p. 460. Ego vero, cum ab illa *lingendi, lambendi* notione, חַשׁ fit *serpens*, חַשׁ לְ שֵׁרָפִים *serpentes incantauit*, חַשׁ לְ שֵׁרָפִים *serpentum incantatio* (Ierem. VIII, 17. Cohel. X, 11.), vnde eadem vox generalius sumitur de *veneficio et de praestigiis*, vt infra XXVI, 16.; נַבְרֶן לַחַשׁ verterim *peritum praestigiatorem*, conf. not. ad vs. 2. Alii vertunt, *peritum eloquentiae, oratorem disertum*; sensu non inepto quidem, verum non consentiente cum vocis Hebraicae significatione. Idem dicendum est de Saadiae interpretatione,

وَأَلْفَهُمُ اللَّطِيفِ, *rerum subtilium gnarum*. — Ceterum

ea, quae in versibus his tribus describuntur, facta existimant alii sub Ahaso, conferentes 2 Regg. XVI, 2. 2 Chron. XXVIII.; alii Ioiakimo, per Nebucadnezarem abducto,

2 Regg. XXIV, 14. alii vastatione terrae Iudaicae per Romanos, sub Claudio.

4. Idoneo et necessario praesidio nudata respublica committetur rectoribus imperitis, imbellibus, rudibus. (נחתי) Subito Iehoua loquens inducitur, quod entusiasmo poetico haud male conuenit; conf. not. supra ad I, 29. נערים, *pueros*, non tam aetate, quam ingenio et moribus, reges nullius consilii, rerum imperitos, conf. Cohel. X, 16. העלולים Alexandrini et, Hieronymo teste, Theodotion vertunt ἐμπαίκτας, *illusores*, eodemque modo Syrus, טכונגו, *derisores, illusores*. Haud male quidem. Nam abstractum, העלולים, *ludificationes*, positum est pro concreto מעולל (vf. 12.), qui pueriliter in omnibus negotiis agunt; respondet haec vox נערים|טו in membro priori. Eiusmodi metonymiae exempla plura inuenies apud GLASSIVM *Phil. S. Lib. II. Tract. I. Cap. IV. p. 870. 871.* et apud STORRIVM *Obserratt. ad Analog. et Syntax. Hebr. pag. 15.*

Chald. הלישא, *debiles*, Saadiaz, الصبيان, *pueros*, reddit.

Hieronymus vertit *effeminatos*. Intelligit *pathicos, molles*, vt Aquila edidit, ἐνδλακτας, *qui, vt verbis Hieronymi vtar, turpitudinis exercent vices, quales in Iudicum libro super concubina Leuitae in Gabaa legimus.* — SCHVLTENSIVS in *Origg. Hebr. L. I. Cap. VI. §. 39. pag. 100. 101.* hac voce non modo *puerorum ludibria*, sed *acerbas quoque exactiones vexationesque ac concussiones importunius dominantium* comprehendi opinatur, quod Arabum علة vtramque significationem habeat. Verum ob נער, quod nostro העלולים respondet, non licet, ipsi significationem tam late patentem tribuere.

5. Egregia τῆς ἀναγκῆς descriptio. רננש העם, *populus sese ipse urget*; nam רננש propr. est *acriser impellere* (coll. Arab. فجزس, *festinare*, deinde transitue, *festinare facere*,
com-

compellere), hinc, *urgere*. (איש—ברעהו) Subaudiendum est נגש Solenne enim est scriptoribus Hebraeis, verbum, quod, quia paullo ante expressum est, repetere nolunt, reticere, ita tamen, vt aliam potestatem ei tribuant. Activum vero נגש construitur cum ב personae, e. c. Exod. V, 6. infra IX, 3. (ירדהבו) Verbum ררה apud Syros et Arabes proprie dicitur de *trepidatione, trepida concursatione* (vid. vers. Syr. Marc. V, 38. 39.), hinc, *cum impetu in aliquem incurrere, aliquem vehementer urgere*, quae significatio huic loco aptissima est, flagitante quoque membrorum parallelismo. Significationem *urgendi*, sensu tantummodo leniori, hoc verbum etiam habet Prov. VI, 3. Bene MICHAELIS: *Mit Ungeßüm auf einander losstürmen*. Sententia est, ita efferatum iri Iudaeorum animos, vt quivis a quovis tributa, vestigalia aut opera exacturus sit, nec in amicos suos munus hoc durum detrectaturus, vt homines mites et verecundi solent. נקלה, propr. *stigmatē notatus* (קלה ט, *urere*), hinc, *ignominia affectus, vilis, contemptus, ignobilis*, 1 Sam. XVIII, 23. Prov. XII, 9. Conf. Syr. כוץ, *frixit, 2) affixit, perturbavit, 3) contempsit*.

6. יחפש, *prehendet*, prehensa veste tumultuarie interpellabit; construitur cum ב, e. c. Deut. IX, 17. Ezech. XXIX, 7. באהוי, *fratrem, cognatum, suum*. מבית pro ביה, ellipsis particulae כ non haud infrequens, vt infra XVI, 2. קן e nido, LII, 2. כחסיני, *ex vinculis*, Ierem. X, 20. יצצני, *egressi sunt ex me*. Plura alia exempla vid. apud NOLDIUM *Concord. Parricc.* p. 470. 471. ed. Tympii. Igitur textus non est mutandus, cum Koppio, qui pro ביה ponendum censet מבית. Excitat quidem pro testibus interpretes antiquos, quippe qui posuerunt, *e domo*: verum quis non intelligit, eos tantummodo fecisse, quod interpretes omnes recentiores fecerunt, supplevisse in versione sua praepositionem, quam ex vernacularum suarum indole non bene omittere poterunt? Aequè ~~minus~~ necessaria mihi videtur Lowthi coniectura,

stura, legendum esse ראש בית אביר; quae praeterea nullo teste antiquo probari potest. Post אביר subaudiendum est לאמר, vt infra XIV, 8. XXII, 16. XXXIII, 14. Ierem. LI, 19. Pf. XI, 3. Additum inuenitur in duobus codd. Kennicott. haud dubie a manu librarii alicuius nimis seduli. Et in Corano saepissime, e. c. Sur XXXII, 12. post *ليس* subintelligendum est *قائلين* dicendo, vel, dicentes. Conf. WALTHERVM de ellips. Hebr. p. 108. 109. ed. Schulz. Hinc non locum habere potest Koppii interpretatio, relinquentis praeterea necessitate non urgente Masorethicam distinctionem: *protrahet quisque alterum veste ex patris sui domo.* שמלה לכה *vestis tibi est*, vestimentum, personae magistratus conueniens, quare aequum est, vt in tanta honoratorum penuria, tale munus suscipias. Alii *vestimentum* per synecdochen speciei positum existimant pro *rebus necessariis*. Nisi potius poetae mens fuerit: tanta erit illo tempore rerum maxime necessariorum inopia et egestas, vt quicumque pallio tantummodo amictus inueniatur, is aptus imperio iudicetur. Grauis sane sententia! De שמלה, *pallio*, vid. not. ad Exod. XII, 34. XXII, 25. לך pro לכה, cum ה paralogico, vt Genes. XXVII, 37. Exod. XIII, 16. Prov. XXIV, 10. Conf. SCHROEDERI *Instit. L. H.* Reg. 165. 2. p. 201. et STORR *Observatt. ad Analog. et Syntax. Hebr.* p. 117. Vitrings, distinctione Masorethica relicta, vertit: *prehendet quisque proximum suum, in cuius domo paterna est vestis*, spectabilior, magistratu dignior, dicendo: לכה, *age, ducem praesta nobis*, vt אשר בבית אביר שמלה positum esset pro אשר בבית אביר שמלה. Verum nullum simile talis ellipsicos exemplum adducit. והמבשלה הואת חחת ירך, *ruina haec* (Z ph. I, 3.) reipublicae, contracta haec respública, *sub manu tua* sit, suscipe regimen ruentis patriae. Clericus opinatur, שמלה paucalos illos Iudaeos sese ipsos vocare, abstracto posito pro concreto, vt גרה et גרה, *migrationes*, pro iis qui migrant, שכיר et שכיר, *captiuitas*, pro iis qui captivi abducuntur. חחת ירך, *sub manu*, i. e. potestate, cura,

tua,

na, vt Iud. III, 29. 2 Sam. XVIII, 2., vt ei medelam afferas. Pro ירך, in numero singulari, codd. Kennicott. viginti et vnus, de Ross. quatuordecim, tres libri impressi, et Talmud Babilonicum legunt ירך in numero plurali. Quum apud Alexandrinos מכלה redditum legamus βρωμα, Ludovicus Cappellus opinatus est, in codice ipsorum scriptum fuisse מאכלה. Verum mihi non est dubium, id quod Clericus etiam et Koppius coniecerunt, in versione Alexandrinorum fuisse scriptum esse το βρωμα το εμον pro: το πτωμα το εμου. Nam Graeci suum πτωμα, *offendere, pedem impingere* saepe adhibent sensu tralatitio, cum de calamitatibus loquuntur. Vtuntur praeterea Alexandrini illo πτωματι pro Hebraeo מכשיל infra VIII, 14. et כשילן, Prov. XVI, 19.

7. Sed tam tristis et deplorata illorum temporum erit calamitas, vt omnes officium illud, sibi oblatum, sint recusaturi. ישא, *tolleret*, scil. קורו *vocem suam*, vt plene legitur Num. XIV, 1. Alii subaudiendum existimant ירו, *manum suam*, gestu iurantis, iurans, conf. Genes. XIV, 22. Exod. VI, 8. Deut. XXXII, 40. לא אהיה, *non potero* ~~esse~~ futurum saepe potentialiter ponitur, vt Job. IX, 3. XIV, 4. 14. Ierem. II, 23. 32. חרוב, *obligans*, scil. שָׁבַר, *fracturam, vulnus*, vt suppletur infra XXX, 26. Tanto muneri imparsum, nec possum reparare labefactionem reipublicae. Koppius dubitat, an חבש simpliciter positum hac significatione

sumi possit, vnde confert Arabic. حَبَسَ, *cepit manu*, vt sit synonymum לקח, *vertitque, non possum suscipere*, scil. reipublicae regimen, *ich kanns nicht annehmen*. Verum nec dubitasset, nec Hebraeis consuetam significationem verbi חבש reliquisset, si contulisset Job. V, 18. XXXIV, 17. Ezech. XXXIV, 4. vbi idem illud שָׁבַר est subaudiendum. Ex eo, quod interpretes antiqui pro חרוב posuerunt: *praefectus, princeps* (αρχηγος, ריש, ريس) Clericus colligit, eos verbo חבש tribuisse significationem *congregandi*, quam Arab.

Arab. حَيْشٌ habet, quod bene conueniat ei, qui praefectus sit copiarum, quas cogere ante omnia necesse habeat. Coacta sane interpretatio! Potuerunt illi interpretes verbum חַבֵּשׁ in consueta significatione sumere, et liberius tantummodo vertere. (יבביחי—שמלה) Non habeo, vnde inopiae vestrae subueniam. Nisi potius sensus sit: non sunt mihi tantae facultates, quales illius dignitatis splendor polcit.

8. Pergit vates in depingendo misero reipublicae statu, tempore iudicii diuini, eandem, quam supra vs. 2. incepserat, similitudinem continuans. Fulcimentis remotis, respublica ruit. Adiungit statim, qua re commotus Iehoua tanta mala admitteret. Vniuersus populus maxime corruptus est. Legibus diuinis spretis, omnibus vitiis sceleribusque indulget. (כי—יהרה) *Verbis et operibus Iehouam laesunt.* אל, *contra*, vt Genes. IV, 8. Num. XXXII, 1. Ios. X, 6. למרות עיני כבודו, *rebellando contra oculos maiestatis eius, i. e. contra maiestatem eius.* Oculi gloriae ex Hebraismo satis noto sunt *oculi gloriosi*, per synecdochen positi, pro: *deo glorioso*; i. q. Ps. LXXVIII, 1. לְמַרְאֵהוּ קְלִיָּין. Ante עיני omissum est אֵל, qua cum particula verbum מרה plerumque coniunctum legitur, vt 1 Reg. XIII, 26. Plalm. CVI, 33. Ezech. V, 6. significante *contra*, *aduersus*, vt Genes. XIV, 9. Num. XX, 13. Deut. I, 27. Infinitivus vero vel hic est reddendus in Gerundio in *do*, vt saepe alias, e. c. 1 Sam. XII, 17. 19. לְשֹׂאוֹל, *petendo*; XXIII, 7. לְבוֹא, *infrando*; add. 1 Reg. XVI, 7. Dan. VII, 26.; vel positus est pro verbo finito, vt infra XXI, 1. לְחַלּוֹקָה, *euertit*; Psalm. LXVIII, 19. לְשֹׁבֵן, *cessabit*; 1 Par. XV, 2. לֹא לְשֹׂאֵהוּ, *non portabunt*. Quem linguae hebraeae idiotismum bene exposuit STORR in *Observatt. ad Analog. et Syntax. Hebr.* p. 422. 423. Verum interpretes haud pauci lectionem maiorethicam hic relinquendam existimant. Primus, quod scio, qui hoc ausus est, ZELTNERUS fuit, in *Dissertat. de humilitate gloriosa Iesu Christi Iudaeis ferali ad Ies. III, 8* Altorpi

torpi 1720. edita. Is, postquam dixisset, toto hoc capite describi calamitates, quas Deus Iudaeis per Romanos immisurus esset; pro עָנִי, quod nunc legimus, עָנִי legendum idque de humili Messiae conditione intelligendum esse contendit; vt vertendum sit: *rebellarunt contra* (Messiae) *humilis maiestatem.* Quam emendationem et interpretationem probabilem fieri ait, *primo*, ex eo, quod voces עֵינִי et עֵינִים, quamquam saepissime obuiac, nusquam tamen sine iud radicali inueniantur; id quod etiam, tanquam insolitum quid, a Masorethis ad marginem notatum sit; vnde vero suspicio haud leuis de illius, qui puncta vocalia subscripsisset, incuria et temeritate oriatur. Deinde monet, ab Alexandrinis, qui codice sine punctis vocalibus vsi essent, verba כבוד עני למרוח reddita esse, διότι τοῦ ἐταπαινωθῆναι ἢ δοξα αὐτῶν, qua in versione notio vocabuli עָנִי per ἐταπαινωθῆναι fit expressa. Denique hoc etiam addit, locutionem, למרוח עָנִי לכבוד, nouam prorsus et inauditam esse. Eadem haec contra lectionem vulgatam monet MICHAELIS in *Biblioth. Orient.* P. XIV. p. 104. 105. et praeterea addit nec in versionibus antiquis aliquid de *oculis* legi. Vertit vero, assumpto עָנִי, verba Hebraica: *humilis, debilis, contra maiestatem eius affurgit.* Ita quoque Henslerus. Lowthus, pro עָנִי legens עֵנָן, *nubes*, reddit: *rebellando contra nubem maiestatis eius*, intelligitque *nubem super arca foederis, Schechina* a Iudaeis dictam, conf. not. ad Levit. XVI, 2. Hanc interpretationem confirmari dicit versione Syriaca, in qua legitur חֲנֻכָּהּ גְּלוֹרְיָהּ, *nubes gloriae eius.* Verum ipse Michaelis, l. c. monet, hanc auctoritatem non satis tutam esse, quod in libris manuscriptis Syriacis litterae *Nun* et *Iud* saepe inter se commutentur; atque adeo hoc quoque loco fortasse חֲנֻכָּהּ^y rescribendum esse. STRVENSEE ad h. l. coniicit, Alexandrinos legisse: לְכֹן תֵּעָנֶה כְּבוֹדָם, *ideo humiliabitur gloria eorum*, in versione tamen expressit lectionem vulgatam. CAPPELLVS in nott. critt. ad h. l. opinatur, Alexandrinos legisse

gisse עני, quod esset Piel ab ענה; id quod Kregelius probat et in versione exprimit hoc modo: *und (weil) sie geschänder hatten seine Majestät.* Mihi tamen accommodatior videtur sensus, qui ex lectione vulgari prodit, quippe membrorum parâllelismo conuenientior. Et, quamquam lubens concedo, litteram iod in עני nullo alio loco omissam inueniri, satis notum tamen est, litteram illam, vbi in Zere quiescit, haud raro omitti, vt כיה pro כיהל, כיהל pro כיהל, צרה pro צרה, etc. in multis libris tam scriptis, tam impressis legitur; vt vicissim nostro loco עני עני teste de Rossio עני עני in textu exhibent codices quam plures, etiam hispani, item Biblia Soncinenſia, Brixinſia Iesaias Polyglottus Bâſilienſis sine anno, Chaldaeus et Vulgatus. Concedendum est etiam illud, locutionem עני כבורר nusquam alias occurrere; verum inde non sequitur, lectionem esse falsam. Similis est, quae supra Cap. II, 11. legitur, עני כבורר.

9. Omnem depofuere verecundiam. הכרת פניהם *Obfirmatio vultus*, i. e. *impudentia*, עוזה פנים, vt Iosephus Kimchi interpretatur, Dauide Kimchio, filio, teste. Di-

cit quoque ille, idem significare Arabic. ⁵ ⁶ ¹ (propr. *stupor*). Lexica vero hanc notionem non indicant. Nol-

lem tamen ideo negare, Arabico ⁵ ⁶ ¹ hanc significacionem inesse, cum Iosephus Kimchi, in Hispaniâ natus, vsam verbi Arabici bene scire potuerit. Accedit, quod ea, quae apud Iesaiam sequuntur, *impudentiae* notionem fere flagitant. Alii opinantur, הכרת esse nomen Hiphilicum a כרת, in Hiphil הכיר, *agnouit*; vnde הכרת reddunt *agnitio*, seu, *id quod dant cognoscendum in facie sua.* Sic GUSSETIVS in *Lex. Hebr.* p. 614. Eodem modo Vulgatus: *agnitio vultus ipsorum*; et Chaldaeus: אַשְׁמֻדְעִים אֶפְהֹן בְּרִבָּא אַסְחִיר בְּהֹן *agnitio enim vultus ipsorum, ipse vultus eorum, agnoscit conficius peccata, quorum adcusantur, hicque ipse vultus testimonium*

menium contra illos dicit. Fortasse huc referendi etiam sunt Alexandrini: αἰχμη τῶν προσώπων αὐτῶν ἀτίτην αὐτοῖς. Male

Syrus: **לְפָנֵי הַפְּנֵי**, *personarum respectus*, quam interpretationem tamen Clericus quoque sequitur. MICHAELIS in *Supplement. ad Lexx. Hebr.* P. II. p. 530. conferens

Arab. **هَكَم**, *stupuit*; vertit in vers. germ. *ihr bestürztes Gesicht zeugt wider sie*, et in *Supplement. sensum* ita exprimit: *stupens illorum et pudefactus vultus, ipso attonito stu-*

pore culpam fateri visus. Saadias: فِرَاقُهُمْ وَجُوهَهُمْ تَشْهَدُ,

פְּנֵיהֶם, *pauor facierum ipsorum testatur de ipsis. ענה*, *respondet*, i. e. *testatur contra eos.*

ענה cum ב perf. coniunctum, *contra aliquem testem esse*, vid. Exod. XX, 13.

Deut. XIX, 16. 2 Sam. I, 16. חטאתם כסרם הנירר, *peccata sua profitentur ut Sodomaei*, palam et sine pudore, vid. Genes. XIX, 5.

נמלו להם דעה, *retribuunt sibi ipsi malum*, sibi ipsi inferunt malum, talia faciunt, propter quae malum iis certe rependetur, quasi dedita opera malum sibi quaerant.

Hinc paraphrasis Alexandrinorum, **βεβουλευται βελον ποιησαν καὶ ἐκυτων**. Sed MICHAELIS in *Supplement. ad Lexx. Hebr.* P. II. p. 327. reddit, *maturant sibi malum*, quam significationem נמל etiam habet Num. XVII, 23. infra XVIII, 5. Nescio an recte. Equidem praetulerim interpretationem vulgarem, ob vl. sequ. vbi **מַעַל לַיהוָה יִאָכְלוּ**

nostrae locutioni respondet; et vl. II. **כִּי גָמַל גְּרוּנְעֵשָׁה לוֹ**.

10. Quam fortunati contra sunt pii, et Iehouae cultores! Vituperatio, quae praecessit, impiorum, e contrario maiorem accipit grauitatem. (אמר צדיק כי טוב)

In horum verborum interpretatione in duas omnino partes discedunt interpretes. *Alii enim, cum coniunctio verbi אמר cum Accusatiuo minus sit vsitata, nullum sensum tolerabilem prodire existimant, nisi textu Masorethico mutato. Et horum quidem plerique pro אמר*

Ies. Var.

legendum censent אָפְּרֵי, *beatum praedicate*, siue אָפְּרֵי, *beatitudines*, vt Lowthus primus coniecit, cui assentiuntur Koppius, Cubius et MICHAELIS in *Bibl. Orient.* P. XIV. pag. 106. 107. Alexandrini vertunt: διαμαρτυροῦντες τον δικαστον, οτι δυσχεριστος ημιν, quasi legissent אמרו כאשר צדיק כי לא טוב כבוד אֶפְרַיִם. Quam interpretationem et coniecturam indicasse, idem est ac refutasse. Pro צדיק codex de Rossianus 226. habet לצדיק, probante de Rossio, quod syntaxis postulat ל, si vocabulum hoc connectatur cum praecedente אמרו. Alii vero in textu nihil mutandum censent; et ab his ipsis variae iterum textum exponendi rationes proponuntur. KIMCHIUS אמרו connectit cum טוב, exponitque כאשר יהיה טוב שלא ישוב מצדקתו ועשה צדיק, עול אמרו כי פרי מעלליהם יאכלו, i. e. *iustus, quum fuerit bonus, qui non auertet se a iustitia sua, vt faciat iniquitatem, dicite, quod fructum operum suorum manducabunt.* Alii: אמרו כי טוב להיוה צדיק, dicite, bonum s. bene esse, *iustum, pium, esse, quia iusti operum suorum mercedem obtinent.* KNAPPUS, pater, apud MICHAHELEM in *Biblioth. Orient.* l. c., haec verba ita reddidit: *dicite iustum, aequum, quid, nam benignum simul est, vt quisque operum suorum fructus comedat!* KOCHERUS in *Vindic.* p. 35. „*dicite iustum, quod bene; s. potius, quod beatus sit; qualia Romanorum, scin' me in quibus sim gaudiis; fac me vt sciam; illum, vt viuat, optant; etc.* Neque aliter I Reg. V, 17. אָפְּרֵי אֶפְרַיִם אֶפְרַיִם אָפְּרֵי אֶפְרַיִם, „*tu nosti Dauidem patrem meum quod non potuerit; per eandem ἀτιπρωσι accusatiui pro nominatiuo.* „Conf. Pl. CXXXIX, 20. אָפְּרֵי יְמִרְקָה לְמִשְׁפָּחָה, et Ioan. IX, 19. οὐ ὑμῶν λεγετε οτι.“ — Ego אמרו coniungendum existimo cum צדיק, hoc sensu: *praedicate, celebrate iustum.* Sensu enim praedicandi et in ore ferendi verbum אמר cum accu-

accusatio solet iungi, vid. Pl. CXLV, 6. II. Ita quoque

Snadias: ^{3 11 0 15} *كَمَا يَجِبُ أَنْ يُقَالُ عَنِ الصَّالِحِ مَا أَجْوَدُ*

sicut par est, ut dicatur de probro: quale est bonum eius. טוב
hic est *felix, beatus*, vt e Ierem. XLIV, 17. XXII, 16.

Thren. III, 26. et Syrorum ¹⁵ *מִכְבוֹדָא*. — Pro יאכלו codex
Kennicottianus vnus, Regiomontanus, legit יאכל, quod
Lilienthalius probat in nott. ad eundem cod. p. 326. Ve-
rum nihil mutandum est; צדיק enim sumitur collectivè; no-
mini collectivò vero respondet verbum in plurali positum;
vt satis notum.

II. (אוי לרשע רע) Plerique reddunt: *vae impio et im-
probo!* quasi esset asyndeton, vt Hof. VIII, 10. Habac. III,
II. Exod. I, 2. infra LXIII, 11. Clericus cum Noldio ante
רע sub audiendam existimat particulam כי, quae haud raro
deest, veluti Genes. XVII, 14. (אחד-בְּרִיתִי חָפַר, *quia foedus
meum irritum fecit*); Dan. VIII, 25. (וְהַצְלִיחַ, *et quia pro-
sperat*); vnde vertit, *quia est malus*, h. e. malitiae suae
caussa. Equidem verterim: heu *impio, misero*, in elici!
רע hic videtur habere *miseriae* notionem, vt Exod. V, 19.
Pl. X, 6. oppositum enim est טוב ^ט, *fortunato*, vs̄ antec.
Vel: *heu! impio malum eueniet*. Quidquid sit: non est ne-
cesse, vt cum de Rossio רע quod in codice ipsius 24. deerat,
redundans et incommodum censeamus. — Cubius hunc vs̄
cum antec. reddit:

Preist glücklich jeden *frommen Mann!*

Er ist zugleich *der gute Mann;*

Weh aber jedem *Gottesfeind!*

Er ist zugleich auch *Menschenfeind*

Nimis artificiose, vt mihi videtur.

12. Vates, postquam priorem sententiam de diuerso
honorum et malorum statu atque exitu inseruisset, redit ad
descriptionem publicae calamitatis. (עמי נגשיר מעלל

Quod adinet ad populum meum, nominativus absolutus, vt 2 Regg. XXII, 18. Levit. IV, 2. 2 Sam. IV, 10. Conf. de hac loquendi forma STORR. in *Observatt. ad Analog. et Synt. Hebr.* p. 292 seq. כְּנָשֵׁי מְעוֹלָל, *exactores eius sunt pueri*, propr. *exactorum eius quisque est puer*, locutio distributiva, vt Genes. XLVII, 3, רַעַה צֵאן עֲבָדֶיךָ, add. Exod. XXXI, 14. Prov. X V, 1. Conf. Storr. l. c. pag. 371. 372. Ceterum confer vs. 4. כְּנָשׁ hic est *magistratus*, imperium in populum ferociter exercens, et imprimis tributis colligendis praefectus, seuere debitum exigens, vt Zach. IX, 8, מְעוֹלָל propr. *ludens*, i. q. העוֹלָלִים supra vs. 4. pro עוֹלָל, *puer, infans*, Ierem. XLIV, 7. Pf. VIII, 3. Alexandrini pro העוֹלָלִים posuerunt καλαμω-
 τῶν ὑμῶν, significatione desumpta ab עוֹלָל, quatenus *racemare, vindemiare*, significat; tunc sensus esset: *expilant vos et exhauriunt, quomodo qui vineam non vindemiant modo et spoliant visis suis, sed et residuos racemos inter folia latitantes, sedulo exquirunt, quin et folia ipsa decutiunt, et palmites confringunt.* Alexandrinos secuti sunt Syrus, Chaldaeus et Vulgatus, quos Michaelis haecenus sequitur, quod עוֹלָל in *racemandi* significatione sumit. Ceterum vero in *Bibl. Orient.* XXIV, p. 108. vertit: *populus meus exactores suos racemas*, et in vers. german.: *Mein Volk sauget sich wechselsweise einer den andern aus.* Codex de Rossianus 226. legit מְעוֹלָלִים, relato verbo ad עָמִי. — נָשִׁים מְשֻׁלָּבִים, *feminae dominatae sunt illis*, i. e. molles et effeminati, excordes et vecordes homines. Clericus intelligit regum et procerum uxores aut pellices, quae virorum amore abusae multa impotenter factitarent; quod Israelitae experti erant ante Iesaiæ tempora in regno Iehokami, Iudae regis, cuius vxor fuit Athalia, mulier impotens et crudelis, vid. 2 Chron. XXI. XXII. Alexandrini et Aquila reddunt: ἀπει-
 τῆτας, *debitum exigentes*, Chaldaeus, מְבִרֵי חֵיבָא, *debitores, creditores*, Theodotion, δανιστας, *foeneratores*. Hi omnes legerunt נָשִׁים, Michaelis et Doederlein probantibus. Et si in membro anteced. עוֹלָל in *racemandi, spoliandi* significa-
 tione

tione sumas, quod interpretes fecerunt, vox נָשִׂים parallelismo membrorum sane apta est. (מִאֲשֵׁרֵךְ מִתַּעַם ductores tui sunt seductores, plane vt infra IX, 15. ab אָשַׁר, *incedere*, et in Piel אָשַׁר, *facere procedere*, i. e. ducere, Prov. XXIII, 19. Alii vertunt, *beatum te praedicantes*, ab אָשַׁר, *felicitas*, Genes. XXX, 13. XXXII, 29. vnde אָשַׁר *beatum praedicare*, Pl. XLI, 3. vt hic indicentur ii, qui, malis adulando, in omnibus assentando, pericula dissimulando, fausta quaeuis promittendo, populum seducant. Prior illa interpretatio videtur tamen praeferenda in hoc contextu. Intelligendi sine dubio sunt *pseudoprophetae*, conf. Ezech. XIII, 10. Mich. III, 5. ברֵעַר veteres ex mera coniectura, praeter linguarum usum reddiderunt. Alexandrini et Syrus, ταρασσουσι, ⁵⁰¹ בִּלְדוּ, *corrumpunt, peruertunt*, Chaldaeus et Vulgatus, *dissipant*. MICHAELIS in *Supplementi*. P. I. p. 187. mavult, siue: *tales faciunt vias, vt degluziant viatorem*; siue, quod melius ipsi videtur, *lacunosas et foraminosas faciunt vias tuas*. Nempe a *deglutiendo et absorbendo*

(גֶּלַע) foramen Arabibus dicitur ⁵⁰¹ بَلْع, indeque verbum denominativum بَلَع perforavit; confer infra IX, 15.

13. Sed Iehoua litem intendet malis hisce populi rectoribus. Pro עָמַר Alexandrini videntur legisse עָמַר, quod fortasse praeferendum.

14. (יְהוָה וְשָׂרָיו) *Venit Iehoua, ad ius vocaturus populi sui senatores et proceres*. (וְאֶחָדָם בְּבָחִיכָם) Nunc Iehoua ipse loquens inducitur. בעַר plerique veterum et recentiorum reddunt *incendere*; sed haec significatio, quamquam est vltimior, hic locum habere vix potest. Vineam enim vix igne accendi et perdi potest; accedit, quod lucrum fecisse dicuntur ii, quos vates castigat, conf. quae sequuntur in hoc ipso versu. Hinc aptius sumitur pro verbo denominatiuo, a בָּעִיר, Syr. ⁵⁰¹ بَعِير, Arab. ⁵⁰¹ بَعِير, *iumentum*, vnde

de בָּעַר, *brutum esse*, hinc in Piel, *umentum in prærum, agrum, pastum, pellere*, indeque *depascere (abhüten)*, quam potestatem hoc verbum sine omni dubitatione etiam habet Exod. XXIV, 4. 5. Pro הכרם Lowthus legendum censet הַכַּרְמִי. Mala sane correctio; nam in voce, cui pronomem suffixum adnexum est, omitti solet ה demonstrativum. Nec Hieronymum et Chaldaeam testes excitare debuisset. Ille enim in Commentario quidem *vineam meam* exhibet, id vero non est ipsius, sed Vulgatae veteris, iuxta Alexandrinos factae, interpretatio; ipse *vineam* reddidit: et Chaldaeus more suo, παραφραζου εμυ; id quod haud dubie Alexandrini fecerunt, dum verterunt ἀμπελώνα μου.

15. מָה לָכֶם מְלֶכֶם pro לָכֶם מָה, vt Exod. IV, 2. Malach. I, 13. *quid vobis? i. e. quo iure id agitis? qua ratione, aut rationis specie, quo obtentu?* (תּוֹכַחַת חֲשׁוֹנוֹ) Maxima populi oppressio describitur. Quae enim mola conteruntur, ita attenuantur, vt plane in nihilum redigi videantur. Exfugebant procères illi omnes populi vires, omnemque eius substantiam. Eundem in sensum Arabes vtuntur suo طاب, *moluit, commoluit*; vt multis exemplis docuit SCHVLTENSIS in libro de *Defectr. hodd. Lingu. Hebr.* §. 273. *Origg. Hebr.* adnexo, p. 435. 436. Similes imagines vide Mich. III, 1—3. Am. II, 7.

16. Pergit vates in describendis populi vitiis, quibus Iehoua ad iudicium exercendum commouetur, dum depingit *corruptos mulierum mores*. Pacatis enim sub Vziaz rebus, et florente reipublicae statu (2 Chron. XXVI, 5. seq.) populus, et inprimis sequior sexus, in superbiam et luxuriam incidit. — Ceterum eos, qui nunc sequuntur, versus, ob multa, quae in iis occurrunt, rei vestiarigae nomina, difficillima, data opera illustravit NIC. GVIL. SCHROEDERVS in libro *de vestita mulierum Hebraicarum*; quo ex libro eruditissimo hic adferemus, quae ad rectam loci nostri intelligentiam maxime necessaria nobis videntur. (יען ציון)

Verbum

Verbum נבה alii intelligunt de *animi* superbia, vt Psalm. CXXXI, 1. Ezech. XXVIII, 2. 5. Zephan. III, 11.; alii de *corpore*, atque hi iterum in diuersas abeunt partes. Abarbenel verbum illud accipit de studio feminarum, corporis staturam reddendi proceriorem per *calceos* cothurnatos. Alii de *superbo* et *fastuoso incessu*: minus commode; nam de eo vates deinceps loquitur. Equidem cum Schroedero, p. 389. l. c., putauerim, verbum נבה significationem hic gerere ampliorem, ac tam animi fastum et superbiam, quam externa eius in corpore indicia, omnemquè luxum et nimium se ornandi studium exprimere. Nunc vates recenset varios corporis gestus singulaque ornamenta. וחלכנה בטווח (בריך) *Incedunt erectæ gutture*, s. collo, vt recte Alexandrini et Vulgatus, h. e. erecto et aperto vultu, adeoque gutture extento, vt formam suam superbe venditent. Quod depravationem morum summam indicat, praesertim in iis regionibus, in quibus feminae non solebant, nisi velo tectae, in publicum procedere. (משקררה עירם) In harum vocum interpretatione valde inter se differunt interpretes. Ipsa lectio vocis משקררה a quibusdam in controuersiam vocatur; nempe vtrum littera װ punctum gerere debeat in latere dextro (vt e. c. inuenitur in bibliis Stephan. anni 1544.), aut in sinistro? Qui prius probant, vocabulum referunt ad שֶׁקֶר, *mentitus est, fefellit aliquem*. Hinc vertendum erit: *mentiri facientes oculos*, quod alii intelligunt de fuco et ornatu, quibus multo formosiores videbantur, quam erant; alii de fallaci oculorum nutu. Verum praestantissimi quique codices, et impressi et manuscripti, legunt משקררה per Sin, vt iam monuit Munsterus. Qui autem hanc sequuntur sententiam, in diuersas iterum abeunt sententias. Alii enim huc referunt Chaldaicum שֶׁקֶר, *fucare, colore inficere, colorare*, pec. oculos sibi, vid. BVXTORFII *Lexic. Chald.* p. 1542. Moris enim etiamnum est apud Orientis virgines, oculos collyrio vel sibiio (*Kahol*) intingere, et quasi maiores orbis mentiri; vid. ARVIEVX *die Sitten der*

Beduincn - Araber, p. 112. et not. nostr. 37. Conf. 2 Regg. IX, 30. et quae ex scriptoribus barbaris congeffit Grotius ad h. l., Ierem. IV, 30. Hoc sensu Chaldaeus locum nostrum vertit: *וְהָיָה עֵינֵיךָ כְּעֵינֵי אֲרָבִים*, *sibi oculos fucantes incendunt*. Alii vero, nostrum verbum idem, quod Chaldaeorum *בְּקָר*, *intueri, oculis vagari*, significare existimant. Ita illud iam Alexandrini videntur accepisse, dum vertunt, *ἐνευμαστίον ὀφθαλμῶν*, quod Vulgatus reddidit, *nutibus oculorum*, nec non Syrus, *נִיטָתוֹן עֵינָיו* *niſtationibus oculorum*. Abarbenel: *haec locutio significare potest, quod feminae iuuenes verſus oculis niſtitaerint*. Iunius: *nutantes oculis, i. e. ſuis niſtationibus laſciuiam ſuam facientes palam*. Videtur vates noſter intelligere idem, quod poetice expreſſit NONNVS *Dionyſiac*. L. XXXIV, vſ. 23 ſeq. — *ἐρωμαγεῖς δὲ γυναικῶν Νευμασί ποιητοῖσι τυποῖ μιμησατο κερη, Ομματα διενευσά* i. e. *infanientium amore mulierum mores puella nutibus ſimulatis imitabatur, oculos circumagens*. Hebraeis alias hoc vitium dicitur *בְּעֵינַיִם* s. *קָרַץ עֵינָיִם*, *oculos moritare, prae laſciuiam et petulantia, vt Prov. VI. 13. X, 10. XVI, 30*. Videtur mihi praeferenda haec interpretatio, tam ob eā, quae antecedunt, quam ob eā, quae ſequuntur, externos feminarum geſtus, qui laſciuiam et mollitiem produunt, deſcribentia. (הלך וסכה חלפנה) Ap- te Schroederus: *minutis et aequalibus paſſibus vtendo incedunt*,

coll. Arab. *نَفَّ* et *طَفَّ*, *agilis fuit, pedes manusue mouit agiliter*; vnde *طَفَّ الفرس*, *toluim inceſſit equus*, et *طَفَّاف*, *leniter incedens*. Quum verbum illud Arabicum ligandi quoque notionem habeat, et maxime de *pedibus iumentorum fune colligatis* poni ſoleat; MICHAELIS in *Supplementr. ad Lexx. Hebr.* P. IV. p. 1027. verba noſtra vertenda cenſet: *conſtringendo* (catenulis cruralibus pedes ſuos) *eunt*. Quamquam mihi prior illa interpretatio aptior videtur; nollem tamen negare, vatem ſimul reſpexiſſe ad uſum compe-

compedum cruralium, catenulis inter se connexarum, ut passus breuiores et aequales fierent; quo de more vid. infra ad vl. 20. Saadias vsus est verbo *خَظ'*, pone in dextram sinistramque se motitauit, et maxime de camelo dicitur, caudam et femora incedendo iactante. Eundem sensum expræsit LUTHERVS: *sie treten einher und schwänzen*. Verum ex linguarum vlu haec interpretatio non potest probari. Aliorum interpretum commenta Schroederus et Michaelis collegerunt et iudicarunt; vnde ego iis non immoror. (ברגליהם העכסנה) In ברגליהם est generis enallage, suffixo masculino הם pro feminino הן posito; qua de re vid. GLASSII *Phil. S. de Pronom. Can. XVI. p. 163. ed. Dathii*. Sententiam eorum, qui sub עכסים *crepitacula* vel *tintinnabula* intelligunt, satis refutauit Schroederus Cap. I. §. 2. p. 3. 4., ipseque post Ludovic. de Dieu, Bynæum (de calceis Hebraeor. p. 120.), Vitringam et Hoheiselum (in *Observatt. ad loca difficil. Iesaiæ p. 18.*) contendit, עכסים esse *periscelides*, idemque multis exemplis probauit ex Arabum dialecto, in qua verbum *سكس* tam in vniuersum denotat, aliquid vinculo, per plures flexus et nodos circumducto, *constringere* et *reuincire*, quam peculiariter vsurpatur pro: *ligare compede*. Sunt vero hae *periscelides*, s. *compedes*, laminae, vnum duosue, vix plures, digitos latae, figurae orbicularis, non tamen continue in orbem redeuntes, sed, quia crura ambiunt strictius, ab aliqua parte apertae; ad vnâ extremi-
tatem orbiculo, seu fibula, ad alteram vnco, qui fibulae innectitur, instructae. Non vero compede tali pes pedi adstringitur, gressus moderandi ergo, ut Rabbini quidam existimarunt; verum singula compes singulo pedi seorsim adaptatur, infra suram et talos. Solent pro mulierum fortunio ex auro, argento, nonnunquam ex ebore, vel osse testudinis fabricari, ut notauit Geuharius, sub voce *سكس*. Ab Arabibus hae compedes hodie vocantur

خَلْجَل. Frequens earum mentio fit in poematibus Ara-

bicis Perficisque. Plura de hoc ornatu ex itinerariorum scriptoribus collegi in not. 42. ad Aruicifii librum supra laudatum. Veteres interpretes verbum עָבַע intellexisse videntur de gressuum saltatoriorum affectatione; Alexandrini enim habent: τοῖς ποσὶν καιζῶσαι. Vulgat. *composito gradu incedebant*; Saadias ponit ipsum عَصَّعَ, quod in illius vernacula significat, *inuertit, praeopostere disposuit*, scil. *pedes, die Füße unnatürlich setzen* (vt Paulus commode interpretatus est), nec non, *in gyrum se conuertit*. Nescio, annon haec veterum interpretatio priori illi praeferenda sit; quum hic versus non tam ornatum muliebrem ipsum, quam potius gestus feminarum depingat, et *compedum ornatus* infra vs. 18. mentio fiat.

17. (ושפח—ציון) קרקר *verticem* significare, nulla est dubitatio, coll. Arab. ^وأخس, *pars capitis a vertice ad cervicem*. Est itaque קרקר sedes capillorum, in quibus comandis et exornandis haud exiguum collocatur feminarum studium. Verbum פָּשַׁח est ἀπαξ λεγόμενον, vnde noui mirum, interpretes in eius interpretatione dissentire. Alexandrini: και ταπεινωσει ὁ θεος ἀρχοντας θυγατέρας Σιών. Post eos plerique veterum et recentiorum interpretum verbum פָּשַׁח *deprimendi* significatione reddiderunt; permiscentes illud cum פָּשַׁח (per *Schin* scripto). Verum conferendum potius est verbum nostrum cum Arab. ^فسح, *defluere*, et transitive, *effundere, defluere facere*. Hinc vertendum erit: *defluere faciet dominus verticem filiarum Zionis*, i. e. eum capillis derudabit. Quae capitis caluities omne genus ignominiae et dedecoris in mulieres delicatas immittendum comprehendit. Solennis enim veterum erat consuetudo, in grauiori et acerbiori luctu capitis ornamenta abiiciendi, comamque tondendi, vid. Job. I, 20. Ies. XXII, 2. Ierem. XLI, 5. Ezech. VII, 18. Clericus intelligit tonsionem probrosam. (ויהיה פההן ישרה) פה esse *pudendum muliebri* Schroederus

derus probauit ex Arab. قوت. Per illius denudationem violentam inferenda feminis maxima ignominia denuntiatur. Conf. infra XLVII, 3. Nah. III, 5. Ierem. XIII, 22. Significat vates, fore, vt illae, quae tanta ornamentorum inutilium mole superbirent, ab hostibus vestimentis quibuscunque, etiam iis, quibus opus est ad tegendum verendas corporis partes, spoliarentur, nudaque in exilium abducerentur. Hic enim mos erat hostium ferocium, vt superatas bello gentes vestibus nudatas in triumpho ducerent, vid. infra XX, 4. Addatur poeta quidam Arabs, a Schroedero adductus:

أنا الاضبط السعدي جاء بجيشه
فيا رب جود مجتلاة علي ليد

Quando Abarthus Sadacus accesserit cum exercitu suo; O quot puellae vestibus nudatae super ephippiis in captiuitatem abducentur! Koppius, ad Lowthum, כה vertendum existimat ornatum, coll. Syr. ܟܠܠ, et ܕܘܢܐ, decor, magnificentia, ornatus. Verum cum littera ה in voce illa Syriaca non sit radicalis (radix enim est: ܟܠܠ, ornauit); equidem interpretationem priorem retinendam censeo.

18. Vt vates immodicum feminarum luxum eo fortius perstringat, singula ornamenta recenset. De עכסים vid. supra ad vs. 16. Sub שביסים interpretes haud pauci intelligunt vestimentorum quoddam genus, tessellis vel ocellis distinctum et variegatum; verbo שבס eandem significationem tribuentes, quam verbum שבץ habet Exod. XXVIII, 39. Jarchius intelligit speciem operis reticulati ad caput ornandum, ornamentum capitis reticulatum siue tessellatum. Mitto alias coniecturas incertas, quas apud Schroederum collectas et refutatas inuenies. Equidem ad stipulor viro illi doctissimo, cui שבס est ipsum Arab. شمس, quod deriuatur a voce شمس, sol, indeque significat soliculum bul-
lamue

lamne solarem, s. colli monile, cuius bulla ad solis imaginem efformata. Multis exemplis probavit Schroederus, quod tamen iam satis notum est, litteras כ et מ in Orientalium dialectis saepe inter se permutari, satisque verisimile fecit, Ara-

bes olim pro شمس^س pronuntiasse شمس^س et hinc in forma diminutiva dixisse شمس^س vel شمس^س, sol parvus, quod est ipsum שמים Iesaiæ. Videntur feminae Hebraeae vna cum idololatræ cultu solis, simul etiam bullas ad solis imaginem expressas ab Arabibus vicinis mutuatae esse, suoque ornatui illas inferuisse. GEVHAM; שמש est species quaedam monilis. ZAMACHSCHARI: שמש, et in plur. שמשות notat bullas, quae monilibus appenduntur. Scholiasta Saseiri (poetae cuiusdam celebris Arabum) bullas illas describit ita: est quoddam genus monilium colli, ex auro vel argento confectum, quasi ex lamina rotunda. Caelari solent in eiusmodi bullis elegantes figurae, radii quoque in iis egrediuntur acuti, quos nonnumquam circulus circumdat aureus halonem solis repraesentans. Multa alia ex carminibus Arabibus et Persicis loca, quae ornatum illum respiciunt, legi possunt apud Schroederum. שהרנים, quod praeter hunc locum occurrit quoque Iudic. VIII, 21. 26. utroque loco recte videntur reddidisse Alexandrini per μηνιας, et post eos, Vulgatus lunulas. Hesychius μηνιας interpretatur per πεταλα περιτραχηλια, lamellas, collo appensas. Suidas per περιτραχηλια κοσμια. Papias in Glossis: lunulae sunt ornamenta mulierum, in similitudinem lunae dependentes bullae. Kimchi: שהרנים הם חלי כדמות ירח, i. e. sunt monilia ad lunae similitudinem. Conferendum est Arab. شمس, luna. Apud Orientales vero ab antiquissimis inde temporibus, ad hodiernum vsque diem vulgatissimum esse harum lunularum usum, satis apparet tam ex Iud. VIII, 26., quam ex multis Arabicorum scriptorum locis, eorumque, qui locos Orientis edierunt, narrationibus. Ex iis patet, lunulas illas esse figurae falcatae, ita vt non toto dimidio plenae sint, sed inter cor-

num extremitates vacuum relinqueretur. Vnde eadem illae Arabibus *أقلام* appellantur, ab *هلال*, luna nascens et corniculans. Vertit quoque ita utroque loco Saedias. Adpendebantur vero collo, funiculo adplicatae, ut apparet ex Iud. VIII, 21.

19. נטפורה sunt *margaritae*, maxime, ex aure pendentibus, *inaures*; coll. Arab. *نطفة*, propr. *gutta*, hinc, ob similitudinem, *margarita*, denique *inauris*, indeque deno-

minativum *تنظف*, *inauribus ornata fuit puella*; vid. Schroederum pag. 45—56. et MICHAELIS *Supplementr. ad Lexx. Hebr.* P. V. pag. 1635. שררה sunt *armillae*, docente dialecto Chaldaica. Ponit quoque h. l. Chaldaeus שררי יריא *armillas manuum*. Concinit Arabic. *سوار*, *armilla*. Muhammed iis, qui ipsum sequerentur, pollicetur *أساور*, *armillas aureas et argenteas*, vid. Coran. Sur. XVIII, 30. XXII, 23. LXXVI, 5. Hunc ornatum esse antiquissimum, patet ex Genes. XXIV, 22. Num. XXXI, 50., idemque etiamnum inter omnes Orientis populos inuenitur, ut satis notum est. רעלה esse *vela* s. *pepla tremula* ostendit Schroederus pag. 62—94.

501
عجل Arabibus est *calantica*, *fibulis coniuncta*, e regione oculorum, ut dicit Scholiastes Safeiri, a Schroedero laudatus. Est tegumentum capitis muliebris, ipsam quoque faciem obvelans; nomen inde sortitum, quod anterior eius pars, vultum tegens, e regione oculorum, fibulis siue circellis ita est coniuncta, ut nonnihil spatii relinquatur, per quod oculi transpiciant, *tremere*, et, quod a tenuibus loris dependeat, huc illuc, in incessu, *iacitari* solet. Rabbi Isaacides in Commentario: *Mos est Arabibus feminis, caput, atque adeo vultum,*

tum, exceptis oculis, velorum quodam genere operire, quae in Arabica lingua ערלרות appellantur. Idem mos inuenitur iam Genes. XXIV, 65. XXXVIII, 14. Viget etiamnum in Oriente. LEO AFRICANVS *Descripi. Afric.* L. I. *facies mulieribus quibusdam panniculis cooperitur, qui ad oculi locum foramen habent, quo ceu per spicillo quodam vruntur.* Apud Homerum quoque peplorum saepe fit mentio, vid. *Odyss.* A; 334. II, 416. Σ, 209. *Iliad.* Γ, 141. Ε, 184. Videntur vero mulieres hebraeae in his velis superbiam et sumtuosam profusionem ostendisse, dum ea vel ex pretiosissima materia confecta, vel auro argentoque exornata erant.

20. פארים esse *tutulos*, siue diademata capitis, altius exsurgentia, forma fastigata, ostendit Schroederus p. 101. seq. Nam ad caput esse referendos פארים, patet ex Ezech. XXIV, 23. et XLIV, 18. Nec minus clarum est ex Ezech. XXIV, 17. XXVI, 10. falciam fuisse, capiti circumligandam. Hoc diadema vero capiti ita alligatum et adplicatum fuisse, vt forma prodiret sublimior et fastigata, clarissime apparet ex Exod. XXXIX, 28. vbi *sacerdotum tiarae* פארי סנבעות, *tiarae collis formam habentes*, i. e. fastigatae vocantur. *Tutulos* Latini haec ornamenta vna voce appellarunt. Ita enim FESTVS: *tutulum vocari aiunt flaminicarum capitis ornamentum, quod fiat vitta purpurea innexa crinibus, et exstructum in altitudinem.* Conf. VARRO *de Ling. Lat.* VI, 3. Haud infrequens huius ornatus mentio fit in Arabum et Persarum monumentis, ex quibus nonnulla adduxit Schroederus p. 107. 108. Etiamnum hunc ornatum capitis apud Arabum feminas vsitatum esse, apparet ex NIEBUHR *itinerario*, P. I. Tab. XXIII. Fig. 46. פערות sunt *catenulae crurales*, Arab. سوارس, quae per annulos insibulabantur periscelidibus, עכסים, de quibus supra. Quod fiebat non ornatus solum, sed gressus quoque coarctandi et exaequandi causa. Nam apud veterum feminas delicatas passus breuiores et aequales in deliciis habiti, imo et hodie apud

apud nostrates habentur. Etiamnum apud Arabes id moris esse, constat ex locis, quos Schroederus attulit. Instar omnium ego appono locum ex Scholiaste Safeiri: *nomen* *الخوص* *notat catenulam, qua feminae, cum saltant, pedes connectunt, ad passus reddendos aequales. Ut in hoc poetae: femina delicata est, cuius gressus vero artabit periodus fortunae. Cui addendus Fariani: passus eius aequales sunt, licet careat catenula crurali.* CLEMENS ALEXANDRINVS *Hed. Lib. II. Cap. 11.* πολλὰι δὲ καὶ ἑρωτικὰς ἀσπασμοὺς ἐγχαράττωσι αὐτοῖς ὡς αἰ ἐκ τῆς ἐπιβασεὺς ἑὺθμιζέσθαι τῆν γῆν, καὶ τὸ ἐταίρικὸν τὰ φρονημάτων ἐκ τῆ βαδισματος ἐνακος φραγισσοῦται. קשרים sunt *zonae, cingula, vt patet ex Ierem. II, 32, et ex verbi קשר significatone, ligare, constringere.* Zonis tunicæ non minus retrahebantur sursum, ne incessum inhiherent, quam stringebantur et continebantur. In illis exornandis magnos sumtus olim collocabant feminae. Byssinae enim memorantur apud Ezech. XVI, 10., aureae apud Homerum, Odyss. E, 230. Arabes hoc cingulum vocant *جود*, quod Geuharius describit ita: *Zona, ex corio latiori contexta, gemmisque bullisue ornata, quam humeros inter et hypochondria mulier sibi alligat. Veterum Persarum feminae, nobiliores maxime, et reginae, tantam Zonae exornandae pecuniam infumebant, vt reditus totarum prouinciarum in solum hunc vsu[m] destinatae essent, Platone referente in Alcibiade.* כפי כפי nonnulli reddunt:

domus fascini (coll. Arab. *ذئس*, *invidia, oculus malignus, quem fascino aliquo detrimentum adferre putant, ergo et, fascinus*), i. e. siue, *ornamenta, quae fascinare, et amoris insania percutere adspicientes possunt, qualia feminis tribuere poetae Arabum solent; siue, retinacula fascini, i. e. amuleta, quae feminas tutas a fascino praestant. Sic Chaldaeus, קרן פין sacras scil. in aures ponens, haec enim sanctae dictae, quod fascinum malignasque voces auribus arcere crederentur.* MICHAELIS in *Supplementt. P. V. p. 1662. de amethystis cogitat, cuius gemmae magna in Oriente est superstitio.*

Vocatur illa, inquit, Arabice *بِنَفْس*, contracte ex *بِنَفْسِ*, *domus fascini*. Verum in RAVII *Specim. ex Teisfaschio de gemmis*, pag. 102. amethysti nomen scribitur *بِنَفْس*. Equidem cum Schroedero *בהי נפש* reddendum puto *domunculas halitus* siue *odoris*, i. e. *olfactoriola*, qua voce Hieronymus quoque h. l. vsus est. Nomen *בהי* vsurpatur de quouis *vasc*, quo aliquid reconditur; vt Exod. XXV, 27. *בהים לברים* sunt *domus*, i. e. receptacula, *velitium*. Apud Syros *כפסא א* *domus aromatum*, i. e. *thuribulum*. *נפש* vero *halitum*, i. e. odorem ex fragrantibus aromatibus et vnguentis exhalantem, designare, ex cognata Arabica dialecto multis exemplis probauit Schroederus p. 151. 152. Similiter Hebraeorum et Arabum *רוח*, Latinorum *spiritus*, Graecorum *πνεύμα* et *halitum* et *odorem* denotat. Ab Hebraeis feminis autem talia vascula gestata fuisse atque ornamentis annumerata, probabile est ex eodem Arabum et Persarum more hodierno. Vide LE BRVN *Voyages* T. I. p. 234. Poeta quidam Arabs, a Schroedero p. 159. adductus: *non erant mihi opes, nisi tunica et calanxica, et olfactoriolum, aromatibus plenum*. Hafedh, nobiliis Persarum poeta: *Zonam myrothecium exornat*. Apparet hinc, olfactoriola cingulis appendi solere. Qui mos fortasse et apud Hebraeos olim obtinuit. Saltem, si eum ponamus, non obscure perspiciemus rationem, cur *בהי הנפש* a Iesia *רוח קשרים*, *cingulis*, subiuncti fuerint. — Sub *להשים* Hebraeorum magistri intelligunt *inaures*. Verum sunt *serpentes* (coll. Arab. *لوحس*, *lambere*, de serpentibus maxime vsitatum, vnde *لواحس* *lambentes*, i. e. serpentes), siue serpentum simulacra, tam ornatus quam scaeui ominis, vt putabant, auerruncandi causa ab Orientalibus inter vbera dependentes gestatae; id quod primus docuit Schroederus Cap. XI. p. 172. 173. IOSEPHVS Carabuci fil. in *Hist. Arab.* Cap.

Cap. XVI. *Arabum paganorum feminae aureos serpentes inter vbera suspendebant, amuletorum loco.* CLEMENS ALEXANDRIN. *Pactag.* L. II. pag. 209. *ὡς τὴν Ἑβραίων ὁ ὄφεις ἠπάτησεν, ἔτις καὶ τὰς ἄλλας γυναῖκας ὁ κόσμος ὁ χερσὺς τὰ ὄφεις τῷ χηματι, σμυραϊνας τινὰς καὶ ὄφεις ἀποπλαττομένας ἰς ἔυπρεπείαν.*

21. טבעות *annulos esse, notum est. Memorantur quoque Exod. XXXV, 22. inter mulierum ornamenta. De תבואת הברית vid. not. ad Genes. XXIV, 22.*

22. מלבושות *sunt vestes splendidiores, chlamydes plumatae, coll. Arab. خالص et خلع (nam litterae γ et υ ex Aramaeismo saepe inter se permutantur), induit aliquem veste splendida et pretiosa, vnde خالص, vestis pretiosior.* Inprimis vero voce illa designari *chlamydes*, auro variisque signis plumatas, quas Latini vna voce *Attalicas* dixerunt, magna ex scriptoribus Arabicis exemplorum congerie ostendit Schroederus. Tales vestes splendidiores gestantur quoque a feminis ditioribus; vt liquet ex loco, quem ex *Annal. Bagdd.* adduxit Schroederus, vbi de femina quadam nobili dicitur: *emit chlamydem plumatam gemmisque distinctam, vna cum veste serica, variis coloribus tincta, quinquagies mille nummis aureis.* Addendus Safeirius: Cum videris feminas molles, quae *sumant chlamydes plumatas loco vestis exterioris.* טבשות *sunt stolae siue tunicae exteriores, et hinc laxiores, longiores, manicatae tamen, Zona cingendae, et sub pallio induendae; coll. Arab. طباش, vestimentum, quod per diuersos flexus corpori applicatur et circumflectitur, ita vt hoc totum cooperiatur; vid. Schroederum pag. 247—277.* טבשות Schroederus confert cum Arab. طباش, quod de latiori et exteriori cuiuscumque rei operimento dicitur; hinc vocem Hebraicam reddit *pallium.* MICHAELI in *Supplement.* ad *Lexx. Hebr.* P. IV. pag. 1021. est Hik, حيك, Arabum, a Shawio, in itineralio pag. 196. vers. germ. descriptum, *pannus, seu velum quadratum, satis*
les. Var. G magnum,

magnum, reliquis vestibus, totique corpori circumuolutum, in quo et noctu dormiebant. Colligit id ex historia Ruthae (III, 15.), eam cum proxime Boaso cubaret, מספחה inuolutam fuisse, hancque non vestem esse corpori aptam, aut in qua domum regredi necesse esset, sed paunum, tantae capacitatis, ut sex hordei mensuras continere posset. חריטים sunt loculi, conii forma, ex metallo, ut ostenderunt Schroederus, cap. XVII. et MICHAELIS in *Supplementr.* P. III. pag. 919.

Nempe a *خرط*, *tornare*, primo conii dicti, deinde loculi, in quibus argentum gestatur, qui conii figuram habere solebant. Abarbenel: חריטים *notat loculos, ornatiores, figuris variis insignitos, quales feminae portabant; quam significationem ea vox et apud Arabes gerit.* Nempe *خرايط* *الدرهام* Arabibus sunt *marsupia, siue crumenaë, quibus afferuantur nummi.* Michaelis monet, hos loculos vix ex lino solo confici potuisse, cum ob formam conicam, tum, quod sacculum rumpi necesse fuisset; si, ut fieri 2 Reg. V, 23. legimus, talentum argenti ei infundas. Conferendus CHARDIN *Voyages*, T. IV. p. 204. *les sacs d'argent sont faits de cuir, longs et etroits.*

23. Sub גליונים plerique interpetes intelligunt *specula*, Chaldaeo et Vulgato praeceuntibus, quibus MICHAELIS quoque adstipulatur in *Supplementr.* P. I. p. 313. Conferat Arabicum *جلي*, *polire*; veterum enim specula ex metallo polito erant. Specula vero a feminis Hebraeis gestata esse, patet ex Exod. XXXVIII, 8. Schroederus vocabulum nostrum Hebraicum *vestes pellucidas* reddit, id ipsum enim significare Arab. *جلوة*. Verum recte mihi videtur observasse Michaelis, l. c., *جلوة* non tam esse *pellucidam*, quam *splendidam, vestem*; nec pellucidas vestes pudori feminarum Orientalium conuenire. סרינים sunt *interulae*, ut ostendit et Arabum dialectus, et apud Talmudicos hu-
ius

ius vocis vſus; tunicae interiores, nudae carni impositae, quas Latini vocant *subuculas*, vel etiam *indufias*. KIMCHIVS in libro *radicum*: סדין *notat vestem nocturnam, carni proxime inhaerentem, ex lino confectam; quam tamen interdum etiam induunt.* Ita: σιδων vſurpatur apud Hellenistas, vid. Marc. XIV, 51. Luc. XXIII, 53., nec minus apud Herodotum, Euterpes cap. 95. οἱ δὲ κωνίπες, ἣν μὲν ἐν ἡματιῶ ἐλιζόμενος εὐδῆ, ἢ σιδῶνι, διὰ τῶν δακτύλων. Galenus: μη γυμνὸς κομιζέσθαι, ἀλλ' ἐπιβεβλημένος σιδῶνα. פסופסו sunt *fasciae, vittae*, quae capiti circumvolvuntur, et in formam rotundam circumducuntur, pro more Orientalium antiquissimo et nemini ignoto. In dialecto Arabica صدف et صدف quamcumque notat *fasciam*, quae ducitur in formam rotundam. Et ex Zach. III, 5. Exod. XXIX, 6. Levit. VIII, 9. apparet, פסופסו fuisse *capitis tegumentum*. Consentiant veteres interpretes. פסופסו est genus *pepli*, quod circumiicitur capiti, humeris, et vestibus exterioribus, corporis aut vestium velandarum causa, idem quod פסופסו in historia Rebeccae, Genes. XXIV, 65. XXXVIII, 14. vbi pro פסופסו Onkelos posuit פסופסו. Est Syrorum פסופסו f. פסופסו, *pallium, peplum subtile*, et Arab. فسطاط, *pallium vel palla; vestis teu operimentum exterius quodcumque, vſurpari solitum prodeuntibus foras; siue confutum sit nec ne; capiti impositum, et in humeros reiectum, aut de solis humeris pendens.* Aruch, fol. 147. פסופסו in lingua *Israelitica vocatur פסופסו* (haud dubie ob faciliorem pronuntiationem) quod *peplum notat tenue, quo feminae caput operiunt.* Plura similia loca ex Rabbinis collegit Schroederus, cap. XXI. IACOBVS TORVVS in *historia prophetarum*: *nulla umquam Mohammedis vxor foras prodit, nisi in capite palliolum (فسطاط) gestans.* Annall. Bagdd.: *deposito a capite velamine faciei et palliolo (فسطاط) ad ipsum intrauit.* Conferendus quoque Velthufenius ad Cant. V, 7. vbi eiusdem vestimenti mentio fit.

24. (יהיה—יהיה בשם) genus quoddam *aromatis* est, vel *unguenti* odorati, vid. Cant. V, 1. et Velthufenium ad Cantic. I, 3. *מק* est *tabes*, corporis vigorem successiue exedens, vid. infra V, 24. Zach. XIV, 12. Quemadmodum unguenta corporis vigorem conseruare et augere, cutim læuigare, nitentem reddere, et suaui odore perfundere debebant; ita e contrario *tabe* absumetur corpus et computrescet. (החח הגררה נקפה) Difficultatem aliquam in horum verborum interpretatione facit *נקפה*, quod alii aliter reddunt. Alexandrini, Vulgatus, Syrus, *lora* vertunt, vocabulum nostrum fortasse referentes ad *לבב*, *cohaesit*. Saadias: *الْحُلُقَانُ الْهَيْكَلُ*, *vestes dilaceratas*, sic quoque Cocceius, *pannos*; quo vero argumento, ego non perspicio. Vitringa *districtio*, nempe quod Cocceius verbum, ex coniectura, *destringere*, atque adeo *excoriare* verterat. SCHVLTENSIVS *Origg. Hebr.* L. I. Cap. XII. §. 5. *capitis comminutio cum cerebri dispersione*, quod verbum *נקפה* apud Arabes *gravi ictu diffringendi* notionem habet. Verum bene obseruat MICHAELIS in *Supplement.* P. V. pag. 1678. parum verisimilem hanc interpretationem esse; *Zonae enim quis opponat cerebri dispersionem?* aut huic, quae cerebri elisionem experta erat, quis caluitiem adhuc et tumores et saccum, minetur? Schroederus, illius interpretationis incommoda intelligens, reddidit: *in locum cincturae capitis, succedet cruenta capitis confusio*. Sed de *capite* nihil in textu. Accedit, quod *חגר* et *הגררה* de cinctura circa medium corpus dicatur, vid. Genes. III, 8. 1 Regg. II, 5. nusquam de *capitis* cinctura. Hinc ego adstipulor Michaeli, qui l. c., verbum nostrum *exfionem*, *ulcus*, reddit, conferendum existimans, siue Arab. *نَقِيْف*, *exesus a teredine caudex*, vnde *نَقِيْفَة*, *serobs, locus paullo depressus*, siue, quod praetulerim, Chaldaic. *נקפה*, *vulnus, plaga*. Sic iam Thalmudici, Buxtor-

fio p. 1393. Lexici monente, in tractatu Schabbath: *quo loco accinctae fuerant cingulo pulchro*, נעשה נקפים נקפים, *plagae, s. foffulae fiunt*. Sententia: eo loco, vbi antea vestis cingulo elegantiore constringebatur, iam vlcera erunt et vulnera, ab asperiore, haud dubie, loro, quo cinguli loco cingentur. Idem iam expressit Chaldaeus, רשמיין דמחא, *vestigia plagae*, i. e. vlcera et cicatrices, habens. (החח מעשה מקשה) cum Schultensio et Schroedero verto *opus rasile*, coll. Arab. *رأسيت* *rasit, dolavit*, et intelligo *scobem, ramentum*, quo veteres crines ornare solebant. Sic de Lampridio imperatore narrat Trebellius Pollio, in eius vita: *crinibus suis auri scobem adspersit*. Et apud Hebraeos quoque hoc crines comendi genus vsitatum fuisse, colligere licet ex verbis יוסֵפְהוּ, *Antiqq. Lib. VIII. Cap. VII. §. 3.* vbi, cum ornatum equitum Salomonis describit, haec habet: *ψηγμα δὲ χερσὶς καθ' ἡμέραν αὐτῶν ἐπισήθου τοῖς κομαῖς, ὡς εἰλβεῖν αὐτῶν τὰς κεφαλὰς, τῆς αὐγῆς τὰ χερσὶς πρὸς τοὺς ἥλιον ἀντανάκλωμενης*: i. e. *ramentum vero auri quotidie crinibus suis aspergebant, ut capita, auri fulgore ad radios solis repercusso, coruscarent*. Idem haud dubie intellexerunt Alexandrini, cum h. l. reddunt: *κοσμος τῆς κεφαλῆς τὰ χερσὶς*. Raschius *מקשה מקשה*, ait, esse: מקים שהיו שם *locum (capillorum) vbi accinctae interferebant laminulas aureas operis solidi (d'or massif)*. MICHAELIS in *Supplement. ad Lexx. Hebr.* P. IV. p. 1680 seq. pro *מקשה*, in omnibus, quibus occurrit locis, legi malit *מקשה*, cum Dagesch, idque referre ad radicem *קק*, cuius vis est in *figendo, caelando, laqueando*. Inde *מקשה* Exod. XXV, 18. XXXVII, 7. etc. significare *opus malleatum*; hoc nostro autem loco translatum esse illud nomen, ad crinis formationem eam, quae calamistro perficitur, suasque crinibus induat figuras. Verum ego dubito, hanc sententiam omnibus probatum iri. Primum enim audacius videtur, pro *מקשה* in vndecim, quibus occurrit locis, reponere *מקשה*; deinde non bene perspici potest, quo-

modo ex radice נקש nomen מקשה *operis malleati*, aut *crimen artificiose calamistrorum* significationem accipiat. (חחח פחיגיל מהגרת ש) De nomine פחיגיל magnus est interpretum dissensus. Haud pauci Iudaeorum et Christianorum illud compositum existimant ex duobus radicibus פחה, *extendere*, et גלל, *conuolucere*, vt indicetur vestis lata, vsque adeo, vt, dum extensa est aliqua ex parte, alia interim ex parte conuoluta et sinuata sit. Aliis compositum videtur ex גליל גליל, quod vertunt *contortum conuolutum*, et intelligunt vel de *fascia pectorali*, vel de *vitta rotunda, orbiculata*. Neutrum horum vero apte opponitur *sacco*. Abarbenel censet, vocem esse compositam ex פחי, *latitudo*, et גיל, *gaudium*, ac notare *cingulum pectorale*, quo in solemnibus et nuptiis feminae cingerentur. Schulzius, ad Cocceium, disiuncte scribendum existimat פחי גיל, coll. Arab. فحى, *amplus fuit*, et vertendum, *amplitudo gaudii*, i. e. maximum gaudium, oppositum *cincturae sacci*, magnae tristitiae signo. Eodem sensu reddit MICHAELIS: *statt der Freude ein härenes Trauerkleid*. Verum tam haec, quam illa Abarbenelis interpretatio, e longinquo mihi petita videtur. Equidem vocabulum nostrum compositum cenſeo ex גיל, quod ego confero cum Chald. גילא, *pallium, roga*, et פחיל, propr. *contortus*, de filis et pannis vsitatum; vt voce illa fortasse significetur *rogae*, siue *pallii* genus, ex panno artificiose contexto, confectum. פח, *cilicium*, angustum, sordidum, et vilis tegumenti genus, quo lugentes sese vestiebant, vid. Genes. XXXVII, 34. et not. nostr. 58. ad libellum Aruioſianum de moribus Arabum Nomadicorum. (כי חחח ירפי) Vocula כי interpretes bene multos haud parum facessit, quod eam pro particula habuerunt. Ex iis nonnulli illam reddunt vt particulam asseruatiuam, hoc sensu: *omne hoc, quod dixi, tibi conueniet pro pulchritudine*. Alii vero textum h. l. siue mancum, siue corruptum, iudicauerunt, et varias proposuerunt coniecturas illum emendandi. Equidem iis recensendis non immoror, quoniam nullus fere

V. T. locus emendatione criticorum tam parum eget, quam hic noster; modo teneas, כִּי esse *aduffionem* a rad. כָּרַח, *vsfit*, *aduffit*, quod pro כָּרַי ponitur: notum enim est, ultimam ה, quoties est quiescens, non esse radicalem, sed euphoniae gratia pro ו et י substitutam; vid. SCHVLTENSII *Clauem Dialectt.* pag. 209. et eiusdem *Institt. ad Fundamentt. Ling. Hebr.* Reg. 132. Itaque a כִּי ductum nomen כָּרַי, formae כָּרַי, unde, media ו in quietem data, assumptum כִּי. Sic apud Job. XXXVII, 11. רִי, *rigatio*, est a קָרַה f. קָרַי, *insula, regio*, ab אָרַה f. אָרַי, *accrucus*, ab עָרַה f. עָרַי. Multa exempla similis formationis apud Arabes adfert Schroederus, p. 406. Nec igitur erat, cur de huius formae insolentia quereretur Ludov. de Dieu. Alterum, quod is opponit iis, qui כִּי h. l. pro nomine habent, Makkaph hanc inter et sequentem vocem interiectum, omnino nullius momenti, nisi punctorum antiquitate credita: sed ne hos quidem, qui illorum auctoritati addicti sunt, illud offendet, aliis codicibus Makkaph non habentibus, ac voci כִּי Tiphna subscribentibus; vt scite monet MICHAELIS in *Supplementt. ad Lexx. Hebr.* P. IV. pag. 1220. Plerique interpretes intelligunt *aduffionem* faciei per solis calorem. Verum post poenas, quarum mentio fit in antecedentibus, haec leuior esset. Hinc ego cum Schroedero intellexerim *aduffionem*, quae fit per ignem, vel prunas, vel cauterium. Apud Arabes كوي est: *cutim vsfit cauterio*, et كوي, *inustum stigma*. Indicari videntur stigma, ab hostibus crudelibus delicatarum puellarum cuti inurenda. *Hist. Tamerlani*, p. 320. vbi auctor ferocium militum Timuri facinora describit: *latera et terga hominum, ex suauibus lectis protractorum, cauteriis adufferunt* (كوي). Michaelis in *Supplementt.* l. c.: „de stigmate, fronti mancipiorum inusto, liceatne cogitare? Id ne elegantibus etiam et fastuosis puellis inuretur?“

25. (מחיר בחרב יפלו) Grauius malum, quam ornatus amissio, orbitas et viduitas feminatum. Alloquitur vero vates ipsam Zionem. מתיים proprie sunt *mortales*; hic vero soli *viri* significantur, feminis et parvulis oppositi, vt Deut. II, 34. Nisi potius conferre velis Aethiopic. *מת*, *sponsus*, *maritus*; ita vt *iuvenes* indicentur, quomodo Alexandrini et Chaldaeus reddiderunt. (ובבורה במלחמה) Ex eo, quod nonnulli veterum verterunt *fortes tui*; Lowthus collegit, eos legisse נבוריך. Verum, quis non videt, interpretes illos concretum posuisse pro abstracto? id quod nostri interpretes quoque fecerunt.

26. Zion sistitur vt femina, omni ornatu spoliata, et viduae instar lugentis humi desidens. Persona ex secunda mutatur in tertiam, ex more poetarum Hebraicorum. (ואנו רא בלו פחהיה) *is*, qui puncta adiecit, ad radicem אנה retulit, eumque sequuti recentiores, verbo אנה *moerendi* aut *eiulandi* significationem tribuerunt, quam reliquae linguae Orientales omnes plane ignorant. Referendum potius est אנו, vt MICHAELIS obseruat in *Supplement.* P. I. p.

104. 105. ad אָנן, Arab. ^{ان} *gemuit*, Chald. אָנן, *tristis fuit*. Sed nunc alia puncta vocalia substernenda sunt: אָנן. *Portae* vrbis lugere dicuntur, quod eae non tantum prae ceteris vrbis partibus frequentari solent, sed et olim honorabantur confessibus magistratuum et iudicum. (נקחה לארץ השב) נקחה propr. *purgata*, i. e. inanis, incolis exinanita, *erit*. Nempe radix נקה, Arab. ^{نقى} *vniverse puritatem*, hinc *vacuitatem*, significat, vt, *vacuum esse periculis*, Num. V, 19. coll. 21. siue, *ab labore*, 1 Regg. XV, 22. Deut. XXIV, 5. Amos IV, 6.; vnde denique translata est ad illam *vacuitatem*, quae in *vastitate*, *vastatione* ponitur. Sic Arabibus quoque استنقى est: *urbem plane expurgare, nihil in ea incolarum vel opum relinquere*; quo significatu illud saepe occurrit in *Histor. Tamerlanis*, ex qua multa exempla addu-

xit SCHULTENSIVS in *Animadversf. Philologg.* ad h. l.; vbi simul ostendit, Arabes verba *خلص* et *صفي*, quae proprie *purum, mundum, esse*, significant, similiter de *vastatione* et *praedatione urbium vsurpare*. Doederlein reddit: *mulier exhausta*; et hanc locutionem mavult intelligere de *luctu muliebri*, quam de *urbis vastatione*. *חשב לארץ*, *in terra sedebit*, haec erat consuetudo lugentium, vid. Job. II, 13. Thren. II, 10. III, 29. ADDISON, *on medals*, Dial. II., a Lowtho citatus, obseruat, nummos existere, a Vespasiano cufos, in memoriam deuictae Hierosolymorum urbis, quibus expressa esset mulier silens, in terra sedens, dorsum in palmam reclinans, cum hac inscriptione: *Iudaea capta*.

CAP. IV.

I. Hunc versum male diuisum esse a Capite praecedente, quisque sponte intelligit. Cuius diuisionis ineptae Vitringa rationem adfert hanc, quod inter veteres aliqui haec verba in meliorem partem acceperint, per *septem mulieres* mystice siue *dona Spiritus S.*, siue *feminas*, quae in Christum crediderunt, de quo *איש אחד* interpretati sunt, intelligentes. — Continuatur descriptio miseri reipublicae status. Maxima erit virorum clades. *שבע*, *septem*, i. e. plures, ex Hebraismo satis noto. *חזק* propr. est: *ligauit*, vt Arab. *حزق*, et Syror. *גאב* et *החזיק בו* *aliquem apprehendit*, Iud. VII, 8. Job. XXVII, 8. Plena locutio, cuius exemplum vidimus Genes. XXI, 18. Job. VIII, 20. infra LI, 18. est: *החזיק קרו בו*, *circumligauit manum suam illi*, *ביום ההוא*, tempore iudicii diuini, respicit ad Cap. II, 12. III, 27. 26. *(ושמלחנו גלבש* Non exspectabimus abs te, quae lex a maritis exigit, Exod. XXI, 10. *רק יקרא שפך עלינו* modo vocemur uxores tuae. Vide hanc locutionem explica-

tam aptud GLASSIUM *Phil. Sacr.* de figg. Gratam. p. 654. ed. Dath. Quale illud Marciae apud Lucanum II, 342. — *Da tantum nomen inane Connubii: liceat tumulo scripssisse, Catonis Marcia.* (אסך חתופתה) Summum enim opprobrium feminis est apud Orientales, innuptas et steriles manere; vid. infra LIV, 4. 5.

2. Laetiora promittuntur, ex more vatum Hebraeorum, quorum interminationes in consolationibus solent definire. Describitur prosper et florens reipublicae Israeliticae status, postquam ea per iudicia diuina a malis et improbis esset purgata. Per Virum quendam, in terra illa natum, religio pristinae suae puritati restituetur. (ביום ההוא) *Die illa*, quae sequitur mala praedicta; populo his calamitatibus purgato, deletis impiis, reliquis emendatis; coll. vi, 4. *Quis vel quid* sub צמח יהוה, *germine Iehouae*, sit intelligendum? de eo magnus est interpretum dissensus. Alexandrini et Syrus צמח non intelligunt de *germinis* propullulatione, sed de *folis ortu*, sub cuius imagine felicem populi Israelitici statum, a Iehoua ei parandum, expressum fortasse existimarunt: vertunt enim, ἐπιλαμψαι ὁ θεος, צמח יהוה, *erit ortus Domini*. Male: nam צמח semper de *plantarum germinatione* vsurpatur. Grotio *germen domini* primo sensu sunt reliquiae exulorum, quae Esrae ac Nehemiae temporibus domum reuersae, laudabilem vitam duxerunt, mystice vero Christus et Christiani. Nouos terrae Iudaicae incolas post exilium Babylonicum intelligit quoque Vogelius. De *populo Israelitico* emendato צמח intelligunt quoque Michaelis, Keppius, alii, quod ille saepius sub *plantae* imagine sistatur, vt infra V, 7. LXI, 3. Pf. LXXX, 9—12. Sic Dathius quoque, qui vertit: *existet germen Iehouae summe decorum* (substantiua enim cum praepositionibus ה, כ, מ, vt h. l. לכבוד, לצבי, לגאון, vt adiectiua possunt verti, conf. infra VII, 23. Vid. GLASSII *Phil. S.* p. 29. edit.

edit. Dath.) et terrae fructus plane egregius, eorum nempe, qui de Israelitis euaserint. Verum *germen Iehouae* hoc ipso versu manifeste distinguitur a reliquiis populi Israelitici. Alii dictiones in hoc versu poeticas proprie sumunt, de felici terrae prouentu, quo Deus reliquias Israelis post mala temporum superiorum beaturus sit. Huic vero interpretationi obstare videtur totius orationis magnificentia. Alii, post Kimchium hunc locum interpretantur de Iehiskia et sapientibus viris, qui cum eo superfuturi essent cladibus, quibus respublica sub Ahaso afficienda erat. Mihi vero, cum Vitringa et Doederlinio, verisimilius est, verba nostri versus, sensu simplicissimo accepta, cogitare nos iubere de vna potius persona, quam de pluribus. Accedit, quod tam Zacharias, III, 8. VI, 12. quam Ieremias, XXIII, 5. XXXIII, 15. sub germinis, צמח, nomine, quendam virum singularem et illustrem sistant, sub quo religio Israelitica in melius restituenda esset, vt facile quisque perspiciet, qui loca illa, imprimis Zachar. VI, 12., euoluere velit. Hinc mihi certum est, Iesaiam quoque h. l. cogitasse de viro illo, sub quo reipublicae suae auream aetatem redituram esse, Israelitae sperabant. De *Messia* hunc locum interpretatus est etiam Ionathan. (ויפרי-ישראל) Viro hac terra nato, tanquam eximio decore, gloriabuntur superstites Israelitae. פליטה, pro שליטה, abstracto posito pro concreto, *euasoribus*, i. e. residuis Israelitis, extinctis malis et improbis.

3. Verbum היה redundat, vt Exod. IV, 10. Deut. XVIII, 19. Ios. II, 14. Describitur status populi, illius viri aetate. קדוש, *sanctus*, i. e. Deo peculiari modo consecratus, pius, qualis esse debebat gens Israelitica ex mente eius, qui illius populi religionem instituerat, Exod. XIX, 6. יאמר לו, *vocabitur*, i. e. erit, consequens pro antecedente, vt infra XLVII, 3. 7. LVI, 7. כל הכתוב לחיים בירושלם, quicumque in viuis tum supererit. Solebant ciuium nomina apud Hebraeos in censum referri seu catalogum, conf

Ezech. XIII, 9. nec non Exod. XXXII, 32. Psalm. LXIX, 28. LXXXVII, 6.

4. Fient ista, postquam Deus populum suum longa calamitate expurgauerit. אָם, *quum*, vel, *quando*, Genes. XXXVIII, 9. Bocharto (Hieroz. P. II. p. 247.) aliisque est affirmantis, vt infra XXIX, 16. Pl. LIX, 16. LXIII, 7. צָמָח plerique interpretes deriuant a יָצָא, *exiuit*, vertuntque, *excrementa*. MICHAELIS vero in *Supplementz.* P. IV. pag. 1240. vocem illam mavult referre ad Syriac. כִּלְוִי *sordidus fuit*, in Pael, *foedauit*, et צִמָּח vertit *serdes*. Intelliguntur vitia idololatriæ et superstitionis. בְּנוֹת צִיּוֹן, *filiae Zionis*, haud dubie sunt oppida minora, quæ ab Orientalibus vt filiae matris, metropoleos, sistuntur, vid. Ios. XVII, 16. I Parall. XVIII, 1. רוח־בער (ברוח־בער) saepe vim et effectum, siue praestantiam eius rei indicat, de qua est sermo, vid. Dathium ad GLASSII *Phil. S.* p. 819. Hinc h. l. dictionibus בַּר־בַּעַר et שֶׁשֶׁפֶט בַּר signincatur magnitudo et seueritas iudicii, quo Deus Iudaeos sit puniturus. Ita Vogelius, Dathius, alii. Mihi vero praeplacet Doderlinii interpretatio. Eי רוח־בער est *ventus urens*, קָרוֹם alias dictus, qui vi sua omnia citissime rapit ac consumit; repentinarum belli tempestatum imago, prophetis familiarissima. Hinc רוח־שֶׁשֶׁפֶט dicitur *tempestas poenarum diuinarum*, eo effectu immittenda, vt fordes Hierosolymorum, i. e. ciues, peccatis foedati, penitus auferantur, et, iis sublati, purgatus a crimine, seu sanctus populus restituatur.

5. Quo facto numen denuo praesens aderit, populumque sibi sanctum tuebitur. Quam sententiam vates hoc et sequ. versu. duabus enuntiat imaginibus. Vna est desumpta ab itinere Israelitarum per deserta Arabiae, vbi Iehoua nube diurna et luce nocturna tum praesentiam suam declarauit, tum peregrinantibus tutelam aduersus coeli iniurias praestitit. מִכּוֹן in ceteris quidem, vbi occurrit, locis, *locum fir-*

mum,

num, basin, significat; verum hic ea significatio non est apta; videtur tantum simpliciter *locum* denotare, vt Arabum

سكان. Ita Alexandrini quoque et Vulgatus. Nempe verbum כון inter alia significat, *rectus stetit*: vt ergo אקום, *stando*, מקום, *locus*, ita אכון nostrum מכון idem significat. Vocula כל in nonnullis codicibus Kennicotti omissa, in vno vero Kennicottiano codice et in Alexandrina versione ante מקראה posita est; id quod probat Lowthus, quod מכון idem atque ציון, nec nisi vnus mons Zionis sit. Mihi tamen etiam lectio recepta sensum bonum dare videtur; vid. vers. מקרא plerumque quidem significat *coetum populi ad festum celebrandum conuocatum*, vt Levit. XXIII, 3. 7. 8. 24. 27. hic verum, docente nexu orationis, *locum*, vbi talis coetus solet conuenire. Pro מקראה libri multi, et manuscripti, et impressi, legunt in plurali: מקראיה. *resplendescenzia ignis flammantis*. Propr.

נה est *aurora*, coll. Syr. נִסְיָאֵל, vid. Proverb. IV, 18. infra LX, 3. LXII, 1. Hinc *resplendescenzia*, vt Ezech. I, 4. XIII, 27. Habac. III, 4. (כי על כל כבוד הפה) Sensus est, Iehouam populo suo defensionis auxilium praestitutum; plane vt res excellentiores, in quibus decoris quid et pretii maioris est, ne quid vitii iis accidat, operiri solent et obtegi. Kocherus vertit: *supra omnem gloriam erit proteclio illa*, vt talis הפה promittatur, quae omnem antea cognitam speratamque gloriam excedat. Lowthus, lineolam Makkaph כל inter et כבוד perperam positam censens, et כבוד intelligens de *gloria Dei*, quae saepe pro *Deo ipso* ponitur (vid. not. ad Exod. XXXIII, 18.), vertit: *super omnia numen regmen erit* (ja, für alles soll die Gottheit ein Schirm seyn). Verum כבוד simpliciter positum, nusquam *gloriam Dei* significat. Nec perspicio, quomodo Lowthus, saluis regulis grammaticis, idem illud כבוד eodem sensu ad verbum seq. trahere, אֵל מִסְכָּח אֵל מִסְכָּח, idque ibi subiectum, סכה autem praedicatum facere potuerit, ita vt תהיה, verbum femininum,

minium, non ad suum, vt oportebat, סכר, sed ad כבוד, ipsumque adeo Deum referatur.

6. Imago altera (conf. not. ad vs. 5. sub init.) qua exprimitur cura singularis, qua Iehoua populum suum tuebitur, desumpta est a tabernaculis et tuguriis, quibus pastores vtuntur aduersus coeli iniurias. Obseruandum est, in membro posteriori מחסה et זרם, et rursus עסתר et מטר sibi inuicem respondere. זרם est *imber frigidus*, vid. infra XXV, 4. XXXII, 2. Conf. MICHAELIS Supplementt. P. II. p. 648.

CAP. II. I. Oraculum, quod edidit Iesaias, filius Amosif, de Iudaea et Hierosolymis.

2. *Seculis futuris mons templi Iehouae ceterorum montium vertices longe superabit et supra omnes colles eminebit. Ad eum omnes gentes confluent.*

3. *Plurimae nationes accedent, his verbis mutuo se excitantes: age! proficiscamur ad montem Iehouae, ad Dei Iacobitarum templum; vt is edoceat nos de viis suis, et nos incedamus in semitis eius: nam ex Zione egreditur lex, ex Hierosolymis Iehouae disciplina.*

4. *Nationes iudicabit, et inter populos multos lites componet. E gladiis suis cudent vomeres, hastasque suas constabunt in falces. Nec gens alii arma inferet; nec amplius artes bellicas exercebunt.*

5. *O Iacobitae, agite! incedamus et nos in luce Iehouae.*

6. *Etenim tu reuicis populum tuum, Iacobitas. Pleni ii sunt oriente; dediti sunt praestigiis sicut Philisthaei; peregrinis abundant.*

7. *Abundat terra eorum argento et auro, infinitae sunt opes eorum: abundat terra eorum equis; innumeri sunt curus eorum.*

8. *Ab-*

8. *Abundat terra eorum idolis: coram opere manuum suarum se prosternunt; coram eo, quod eorum digiti fecerunt.*

9. *Verum humiliabitur homo, deprimetur vir: nulli eorum tu ignosces.*

10. *Fuge in rupes; absconde te sub terra, prae pauore Iehouae, prae insigni eius maiestate.*

11. *Supercilia enim hominum deprimentur; fastus mortalium deturbabitur; tum Iehoua solus eminebit.*

12. *Nam dies iudicii Iehouae omnipotentis instat omni humili et alto, omni elato et depresso.*

13. *Instat omnibus Libani cedris celsis et proceribus; omnibus Basanis terebinthis.*

14. *Omnibus montibus excelsis; omnibus collibus eminentibus.*

15. *Omnibus turribus peraltis; omnibus muris munitis.*

16. *Omnibus nauibus Tharsifensibus; omnibus ornamentis desideratissimis.*

17. *Supercilia hominum deprimentur; fastus mortalium deturbabitur; tum Iehoua solus eminebit.*

18. *Idola penitus euanescent.*

19. *Ingredientur fissuras petrarum et cauernas terrae prae pauore Iehouae; prae insigni eius maiestate, cum surgit ad terram tremefaciendam.*

20. *Tum proiciet homo idola sua argentea et aurea, quae sibi fecerat, ut ea adoraret, talpis et vespertilionibus.*

21. *Subibunt petrarum cauernas et rupium fissuras; prae pauore Iehouae; prae insigni eius maiestate; cum surgit ad terram tremefaciendam.*

22. *O! fugite commercia cum homine inflato. Quanti enim aestimabitur?*

CAP. III. 1. Nam ecce! dominus, supremus Imperator, ex Hierosolymis et Iudaea quidquid est fulcimenti auferet! omne fulcimentum panis, omne fulcimentum aquae.

2. (Auferet) virum fortem et belli peritum; indicem; prophetam, diuinum et senatorem.

3. Pentecontarchum et virum grauem; consiliarium; sapientem artificem, et dicendi peritum.

4. Pueros eis principes dabo; infantes eis dominabuntur.

5. Violenter ager omnis populus; vnus alterum, amicus amicum opprimit. Puer in senem; ignobilis in nobilem insolescet.

6. Proximum quisque ex familia patria protrahet: „vestis tibi suppetit, princeps esto! Sustine hanc ruinam!“

7. Ille vtro: „non possum medelam asferre; domi meae nec panis est, nec vestis. Nolite ducem populi me constituere.“

8. Nam ruunt Hierosolyma; cadit Iudaea; qui dictis et factis Iehouam petunt, et praesens numen lacesunt.

9. Perfricta eorum frons testatur contra ipsos; peccata sua, vt Sodomaeci, aperte profitentur, non celant ea. Vae illis! ipsi sibi malum rependunt.

10. Beatum praedicate pium, nam mercede laborum suorum fruetur.

11. Heu contra impium, miserum! nam is quoque facinorum suorum mercedem percipiet.

12. Ah! populum meum! pueri opprimunt eum, mulieres dominantur ei! Gens mea! duces tui te seducunt; viam, qua tibi eundum est, corrumpunt.

13. Surgit Iehoua, vt litem intendat. Adstat, vt in ius vocet populos.

14. Iehoua in iudicium venit cum populi sui senioribus, eiusque proceribus: „vos depasti estis hanc vineam; pauperum spoliis ornastis domus vestras.“

15. „Quid vos populum meum conteritis, et pauperes premitis?“ Haec dominus, summus Imperator.

16. Porro dicit Iehoua: propterea quod superbiunt filiae Sionis, et collo elato tinctis minio oculis, gressu molli, pedesque composito incedunt;

17. Verticem earum spoliabit, et pudenda earum nudabit.

18. Illo tempore dominus auferet ornatum compedum, solliculorum et lunularum;

19. Vuiones, armillas, pepla tremula;

20. Tutulos, catenulas tibiales, cingula, olfactoriola, serpenticulos;

21. Digitorum et nasi annulos;

22. Chlamydes plumatas, stolas, pallia, loculos,

23. Specula, interulas, vittas, palliola.

24. Aromatis loco tabes erit; cinguli loco ulcus; ramenti aurei crinibus inspersi loco, caluities; togae artificiosae contextae loco, sacci tegumentum; pulchritudinis loco, stigmata inurentur.

25. Viri tui ferro cadent, milites bello.

26. Ingemiscunt et lugebunt portae eius; praedata humi sedebit.

CAP. IV. 1. Tum arripient septem mulieres virum unum cumque compellabunt: pane nostro vescemur, et vestibus nostris amiciemur; da tantum nomen connubii; auferas modo opprobrium nostrum.

2. Tum vero pullulabit germen Iehouae in decus et gloriam; et fructus huius terrae in honorem et ornatum Israelitis superstitibus.

3. Nam quicumque reliquus est Zione, et superstes Hierosolymis, sanctus erit; quisque ciuibus Solymaeis adscriptus.

4. Postquam eluerit Dominus sordes filiarum Zionis; et crimina terra Hierosolymorum vento vindice ardente abegerit.

5. Tum Iehoua super totam sedem Zioniticam et super eius comitia nubem interdiu, fumum vero et splendorem ignis flammantis noctu parabit. Ita quidquid illustre est, tegetur.

6. Tugurium erit, ad umbram interdiu captandam aduersus aestum; et refugium et latibulum ab imbre et pluvia.

CARMEN TERTIVM.

(CAP. V.)

A r g u m e n t u m.

*H*ic novum carmen incipere, apparere mihi videtur ex inscriptione, vs. 1. In hoc quoque carmine, ut in superioribus, vates scelera et mores corruptos populi Israelitici castigat, poenasque diuinas minatur. Primum populus Israeliticus sistitur sub imagine vineae, a vinitore in fertili solo plantatae, cultae, prouidaque et liberali cura conseruatae, sed in edendis fructibus domini sui expectationem deludentis; eamque ob causam omni influxu coelesti, et cura atque custodia vinitoris priuandae, ac penitus diruendae. Cuius fabulae sensum vates vs. 7. ipse exponit. Tum singula populi scelera perstringit: veluti auariziam et rapacitatem (vs. 8. 9. 10.); intemperiem, luxuriam, temeritatem et inconsiderantiam (vs. 11—17.); ratiocinia improba, quae suadent peccandi licentiam (vs. 18. 19.); euerfionem omnium veri et iusti legum (vs. 20.); vanam fiduciam, quam in ingenio et viribus suis ponunt (vs. 21.); remulenciam et iniustitiam (vs. 22.). Denique horum scelerum et criminum poenas denuntiat (a vs. 24. usque ad fin.).

In plerisque igitur momentis huius carminis argumentum conuenit cum superioris argumento; vnde Vitringa recte mihi videtur collegisse, nostrum hoc carmen circa idem tempus, quo praecedens, editum esse, id vero est, vel in fine regni I'shae vel in initiis Forhami (differentia enim est exigua, vid. argum.

carm. secundi). Etenim quo tempore editum est hoc vaticinium, florebat adhuc status reipublicæ Iudaicæ, vs. 8., unde populi proceres, affluente omnium bonorum copia, luxui indulgebant, vs. 11. 12.; nec tamen in vitiis populi mentio fit idololatriæ, cum, *Vsia* et *Fothamo* regnantibus, priuatorum hæc magis delicta essent, quam publica, vid. not. ad Cap. II, 8. 9. Quæ omnia quoque in carmine secundo deprehendimus.

Vogelius opinatur, hoc carmen a vate confectum esse eo consilio, ut a *Leuitis* in templo decantaretur. Quibus vero rationibus hæc sententia nitatur, ego haud perspicio.

Quænam populi *Israelitici* fata in hoc carmine prædicta sint, dissentiant interpretes. Quatuor omnino hac de re sententiæ sunt. Prima est eorum, qui opinantur, hoc carmine cantari fata *Israelitarum*, siue decem tribuum; beneficia nempe *Dei*, in eos collata, illorum mores et vitia, et iudicium diuinum iis imminens, per *Affyrios* exequendum, quod factum esse constat sub *Hiskia*. Ita *Michaelis*, *Lowthus*, *Hezeilius*, *Henslerus*, alii. Altera sententia est eorum, qui hoc carmen referunt ad *Iudæos*, et poenam de iis sumptam in exilio *Babylonico*; ita inter alios *Grotius*. Tertia illorum est sententia, qui vaticinium hoc de nouissimo reipublicæ excidio intelligunt, quod in eam intulerunt *Romani*, et illius maxime temporis vitia depingi existimant, quod excidium illud præcessit; ita *Hieronimus*, *Lutherus*, *Brentius*, *Waltherus*. Quarta denique statuit, hanc prophetiam complecti utrumque casum, qui exitio fuit genti *Iudææ*, tam per *Babylonios*, quam per *Romanos*; ita *Sanctius* et *Vogelius* ad *Grotium*. Mihi vero quid videatur de studio illorum interpretum, qui singula vaticinia, siue adeo singulos versus ad singulare aliquod istorum temporum factum referant, iam dixi in carminis secundi argumento, sub *fin*.

1. Mitto mysticos interpretum lusus in vocibus ירורי et דרורי. Pro eo, quod alii poetae dixissent: *viro cuidam vinea erat; vir quidam vineam possedit; noster vnum ex amicis vineae possessorem ficit; vt fabulae maiorem adderet veri speciem.* ל ante ירורי et כרם reddendum est de: de amico meo — de vinea eius fabulam proponam. Propr. quod adinet ad amicum meum etc. vt Levit. XIV, 54. Num. VIII, 20. Ecclef. X, 3. Conf. STORRII *Observat. ad Analog. et Syntax. Hebr.* p. 284. Verba שירה דרורי Koppius vertit, *carmen tristitiae meae*, i. e. carmen lugubre, conferens Syr. ⁵ 00 ⁶ 1, *tristitia, conturbatio*. Lowthus contra legit דרורי vertitque, *carmen amabile, ein lieblich Lied*: parum apte huius fabulae argumento, ex מעו quidem sensu. דרר potius, quamquam alias saepe *patruelem* notat, hic idem est, quod יריר, *amicus*, vt saepissime in Cantico, e. c. I, 13. 14. II, 16. etc. Hinc non est opus, vt pro דרורי cum Michaele legamus ירירי בקרן *in cornu*, i. e. *in cliuo*, coll. Arab. ⁵ 01 ⁶ 1, *vertex montis*, item, *parvus mons*, ab talis seorsim extans. Et apud Graecos quoque κρηας dicitur de montibus et promontoriis. בנין שמן *filius olei*, i. e. pingui, fertili. Hebraei enim ob penuriam vocabulorum, adiectiva sola terminatione exprimentium, saepe voce בן ad ea exprimenda vtuntur. Sic בני-הייל (Deut. III, 18. 2 Sam. II, 7. 1 Reg. I, 52.) sunt *robusti*; בני-בלעל (Deut. XIII, 13.) *impii*, בני-שחק (Job. XXVIII, 8.) *feroces*; בני-בלחא (Dan. II, 25.) ⁵ 01 ⁶ 1 *exules*. שמן, vt Arab. שמנית, proprie *oleum pinguissimum*, deinde omne *pingue*, denique omnino *fertilitatem* designare, vt Deut. XXXII, 13., notum est. In colle igitur fertili amici sui vineam sitam esse, poeta narrat. Etenim

aperros

Bacchus amat colles — — VIRGIL. *Georg.* II, 113.

VARRO: *segetes meliores campestris, vineae collinae, sylvae montosae.* Haud spernenda videtur Abenesrae sententia, *מן קרן בן שמן* nomen loci fuisse, vatis tempore inter vineas circa Hierosolyma celebrati.

2. Verbum עִק multi interpretes reddunt *circumsepire*, Alexandrinos et Vulgatum secuti. Verum apud Chaldaeos et Arabes עִק significat *fodere*, et apud Arabes peculiariter, *fodere terram lapidosam*, vnde ^{1 1 0 1} *عق* in Golio expositum inuenitur, *instrumentum, quo terra aperitur, ubi aratro non est locus, nempe cum lapidosa est terra.* Vid. SCHULTENSII *Animaduers. Philologg.* ad h. l. Quae significatio hic bene conuenit, statim enim subiungitur: *elapidauit eam*: primo terram fiderat, vt lapides erui facilius possent, deinde eos abstulit. COLVMELLA *de Arb.* 3. *Saxa, summa parte terrae, et vites et arbores laedunt; ima parte refrigerant.* סקל enim, vt ex Syriaco eius vsu, itemque Arab. *سقل* et *سقل* patet, propr. est *nitidum effecit, poliuit*, et in Piel, *diligenter purgauit, vacuum fecit*, pec. a lapidibus, conf. infra LXII, 10. *סקלו מאבן*. Aliam verbi nostri originationem vid. in MICHAELIS *Supplement.* P. V. p. 1805. Doederlein et Koppius סקל interpretantur *de muro ex lapidibus facto*; repugnante linguae vsu. De שרק vid. ad Genes, XLIX, 11. *(ויבן מגדל בחורב) Aedificauit in ea turrim*, et custodiae et voluptatis ergo; *πυργος* dicitur Matth. XXI, 33., quales et Romanos in villis habuisse constat ex Liuiò XXXIII, 48. Apud Talmudicos *שמרה בכרם specula vineae*, vnde nempe custos ad omnes illius terminos prospicere possit. Schulzius quoque, per eam Palaestinae regionem, quae olim tribus Iudae erat, iter faciens, in omnibus fere vineis eiusmodi turrese vidisse narrat, *Leitungen des Höchsten.* P. V. p. 128. Vide quoque HARMARI *Observat. super Oriente.* P. II. pag. 273 seq. *גם יקב חצב בו* conferendum est cum Arab. ^{5 0 1} *وقب*, *depressus fuit in cavitare sua*, vnde ^{5 0 1} *وقب*, *scrobs, siue*

siue fouea in monte vel saxo, in qua restagnat aqua, item puteus aquae in petra existens vnius aut alterius orygae, vnde significatio lacus torcularis, quam haec vox apud Hebraeos tantummodo habet, quae vero indubitata est, si conferamus 2 Reg. VI, 27. Hof. IX, 2. Hagg. II, 16. Ierem. XLVIII, 33. Proverb. III, 10. Consentiunt quoque Veteres. Proprie quidem illa vox denotare videtur locum, torculari, תַּרְבֵּי, in quo calcantur et exprimuntur vuae, subiectum, in quem vinum expressum defluit; hic vero, vti in aliis locis, pro tota machina torculari videtur posita esse. Solent autem etiamnum in Oriente torcularia subterranea esse, vt refert Chardinus apud Harmarum, l. c. T. III. p. 117. et KAEMPFERVS in *Amoenitt. Exort.* p. 376. vbi de vini Persici confectione loquitur: *vini confectio instituitur in cella, vel intima domus camera quadam, a ventorum ingressu remota.* Effossionem torcularis in saxo vates noster quoque videtur respicere, cum vtatur verbo צַבָּח, quod, vt notum est, de lapidum excauatione vsurpatur. Dignus est, qui cum nostro conferatur, Nonnii locus, quo describitur Bacchus e saxo lacum torcularem sculpsens, *Dionysiac.* L. XII. בְּאֵשֶׁה, cuius pluralem hic legimus, *napellum*, siue *aconitum* esse, satis verisimile fecit CELSIUS *Hierobot.* T. II. p. 199 seq. cui addendus MICHAELIS in *Supplementt.* P. I. pag. 146. 147.

Nempe idem est quod Arabicum *بَيْس*, *napellum aconitum* (*Eisenhütlein*); quae quidem herba venenata luxuriosius et sponte prouenit in collibus apricis, quales vinearum esse solent. Ceterum in hac imagine non sunt singula argute persequenda: propheta simpliciter hoc vult, Deum optimi agricolae partibus sedulo esse defunctum, nihilque ab eo praetermissum; illos vero nihilominus turpiter degenerasse, fructusque malos protulisse.

3. Amicus vatis loquens inducitur. *וְיָשֵׁב*, o *habitor*, collectiue vt infra XX, 6. Zachar. XII, 7. 8. 10. Vnde

non est opus, vt cum tribus codd. Kennicott. יָשָׁבִי in Plurali legamus.

5. וְאָסִיר הַסֵּר scil. וְאָסִיר, frequens verbi finiti ellipsis, vt Genes. XLI, 43. Levit. II, 6. Vid. WALTHERI *Ellipses* pag. 155 seq. מְשֻׁכָּה *sepes spinosa*, coll. Arab. مَشْوَكٌ, cum contra בָּרָה, quod statim sequitur, *murus, fit lapideus*, et, plane vt Arab. جُدْرٌ præcipue de *muro circa vineam* vsurpetur, vid. Num. XXI, 24. 25. Proverb. XXIV, 31. Hof. II, 8. *murus* cum sepe viua ex spinis coniungitur, vt hic. Etiamnum in Oriente vineae duplici muro solent cingi, altero viridi, altero lapideo, vid. HARMARI *Observatt.* P. III. p. 154. A septentrione enim et occidente vineis murus conuenit, non sepes viua, qua ab austro bene muniri potest; nam ad murum educatae vites soli orienti et meridiano oppositae nobilissimum vinum ad maturitatem perducunt. וְרִיחָהּ (לְמַרְמֵס) *ita vt conculcetur*, a pecudibus in illa pascentibus.

6. וְאֶשְׁתַּחֲוֶה בָּהָהּ Vocem בָּהָהּ veteres omnes reddunt *vastitatem*. Pluralis occurrit infra VII, 19. vbi vero kametz transit in patach, seq. dagelch. Quo ex loco, si nostrum iisdem punctis instruas, בָּהָהּ referendum erit ad radicem בָּרַח, quae apud Arabes adhuc superest. lis بَرَّحٌ significat *secuit, resecuit, abruptit* aliquid, ita vt non detur regressus, et nomen بَرَّحٌ *rem abruptam, quae haud iterum fit*. Si igitur hanc interpretationem accipias, *vinea* hic significatur *prorsus desolata*. MICHAELIS vero in *Supplement.* P. I. p. 174. vocem nostram utroque loco mavult legere sine dagelch, eamque referre ad radicem בָּרַח, quae apud Chaldaeos (בָּרַח), Syros (بَرَّح) et Arabes (بَرَّح) significat *pernoctauit*. Hinc בָּהָהּ esset *locus pernoctationis*, i. e. in quo greges pernoctant. Equidem tamen priorem inter-

interpretationem praetulerim. לא יזמר, *non putabitur*, tollendo palmites superfluos, qui succum exhauriunt, Levit. XXV, 3. Verbum עדר terram respicit, vt praecedens plantas, et significat, terram sentibus liberare et expurgare, eamque circa radices plantarum aperire. Nam Aramaeis עדר est *Jarriuit, pastinavit*, et ^{עדר} *vomer*. Michaelis verbum nostrum reddit, *daß ihre Reyhen nicht in Ordnung erhalten werden*, quasi esset Niph'al a verbo עדר *ordinavit, ordinem instruxit*. Verum Niph'al huius verbi semper significat *desiderari, nusquam ordinari*. Schulzius, ad Cocceium, confert Arab. ^{عَدِمَ} *aqua abundavit locus*, IV. *locum aqua abundare fecit*, VIII. *pluvia madefactus et rigatus fuit*. Sed nostra, quam primo loco dedimus, interpretatio, praeferenda videtur esse reliquis. Sequitur enim statim, *increfcere sentes et vepres, id quod fieri solet, cum ager aut vinea non colitur, i. e. non foditur, aratur, pastinatur*. ועלה בר (ועלה שמיר ושית) Lowthus legendum suspicatur, quomodo et veteres nonnullos legisse dicit, non obleruans elegantem et emphaticam locutionem: *et ascendet, exerescet, abibit in vepres spinasque, tota, videlicet, illa vinea*. Similiter Prov. XXIV, 31. ^{והנה עלה כלו קמשינים} *ascenderat, excreuerat, totum illud (בָּרֶם, שָׁדָה, v. 30., omnis illa vinea, ille ager) in carduos; operuerunt faciem eius* ^{הַרְלִים} *paliuri, et maceries eius lapidea erat destructa*. (ועל העבים אצוה מהמטיר) ante *המטיר* est hic priuativum, et vertendum, *vt non*, vt infra XLIX, 15. LXIII, 17. XXIII, 1. multisque aliis locis. Nam vocabulum מן, ex quo nostrum מ, resecto Nun, ortum est, proprie indicat *resectionem, abruptionem*, vt intelligitur ex Arab. ^م *praecidere, abrumpere, diminuere, hincque vniuerse negat; id quod fusius explicauit STORRIVS in Obseruatt. ad Analog. et Syntax. Hebr. p. 252 seq.*

7. כִּי hic indicat transitum et adplicationem illius similitudinis, et recte videtur exprimi per Latinorum *iam*.

Saadias posuit ^{וְאֵלֶיךָ} *significans etc.* מִשְׁפַּח h. l. non est *scabies*, vt multi interpretes vertunt, voci nostrae eandem quam vocabulo מִסְפַּח, Levit. XIII, 6. 7. 8. significationem tribuentes; sed *sanguinis effusio*, coll. Arab. ^{سَفَّ}, *effudit*, aquam, lachrymas, speciatim vero hoc verbum quandoque notat, *effudit sanguinem*, vnde ^{سَفَّ} significat *effusorem sanguinis, hominem cruentum, tyrannum*. Vid. SCHULTENSII *Animadversf. Philolog.* ad h. l. צַעֲקָה, *clamor eorum qui iniuste oppressi sunt*. Obserua elegantem Hebraeis paronomasiam inter מִשְׁפַּח et מִשְׁפַּח, inter צַעֲקָה et צַעֲקָה.

8. (הִי-יִקְרְבוּ) Vae iis, qui coniungunt *domum domui*, i. e. domui possessae domum nuper emtam. Idem vitium castigatur Nehem. V, 1—8. Mich. II, 2. Erat hoc contra leges Levit. XXV, quibus Moses sapientissime cauerat, vt possessiones quaeque suis in tribubus et familiis conseruarentur, et ii fundi, quos possessores sui, paupertate coacti, vendiderunt, in anno Iubilaeo restituerentur, ne earum alienatio et commixtio aequalitatem illam tolleret, quam in populo suo obtinere voluit. Conf. MICHAELIS *Ius Mos.* P. I. §. 73. 76. עַד אֶפֶס מְקוֹם, *vsque ad defectum loci*, quem occupent alii; dum aliqua superest domus aut ager aliquis, qui nondum vester est.

9. Ante באָזְנִי subintelligendum est בְּגִלְיָהּ, ex Cap. XXII, 14. *reuelauit se in auribus meis dominus*. Alii supplent אָמַר, cuius ellipsis satis frequens est, vidi supra ad III, 6. Cur MICHAELIS *Biblioth. Orient.* P. XIV. pag. 110. pro באָזְנִי legere malit, בְּאָזְנִי, quod quatuor codices Kennicotiani exhibent, ego haud perspicio. אָמַר לֵא, *profecio, certe*, proprie iusiurandi formula, quam expositam vide ad Deut.

Deut. I, 35. מאין יושב, propr. *praecisio, defectus incolae*, i. e. sine villo incola, vt Ierem. XLVI, 19.

10. Bath, *Bathum*, eiusdem in liquidis capacitatis fuisse, cuius in aridis fuit Ephra, patet ex Ezech. XLV, 14. Capiebat 72 Sextarios Romanos. IOSEPH. *Antiqq.* VIII, 2. ὁ δὲ βαθὸς δυνατὰι χωρῆσαι ἑξῆς ἐβδομηκοντα δυοῖ. חומר erat sacrarum mensurarum maxima, vid. Ezech. XLV, 11., continens 30 modios Hebraeos. אומה decima pars Chomeri, vid. Ezech. XLV, 11. Sensus igitur est: agros vitibus confitos, tanti spatii, quanti sunt, qui decem bouum iugis arantur, ob vastationem in eos bello inductam, tam fore steriles, vt non nisi Bathum vnum vini; et semen Chomeris mensurae maximae, Ephra tantum, i. e. decimam eius partem redditurum sit.

11. De שכר vid. not. ad Levit. X, 9. (מאחריו בנשף) *Iis qui morantur*, scil. ad pocula. בנשף *vsque ad* (ita ב sumitur quoque Genes. XI, 4. Esra IX, 7.) *crepusculum vel matutinum*, vt 1 Sam. XXX, 17. Job. VII, 4.: q. d. compositionem per noctem, ad alterum vsque mane continuant; vel, *vesperinum*, vt Job. XXIV, 15. Proverb. VII, 9. q. d. totum diem, laboribus destinatum, potando insumunt.

12. כנור, *cithara, quae plectro pulsatur*, Graecorum κινυρα s. κιθαρα, quam ipsam vocem Alexandrini plerumque ponere solent. Videndus de hoc instrumento Spanhemius ad Callimachum, p. 466. seq. MICHAELIS in *Supplement.* P.

V. p. 1314. nomen ductum existimat a כַּנְיָ, *cannabis*, nam pro chordis fila olim ex lino fuerunt. נבל, *nablium*, quod digitis tractabant. Suidas sub voce ψαλτηριον: ἄργασι μυσικον, ὅπερ καὶ ναβλα καλεῖται. IOSEPHVS *Antiqq.* VII, c. 12. §. 3. ἡ μὲν κινυρα, δεκα χορδαῖς ἐξημμενη, τυπτεται πλεκτρῶ· ἡ δὲ ναβλα, δωδεκα φθογγῶν ἔχουσα, τοῖς δακτυλοῖς κρηεται. De ηη vid. ad Exod. XV, 20. Ante כַּנְיָ omissum est ב, quod saepius omitti solet, vbi ablativus loci exprimi debebat

bat, vt Genes. XXIV, 23. הַגֵּשׁ בֵּית־אָבִיךָ מִקּוֹם לְנֹי לְלִין Genes. XXXVIII, 11. שָׁבִי אֶל־מָטְהָ בֵּית־אָבִיךָ, Ierem. XXXVII, 4. 15. coll. Ezech. IV, 9. Mich. VI, 10. מעַל יְהוָה et *molimina Dei et opera manuum eius*, in stylo prophético saepe sunt mala grauissima, quae Deus praeparat impiis. Sic noster infra X, 12. *et fiet, cum absoluerit Iehoua פְּרֵ-מַעֲשָׂהוּ, omne opus suum in monte Zion*; intelliguntur iudicia, populo foedifrago decreta. Cap. XXII, 11. vbi vates describit studium et artes, quibus Iudaei Hierosolyma munituri essent aduersus Assyrium in summa calamitate, iis impendente, hoc iis imputat vitium: *et non respicietis ad eum, qui fecit illud, i. e. qui vobis haec mala immisit*. Conf. quoque infra XXVIII, 21. Habac. I, 5. Pf. LXIV, 10.

13. עָמִי מְבֹלֵי דַעַח (*Populus meus sine scientia, i. e. omni cognitione rerum futurarum carens, fataque imminetia haud curans*. Alii vertunt, *propter inscientiam* siue *incogitantiam*, quod stupidi sunt et sensibus mancipati, coll. infra XXVII, 11. Pf. XCII, 7. XCIV, 8. Alii: *inopinato, insperato*. הַמֶּון ex opposito כְּבוֹד, *turba, plebs*, significat hic nobiliorem populi partem, *proceres, magnates*, vt infra VIII, 7. מִלֶּךָ אֲשֶׁר וְאֶת־כָּל־קְבוֹרוֹ, XVII, 3. 4. מִתֵּי רַעַב *vir famis, i. e. famelici*; per מִתֵּי enim effinguntur adiectiua, vt Genes. XXXIV, 30. מִתֵּי מִסְפָּר, *numerabiles, pauci*, Job. XI, 11. מִתֵּי שָׂוָא, *vani*. Vid. STORRII *Observatt. ad Analog. et Syntax. Hebr.* p. 243. Verum ego, cum Michaele et Lowtho legere malle *מִתֵּי, mortui*, quod veteres quoque expresse-
runt. (והמוני צהה צמא) Dictiones, *fame perire et siti ex-tingui* in duas populi partes sunt diuisae; quaeque earum ad alteram est supplenda, ita vt de vtraque parte dictum sit, eam misere perituram esse. Aliter hunc locum interpreta-
tus est Ludov. de Dieu. Is nempe הַמֶּון intelligit de *multi-
tudine opum, de facultatibus et diuitiis*, vt Pf. XXXVII, 16, Eccles. V, 9. Hinc vertit: *et gloria eius crunt famelici, et opulencia eius arebit siti*; vt gloria metonymice posita sit pro *honoratis*, et opulencia pro *diuitibus*.

14. Mala haec et calamitates terminantur in *exitio*; quod vt graphice pingeret vates, infert hic *mortem* siue *orcum* per profopoeiam sub imagine magnae belluae, quae immani rictu oris inhians improbis et a Deo reprobatis, proderet ingentem appetitum, illos consumendi et deuorandi. שאול, *sepulchrum, orcus*, vid. Num. XVI, 30. Pl. XXX, 4. LV, 16. LXXXVI, 13. נפש hic est *appetitus*, vt Prov. X, 3. *non parietur Deus esurire* נפש צדיק *appetitus iusti*; sic quoque infra apud nostrum XXXII, 6. Eandem, quam hic, imaginem, videmus Prov. I, 12. XXX, 16. VIRGILIUS quoque *Aeneid.* VI, 273. *orco* tribuit *fauces*. Potest tamen נפש positum esse loco pronominis, vt saepissime. Tunc vertendum erit: propterea dilatauit *se* *orcus*. הררה, *decor eius*, vel, terrae, vel, vrbis Hierosolymorum. Ludov. de Dieu המון iterum intelligit de *opibus*, vt vs. praeced., vertitque: *et descendet decor eius, et opulenzia eius, et strepitus eius, et exultabundus in ea*, ita vt omnia referantur ad honoratos et diuites, qui in commestationibus ac perditio luxu strepitum excitare et exultare solent.

16. במשפט, *propter iudicium*, quod in populum peccantem exercebit.

17. Describitur ratio, qua Deus se omnibus gentibus magnum et spectabilem sit exhibiturus. Loca amoena, vbi diuites deliciabantur, in deserta vertentur. Vastitas tanta erit, vt pastores non opus habeant, gregibus pascua quaerere, sed ea obuia ac vberissima inueniant. ך hic est vertendum *tum*, vt Genes. XXVIII, 21. Levit. IV, 3. VI, 4. כרברם varie reddunt. Alii, *iuxta morem suum*, i. e. libere et tranquille, vt solent. Kimchius, in libro radicum, quem Castellus et Simonis sequuntur, nostram vocem ad דָּבָר, *caulam*, refert, quam pro *pascuo* positum accipit, quo greges ducantur. Mihi h. l. ipsum verbum דבר, *ducere*, (vnde מרבר, *pascuum*, propr. *locus, quo greges ducuntur*) positum videtur; vnde vertendum, *secundum ducere illos*, i. e. quocunque

cunque a pastore ducentur. (חרבות מהים גרים לאכל). Differentiunt interpretes in horum verborum interpretatione. Alii חרבות מהים reddunt *vastationes pinguium* scil. regionum. Sic DATHIVS: *loca illa pinguiissima, iam deserta, peregrini absument*: eundem sensum, si quid video, expressit MICHAELIS: *was in fruchtbaren Lande zwischen den Steinhau- fen zerstörter Städte hervor wächst, werden Fremde verzeh- ren*. Sensus quidem haud ineptus; nec infrequens est ellipsis vocis מקום, e. c. Genes. XX, 15. בטוב, in loco bono, add. Ierem. XL, 4. Esth. II, 9. Job. XL, 13. Verum ego dubito, an מקום de regionibus pinguibus dicatur; vide quae mox de hac voce dicentur. DOEDERLEIN: *in arvis deuastatis pingues catuli* (ita reddit גרים, ex usu Syrorum et Arabum) *victum reperient*. Nec multo aliter WALTHERVS: *und fremde Schaafe werden die wüsten Gegenden verzehren*. Vterque igitur interpres ponit (quod tamen non dicit), pro חרבות, in statu constructo, legendum esse חרבות. Catuli vero, vt Doederlein reddit, non sunt גרים, sed גרים, seu גרים. Equidem a distinctione et vocalibus Masoretharum non recedendum existimo; cum, si illos sequamur, bonus hic sensus prodeat: *deserta pinguium, i. e. diuitum, peregrini scil. pastores comedunt*. Sic quoque Henslerus: *der fremde Hirte nützt der Reichen ödes Land*: Nempe vicini Palaestinae Arabes Nomades in fundos et agros quos possederunt olim diuites, qui nunc misere perditii sunt (vf. 14.), pecudes agent. Qua imagine ad summam vastitatem exprimendam noster saepius vtitur, vt infra VII, 25. XXVII, 10. XXXII, 14. Aptā quoque ea est membrorum parallelismo. מן vero, pinguis, et substantiue animal pingue, vt aries siue ouis (coll. Arab. ⁵مذقة, medulla, et ⁵سَخِيخَة, pinguis ouis), de diuitibus eadem poni potuit metaphora, qua ii Ps. XXII, 11. גרים, pingues dicuntur. Doederlein non improbandam censet Durellii et Seckeri coniecturam, qui pro גרים leui, vt dicunt,

dicunt, mutatione, גררים, *hoedos*, legere malunt. Verum *hoedi* nusquam גררים sed גררים dicuntur.

18. Apponam praecipuas vers. huius obscurioris interpretationes. Alexandrini habent: *qui attrahunt peccata* ὡς χοιρὰ μακρὰ, *quasi fune longo*; et sic fere Syrus: *qui producunt peccata sua tanquam funem longum*; שרא fortasse conferentes cum Syriaco \int אֲוֹבָא, שֵׁרִיָּה, *funiculus mensuris*. Inde Hubigantius, qui vero audacius pro שרא ponendum censet שרוע, de continuatis ad eum modum peccatis, quo restiarius suffecta identidem cannabi funem torquendo in longum ducit, sermonem esse cogitavit. Quam sententiam Lowthus et Koppius probant. MICHAELIS, quem sequuntur Hezelius et Waltherus, *funes et lora* interpretatur de conatibus laboriosis, quibus impii constanter sudant, ut impia sua consilia perficiant, vertitque: *wehe denen, die am Laststrick des Unrechts ziehen, und sich es bey der Sünde so sauer werden lassen, als wären sie mit starken Wagenseilen vorgespannt*. Artificiose, ex meo quidem sensu. DODERLEIN vertit: *Vae iis, qui vanitate constricti, et innexi cultu vitulino, impietati adhaerescunt*. Et in nota subiecta addit: „*שרא et חטאה idolorum cultum notant, conf. Pl. XXIV, 4.*“ „*et supra I, 28., neque imago offendet quemquam, tanquam funibus constringi peccato, implicari scelere, ac pertinacius in societate idolorum perseverare.*“ KOCHERVS: „*videntur illi notari, qui frustra renitente conscientia, euis impedimentis omnibus, non ipsi modo praeferacte et pertinaciter peccant, sed et alios ad peccandum inducunt*“ „*doctrina fallaci (השרא), mendaciisque crimini obtentis.*“ Mihi quidem cum Dathio, aliisque interpretibus, שרא et שרן, *iniquitas et peccatum*, metonymice effectum, i. e. poenas et iudicia diuina indicare videtur; ut Genes. XIX, 15. Zachar. XIV, 19. al. *Funibus igitur poenas diuinas ad se trahere* dicuntur profani isti homines, qui prophetae minas contemnebant et iudicia diuina prouocabant, quasi eorum vi-

den-

dendrum desiderio tenerentur. Sic propheta sese ipse explicat in sequenti versu.

19. Recte Hieronymus in h. vl.: *vae vobis — qui dicitis ad prophetam: usquequo nobis Dei minaris iram? volumus eam scire, iam veniat. Hoc autem per ironiam loquuntur, quoniam eam non putant esse venturam, sed simulari a propheta.*

20. Significantur tales homines, qui omnia turbant et peruertunt; qui omnia boni et mali discrimina conantur peruertere.

21. Qui sua sapientia et suis artibus putant, ipsos iudicia Dei vitare posse. Siue: qui falsa sapientiae opinione inflati sunt, vnde pudet eos, ab aliis discere, et monitiones Dei aïtorumque contemnunt.

22. למסך שכר) Multi interpretes innui existimant mixtionem vini cum aqua: Michaelis vero vinum medicatum, admixtis, vt fortius fiat, aromatum variis generibus, aut aliis inebriantibus. Doederlein cum HARMARE *Observatt. super Or. P. I. p. 346.* locutionem *merum miscere* interpretatur: plurimas antiqui vini lagenas epotare; dum enim aperiuntur, miscetur cum faece vinum.

23. Cum propheta singulorum criminum reprehensionibus exclamationem הרי praemiserit, videri posset, Dathius obseruat, haec particula scribarum vitio h. l. excidisse, quod diuersum a praecedenti crimen reprehenditur, iniustitia iudicum. Sed in nullo interpretum antiquorum illud הרי repetitum inuenitur. צדיק is, qui bonam causam habet. יסירו ממנו tollunt ab eo, vnoquoque iustorum.

24. לשון אש, lingua ignis, i. e. flamma; quod ea speciem linguae prae se fert; nam rubet et in acutiem tendit.

השש est foenum, coll. Arab. حشيش, propr. herba siccata,

cata, pabulum ficcum, focnum. Fusius de hoc vocabulo egit MICHAELIS in *Supplementt.* P. III. p. 982. מִקּוּם plerique interpretes *tabem* reddunt, vocem ad מִקַּק, *tabescere*, referentes. Verum ego cum Michaele, cui tamen iam praeiuerunt Alexandrini, Syrus et Vulgatus, nostrum מִקּוּם *puluerem* siue *cinerem* reddere malle, ad radicem מוּק relatum, est enim

موق^و Arabibus *pulvis*. Nec tamen nunc מוּק, per Patach, scribendum erit, sed, vt Stephani biblia in folio minore, Vanderhoogthiana, Maii aliaeque editiones habent, מוּק, per Kamez. Melius quoque מוּק, *puluis*, respondet אַבָּק תּוּ.

25. (וירגזו ההרים) Lowthus et Doederlein hoc intelligunt de graui illo terrae motu, qui Vfiac tempore magnam stragem edidit. (ויט ירו עליו) Superfunt aliae poenae, quas minatur. (והרו-הצוה) conferendum est cum Arab.

كسادة, *purgamentum*, quod euerrendo reiicitur, a كسح, *verrit domum*. Dagesch vero eiiciendum videtur, coll. Pf. LXXX, 17. vbi idem vocabulum occurrit. Notandum tamen est, veteribus omnibus litteram כ praefixum visum esse, solas litteras סוּחָה, nomen. Sic idem significabit, quod סוּחָה, Thren. III, 45. *purgamenta, sordes, quae aqua induc̄ta scopis eueruntur*. Vna vero obstat, vt scite monet MICHAELIS in *Supplementt.* P. V. p. 1737. quam codices omnes hucusque collati habent, littera Vau, huius enim ratio grammatica haud satis expedita reddi ex rad. סוּחָה potest. — Ceterum Michaelis his verbis pestem describi censet.

26. Inde ab hoc versu describitur expeditissimi exercitus aduentus improuisus, qui, impetu hostili cum horrendis clamoribus, barritum vocant, pro more veterum coniuncto, tantum terrorem iniiciet Iudaeis, vt velut deliquium passi, obscura omnia circum se videant. (נשא נס לגוים מרחק) Ex longinquo Deus populos ad Israelitas puniendos accer-

set; id quod terribilius. Per *signum erectum* nihil aliud quam ipsorum aduentus significatur: alluditur ad signum expeditionale seu itinerarium, quo admonebantur milites de castris mouendis. CVRTIVS L. V. c. 2. *Tuba, quum castra mouere vellet* (Alexander) *signum dabat; cuius sonitus, plerumque tumultuantium fremitu exoriente, haud satis exau- diebatur. Ergo perticam, quae undique conspici posset, supra praetorium statuit, ex qua signum eminebat, pariter omnibus conspicuum.* MICHAELIS vero in *Supplemento ad Lexx. Hebræ.* P. V. p. 1648. sub בן intelligit *malum, in cuius summo copia picis accenditur, Strange mit Pechfässern*; idemque infra *V. 26* XIII, 2. aliisque locis, ubi in montibus signum eleuari, aut remotis populis erigi viam monstraturum dicitur.

Talia viae signa, לִּיָּו , dicta, historia Arabum iam ante Iosuae tempora tribuit Abrahamo, intima Africae occidentalis adeunti et exploranti, utque redire viam posset, eiusmodi malos erigenti. Vid. SCHVLTENSII *Histor. Imper. Vetust. Joctanidar.* p. 7. et 53. וְהָרְקַו) Alluditur, ut patet ex loco nostro simillimo, infra VII, 18., ad apiarios, qui apes sibilo ad aluearia sua perducere solent. CYRILLVS ad h. l.: $\text{Δεχεται δε τρω ως απο της συνηθιας της επι των μυιων. Εν εθνη γαρ πως εστι τοις μελισσοκομοις συριζειν αυτους' ετω τε των σιμβλων αποφερην εις αειθη, και ποας, και μην και ανακομιζειν εξ αργων οικoi τε αυτας ενκυλιζεσθαι ποιων.}$ (Sumit hoc rursus ex muscarum (i. e. apum) consuetudine. Solent enim apiarii iis affibulare, et ita ex aluearibus ad flores et herbas eas educere, et ex agris reuocare, domique ut immorentur, efficere). וְהָרְקַו et וְהָרְקַו aduerbialiter adhibentur per ellipsin praefixi ב , ut Num. XVII, 11. Deut. XI, 17. Ios. VIII, 19. Ceterum non est haesitandum in eo, quod verba in hoc versu in tempore praeterito posita sunt. Nam in vaticinatione praeteritum vel praesens pro futuro usurpatur, ut res futurae tanquam praesentes spectentur, et quo magis eae ipsa etiam orationis forma ob oculos ponuntur, hoc vehementius animum commouent.

27. (אין כושל בו) Non impingent ad impedimenta in via, conf. infra LXIII, 13. Ierem. XXXI, 9. ולא נפחח אזור (הלציו) Perpetuo erunt accincti et parati vel itineri, vel actioni, conf. 1 Regg. XVIII, 46. 2 Reg. IX, 1. Pf. XLV, 4. PAVSANIAS in *Boeot.* το δε ἐδουσαι τα ὄπλα ἐκαλσαν εἰ παλαιοι ζωνυεθαι. (ולא נחק שרוך) Ligabant veteres calceos corrigiis in superiore parte pedis; quod notum. Graphice igitur depingitur summa exercitus aduentantis festinatio.

28. (אשר-דרכוה) Parati semper sunt ad pugnam. (ררך קשח) propr. *calcare arcum*, quod, si arcus sit validior, necesse habes pedem ei imponere, cum eum tendere velis, vt Ralphi monuit ad Pf. XI, 11: Huic vero interpretationi obstare putat MICHAELIS in *Supplementr.* P. II. p. 466. tria potissimum loca (praeter nostrum Ierem. IX, 2. Pf. LXIV, 14.) quibus illa non conuenire videntur. Ac quidem quod ad nostrum locum attinet, Michaelis opinatur, haec verba vix significare posse, vt vertere solent; et omnes arcus illorum *tensi*; nullius enim exercitus arcus semper, etiam in proficiscendo, tensos esse, amissuros enim esse, si ita gestarentur, vim suam elasticam. Hinc, punctis mutatis efferre vult, (דרכוה, et vertere, *arcus eius sunt adsequentes*, i. e. metam adtingentes, verbo דרך tribuens *adsequendi* significationem, quam Arab. *سك* in Coniug. IV. habet. Equidem vero fateor, mihi vulgarem interpretationem non abiiciendam videri; viuidior potius, ex meo sensu, erit imago, illa retenta. Hostium celeritas in appropinquando tanta sistitur, vt ne necesse quidem sit, arcum in proficiscendo remittere, iamque ad aggrediendum parati sint. (פרסוח-נהשבו) Pro צר haud dubie legendum est צר, *filex*, cum quo equorum vngulae comparantur ob firmitatem et duritiem earum, qua fit, vt non atterantur cursu, et viae asperitate. Nempe veteres equorum vngulas soleis ferreis non vestiebant; vnde vngularum firmitas inter praecipuas equorum virtutes numerari solebat. Sic in *Hippico* Xenophon vult, vt in equis

maxime solliciti sumus *περι των ὀπλων ὅπως καριτεροι ἔσονται, de ungula ut firma sit.* Equos huiusmodi HOMERVS χαλκοποδας appellat, veluti *Iliad.* 9'.

— ὑπ' ὄχεσφι τιτυσκετο χαλκοποδ' ἵππω,
currui adaptauit acripides equos. Et *Odyss.* φ'. eosdem vocat *καριτερωσυχας, fortes — unguulis.* (בלבליר) *Rotæ* curruum, quibus in praeliis utebantur, vid. *Ioſ.* XVII, 16. *Iud.* I, 10. IV, 3. 7. *Nah.* II, 5. Conf. *IACOB. LYDII Syntagn. Milit.* L. III. Cap. X. *DILHERRI Disputt. acad.* Tom. I. pag. 129. Comparantur cum כרפה, *turbine*, tam ob velocitatem, quam ob vim ingentem, qua omnia deliiciunt et secum proripiunt.

29. לבויא est *leaena*, Arab. لباة, لبوة et لبية, כפיר vero *leo adultus, Venerem sentire incipiens*, vt videbis, si legas *Ezech.* XIX, 2. 3. 5. 6. et BOCHARTVM in *Hieroz.* P. I. L. III. cap. 1. p. 715. 719., cui addendus MICHAELIS in *Supplementr.* P. V. p. 1335. 1336. וָשָׁאָנָא ante וָשָׁאָנָא indicat *Fut.* 3. perf. singul.; decerptum est de pronomine 3. perf. וָהָיָה, vt in וָשָׁאָנָא, *Prov.* II, 7. et וָרִבְקָה, *Pl.* X, 10. Vide STORRII *Observatt. ad Analog. et Syntax. Hebr.* p. 138. et HEZELII *Ausführliche hebräische Sprachlehre*, p. 255. Inuenitur tamen וָשָׁאָנָא in textu codd. nonnullorum, in Bibliis Complutensibus, et in Iesaiæ Polyglotto Basileensi. MICHAELIS in *Bibl. Orient.* P. XIV. pag. 111. legit וָשָׁאָנָא, et *fremitus*, et hoc, masculini generis, refert ad כפיר, sicuti וָשָׁאָנָא, femininum, ad לבויא, *leaenam*. Hinc reddit: *Er hat ein weibliches Brüllen, wie eine Löwin, und ein männliches Brüllen, wie ein junger Löwe; d. i. als wenn Löwinnen und junge Löwen einander entgegen brüllen.* Qua de interpretatione iudicium sit penes lectores. (וָשָׁאָנָא) Quae hostis ab exterminio saluauerit, tam mordicus tenebit, vt nemo possit ex manibus eius eruere.

30. (וינהם-ים) Impetus hostium cum horrendis clamoribus coniunctus. (יבבט לארץ) De verbo נבט copiose egit SCHULTENSIVS in *Orig. Hebr.* L. I. c. 12. primam eius vim in *micando, fulgurando* esse, statuens. Hinc MICHAELIS in *Supplement.* P. V. p. 1587. comma nostrum vertere mallet; *fulminabit in terram, et ecce, caligo spissior insequetur fulmen.* Verum idem ille Michaelis ipse fatetur, illam verbi nostri significationem a Schultensio non satis esse probatam. (והנה-בערפיה) Magna in horum verborum sensu constituendo interpretum est discrepantia; partim ob incertam vocis עריף significationem, partim ob vocabulorum inter se connexionem. Vulgo עריפים reddunt *nubes, coelum*, quod id roret pluviam, a ערה, *stillare*, Deut. XXXII, 2. XXXIII, 28.; et secundum Masoretharum distinctionem hoc comma vertunt: *et intuebitur terram, et ecce! tenebrae, angustia et lux: obtenebratum est in coelis eius.* Accentus Zakeph, qui est supra voces וישך et אור, et Munach sub צר, hanc interpretationem flagitant. Verum nunc quaeritur, quid significet: *angustia et lux?* VITRINGA hoc interpretatur: *angustum erit et lux*, h. e. *lux erit angusta.* KOCHERVS reddit: *lux angustissima*, i. e. fortuna maligna, fere vt VIRGILIUS *Aenid.* VI, 270.

Quale per incertam lunam sub luce maligna

Est iter in lyluis. — —

Conferre iubet און ועצרה, supra I, 8. vbi not. vide. LVDOVIC. DE DIEU: *angustia est et lux*, i. e. simul et angustia et lux est; ne lux quidem angustiam pellit. RAMBACH: *angustia fiet ipsa etiam lux*, i. e. et sicubi etiam aliquod auxilium videatur populo adfulgere, tamen mox in meram angustiam conuertetur. Verum hae omnes interpretationes duriores sunt et nimis artificiosae. Hinc plerique recentiorum interpretum, Masoretharum distinctionem seponentes, וישך צר iunxerunt, tanquam אבטעוּס a propheta in affectu enuntiata. Id iam Vitringa praetulit, dum vertit: *et intuebitur terram; et ecce tenebrae! angustia! Quin lux ipsa obtenebre-*

scet in nubibus eius, scil. terrae, vt indicat affixum femininum. Fauet manifeste huic interpretationi, qua distinctionem Masorethicam relinquis, locus huic plane similis, infra VIII, 22.: *et terram respiciet צרה ורחשכה ורנה et ecce! angustiae et tenebrae.* De solo tamen adhuc vocabulo ערפום dissentiunt interpretes etiam illi, qui hanc vocabulorum coniunctionem probant. Veteres nihil lucis praebent. Alexandrini habent: ἐν τῇ ἀποκρυφῶν αὐτῶν. Syrus et Vulgatus: *tenebrae, caligo*, quasi legissent ערפל. Chaldaeus quid legerit, nemo facile dixerit; nam longe diuersum sentum verbis vltimis tribuit: *prii vero tunc protegentur a malo.* Saadias:

قطر, *nubes.* Doederlein *peneitalia*, siue *intimos recessus solis* intelligit ex significatione Arabici سرف, *intime penetrare, distinte cognoscere*, et totius versus sensum exprimit ita: *eiusmodi mugitus in illos marini ritu murmuris edet, ut, si terram adspicias, nonnisi tenebras densissimas videas. si solem, caligo conclaui eius obduxerit.* Sed huic interpretationi obstat primum, quod verbum سرف *de cognitione intellectus* vsurpatur; deinde quod ערפום ob affixum femininum ad ארץ, nec ad אור, est referendum. Quas difficultates Vir acutissimus haud dubie ipse perspiciens, conicit, legendum esse בער יפיה חשך בער יפיה, *caligo circa eius pulchritudinem, i. e. pulchritudo eius, scil. terrae, caligine est obducta.* Elegans profecto sensus, modo certus esset! CLERICVS ad h. l. haec habet; „Nos ex Arabismo interpretati sumus, „*conclauibus eius* (scil. *terrae*), nam apud Arabes سرف *est conclauis*; intelligimusque domos, ac proinde vrbes Iudaeas, non futuras Iudaeis satis tutum perfugium.“ Verum سرف non quoduis *conclauis*, sed *coenaculum* significat. Aequè minus placet coniectura MICHAELIS in *Bibl. Orient.* P. XIV. p. 112., vocem nostram in בעריה יתה (*in nubibus Dei*) diuidentis. Mihi quidem nihil mutandum videtur, nec vido,

deo, cūr vulgarem vocis ערף interpretationem repudiemus, cum ea sensum haud incommodum efficiat; vid. vers. Quibus vero hic sensus non placet, ii ערופים cum Rambachio ruinas reddere possunt, ex significatione destruendi, quam verbum ערף tam apud Arabes quam apud Hebraeos (Hos. X, 2.) habet. Tunc igitur vertendum erit: *obtenebrata est lux in ruinis eius*, scil. terrae et vrbis, eo tempore, quo Deus terram Israeliticam per hostes evertet.

CAP. V. 1. *Carmen canam de amico meo. — Amicus meus et vinea eius. — Vineam possedit amicus meus in colle pingui.*

2. *Fodit eam et lapidibus purgavit; vite Soreki eam conseruit; turrim in eā exstruxit, torcular in ea excidit. Iam vas istam laturam esse speravit; et napellos tulit.*

3. *Iam vos, ciues Hierosolymorum, vosque, Iudaei, arbitri estote inter me et vineam meam!*

4. *Quid amplius faciendum erat vineae meae, quod non fecerim in ea? Cur ergo, cum ab ea editum iri vas bonas expectarem, emisit napellos?*

5. *Iam audite, quid sim factururus huic vineae! Amouebo sepem eius ut depascatur; diruam eius maccriem, ut diruatur.*

6. *Incultam eam linquam; non putabitur; non sarrietur. Succrescent vepres et sentes; nubibus praecipiam, ne in eam pluviam demittant.*

7. *Vinea Iehouae, omnipotentis (est) domus Israel; tuque, vir Iudaeae, plantarium, quo delectabatur. Expectauit ab eis aequitatis studium; en vero sanguinis effusionem! Expectauit iustitiam, audit vero clamores oppressorum.*

8. *Vae vobis, qui domum demo iungitis; fundum fundo augetis; ut, relicto nullo loco, vos soli in prouincia sedem habeatis.*

9. Dixit mihi Iehoua, omnipotens: certe domus illa^o multae ad vastitatem redigentur; magnae illae et pulchrae sine incolis erunt.

10. Vineae decem iugera reddent balthum vnum; et semen chomeri dabit epham.

11. Vae iis, qui mane surgunt, ut seſſentur ſiceram; qui ad crepusculum vsque morantur, donec vinum eos incenderit.

12. Cithara, nablium, tympanum, tibia et vinum sunt in eorum conuiujs; at Iehouae molimina non adtendunt; facta eius non vident.

13. Propterea populus meus imprudens exulabit; nobilitas eius fame peribit; plebs siti conficietur.

14. Ideo orcus dilatabit os suum; distendet fauces suas in immensum, et descendent nobiles acque ac plebei, strepentes et exultantes in eo.

15. Incuruabitur homo; et vir humiliabitur; deprimetur superborum supercilia.

16. Tum Iehoua omnipotens exaltabitur iudicio, numen sanctum agnossetur iustitia.

17. Quando pascent oves, qua ducuntur; et deserta pinguium (diuitum) pastores peregrini comedent.

18. Vae iis, qui poenam attrahunt funibus longis, et iudicia Dei plauſtri loris.

19. Qui dicunt: maturet, properet opus suum Deus, ut id videamus; appropinquent et eueniant, quae decreuit numen Israelis, ut ea intelligamus.

20. Vae iis, qui reprobam probant; probam reprobant, qui tenebras in lucem, et lucem in tenebras conuertunt; qui mutant amarum in dulce, et dulce in amarum.

21. Vae iis, qui sibi sapiunt, suoque iudicio prudentes sunt.

22. *Vae his, qui sunt heroes in bibendo vino; et strenui in miscenda ficera.*

23. *Qui fontem propter munus absolunt; et insontium iura peruertunt.*

24. *Quare, ut lambens ignis stipulam consumit, et flamma gramen aridum exedit; sic radix eorum in cinerem redigetur; eorumque propago quasi pulvis euolabit; nam spreuerunt legem Iehouae omnipotentis, et dicta Dei Israelis contempserunt.*

25. *Ideo accensa est Iehouae ira in populum suum; extendit manum suam, et percutit eum. Tremenz montes! Cadavera eorum tanquam domuum purgamenta in mediis plateis iacent! Sed ne sic quidem ira eius auertit; manus eius adhuc est extensa.*

26. *Vexillum erigit gentibus remotis; sibilat iis a terrae finibus; et en! cito et velociter adsunt!*

27. *Nullus est in iis fessus; nullus, qui impingat; non dormit, non somnum capit; non femora discingunt; non ocrearum solvunt corrigias.*

28. *Acutae sunt eorum sagittae; omnes eorum arcus tensi, equorum ungulas filices esse putes, rotas turbines.*

29. *Rugiunt ut leaenae; fremunt instar leonum iuuenum; rugiunt; praedamprehendunt; euadunt; nemo eripere audet!*

30. *Fremet die illa contra eum (populum Iudaeum) fremitu marino! Intuberis terram, et ecce! tenebrae — angustia! Solis lumen in coelis illius (terrae) caligine obduktum!*

CARMEN QVARTVM.

(CAP. VI.)

*V*ates, summam in *ἐκστασι* abreptus, ad palatia coelestia, ut ibi mandata Iehouae accipiat (conf. vs. 8.), cœchi sibi videtur. Videt Iehouam alto throno insidentem, splendida et proluxa amictum trabea, cuius fimbriae diffusae sunt per palatium (vs. 1.). Adstant ministri coelestes laudes Iehouae magna voce praedicantes, sic ut omnis domus contremiscat (vs. 2. 3. 4.). Vates iis, quae videt et audit, attonitus, et vilitatis suae sibi conscius, vitae suae metuit, quod Deum conspexerit (vs. 5.). Aduolat ministrorum coelestium vnus, qui, labia vatis lapide igneo tangens, ministerio diuino dignum eum reddit (vs. 6. 7.). Ac tum demum accipit a Iehoua mandata (vs. 8.) Iuberetur populo Israelitico, poenas scelerum grauissimas, a Iehoua ei immittendas, denunciare (vs. 9—13.)

Doederlein scite monet, visionem diuinam, quae versibus septem prioribus narratur, oraculo, seu potius orationi seueriori, quae sequitur, introductoriam esse. Praecidisse prophetam, quantam sibi inuidiam oratione inuectiua in populi impietatem et minis plēna creaturus esset, nisi autoritate diuina praemuniretur. Ad hanc igitur aut cauendam, aut emolliendam, excitandamque attentionem, vatem tradere, se non sine numinis admonitu talia edicere, sed diuinitus instructum confirmatumque publice censoris officio defungi. Ceterum omnem hanc repraesentationem symbolicam esse, variis compositam figuris, aliis ex historia, aliis ex ingenio et fabula, aliis

ex cultu Iudaico petitis, ad depingendam summi omnium Imperatoris maiestatem aptissimis.

Solemne inaugurationem ad munus prophetae gerendum hoc carmine describi, censent interpretes haud pauci. Verum horum sententiae obstat libri huius inscriptio, in qua expresse dicitur, Iesaiam sub Vfia prophetae munere iam fungi coepisse. Non me fugit, quomodo isti interpretes suam sententiam cum inscriptione libri conciliare studeant. Sumunt nempe, oblatam esse Prophetae hanc visionem menses aliquot ante mortem regis Vfsae: quum igitur Iesaias vivo adhuc hoc rege munere suo fungi coeperit, omnino in libri inscriptione dici potuisse, vatem diebus Vfsae prophetasse. Huic sententiae (inaugurationem ad munus propheticum describi) fauere putant carminis sublimitatem et similem descriptionem, qua in re simili Ezechiel Cap. I. usus est. Vrgent quoque hoc, quod vates vs. 8. fatetur, se polluta habuisse labia, atque adeo haud parem fuisse muneri gerendo; liberatum vero esse a sua immunditie; hanc autem purgationem nihil aliud fuisse putant, nisi inaugurationem. Non potest negari, has rationes esse speciosas; videntur tamen potiores, quae contrarium suadent. Primo enim verisimile est, haec verba: anno, quo mortuus est Vfsas, scripta esse a Iesaiam quum Vfsas iam e viuis discessisset. Sic Cap. XIV, 28. verba, nostris prorsus similia בשנה מרה המלך אהאסו de rege Ahaso iam mortuo accipienda sunt, ut patet ex vaticinii illius argumento. Quod isti, qui contrariam sententiam defendunt, dicunt, visum hoc superstite quidem adhuc Vfia prophetae esse obiectum, sed post mortem demum regis a vate litteris consignatum, id rationi neutiquam consentaneum videtur. Totum enim carmen tantam spirat sublimitatem, ut a vate summo entusiasmo adhuc pleno, consignatum esse necesse sit. Deinde patet ex historia, Iesaiam vere sub Vfia aliquamdiu vixisse et floruisse, siquidem eius res gestas consignare it litteris (2 Chron. XXVI, 22.): consignauit vero haud dubie ut propheta, pro more illius temporis. — Ceterum

conferri potest elegans carminis nostri versio et explicatio, quae exstat in Repertorio für biblische und morgenländische Litteratur. T. XVI. pag. 285 seq. Vid. etiam ECKERMANN Theolog. Beyträge. Fasc. I. p. 79, 80, Fasc. II. p. 67 seq. MOSCHE Bibelfreund. T. II. p. 232 seq.

1. Interpretum antiquiorum et recentiorum haud paucum, qui hic describitur אֲדָנִי, Deum filium fuisse existimant, maxime ob locum Ioh. XII, 41. Sed haec sententia nititur falsa interpretatione loci Ioannei; vid. Eckermannum l. c. Ceterum in Codd. 61. Kennicottianis MSS. et 54. de Rossianis vox אֲדָנִי textus hodierni permutatur cum voce יְהוָה. Multis aliis quoque locis Iudaei superstitione ducti, pro יְהוָה posuerunt אֲדָנִי שְׁלֵיִם non sunt orae stragulorum siue tapezum, quibus thronus tectus fuerit, ut vult Aben-Esra; sed simbriae vestis, ut Exod. XXVIII, 33. 34. Orientalium dignitas enim, Doederlein apte obseruat, aestimatur ex laciniis laxioribus, quas opulentiores et reges pone se trahunt. Eiusmodi erant stolae Medorum; vid. BRISSONIVM de regno Persar. L. II. p. 147. edit. Sylburg. Summum imperatorem vestimenti lacinias non alias, quam quae omnia circa se obtegunt, habere decet. הַיֵּבֶל tam est templum (ut Pl. XLVIII, 10. LXVIII, 30. Ies. XLV, 28.), et praecipue sanctum (1 Regg. VI, 5. 17. VII, 50.); quam palatium (infra XXX X, 7. 1 Regg. XXI, 1.), vtrumque ab דְּבַר יְהוָה magnus fuit. Priorem illam significationem templi, multi interpretes h. l. sumunt, templum coeleste (Exod. XXV, 9. 40. Hebr VIII, 5.), cuius effigies adumbrata erat templum terreste, intelligentes. Verum cum ceterae imagines de rege desumptae sint, mallema הַיֵּבֶל h. l. de palatio intelligere.

2. Summi regis throno adstant ministri nobiles coelestes. Nempe e ministrorum dignitate regis magnitudo cernitur.

nitur. שרפים non sunt *angeli natura igneae*, vt multi interpretes voluerunt; sed *magnates, nobilitate clari*, coll. Arab.

شرف, s. شريف, *nobilis, princeps*. Recte igitur Chaldaeus: שַׁמְשֵׁין קְרִיבֵין: *ministri intimi*. MICHAELIS in *Bibl. Orient.* P. XIV. p. 114. hanc interpretationem haud improbat quidem; mallet tamen pro שַׁרְפִים efferre שְׂרָפִים, *sufficientes* scil. sacerdotes, a שָׂרַף, *cremare, comburere*, quod אֲרָאָה de *suffimenti combustione* usurpatum esse possit, cum Chaldaeis שָׂרַף *suffitus, aromatum genus* quoddam sit. Hanc interpretationem Michaelis maxime ob vl. 4., vbi templum fumo impletum dicitur, praefendam putat. Verum regis throno non *sacerdotes, sed nobiles* adstare solent. Idem ille Vir illustris in *Commentat. de Cherubis, equis tonantibus Hebraeorum* contendit, שרפים esse *Cherubos, serpentum capitibus informatos*, a שָׂרַף, *cerastes*, de quo serpente vid. ad Num. XXI, 6. Eadem interpretatio placuit Hezelio ad h. l. Sed idem ille MICHAELIS in *Bibl. Orient.* l. c. ipse hanc sententiam reiicit, ideo maxime, quod sacerdotibus sufficientibus non bene conueniant serpentum capita. כִּמְעַל לִי *circa, iuxta eum*, qua significatione מעל occurrit Ierem. XXXVI, 21. Nehem. III, 28. XII, 37. 2 Chron. XXVI, 19. Ita veteres quoque vertunt. KIMCHIVS: סמוך לוֹ *prope ipsum*, ABEN-ESRA: עומדים עליו מימינו ומשמאלו, *stantes iuxta eum, a dextra et sinistra eius*. VITRINGA retinet vltatiorem huius particulae significationem, *super, supra*; prophetam enim significare voluisse, Seraphinos sibi in hoc viso obiectos esse tanquam ministros coelestes, qui venerint ex superiore loco, et vtrinque ad latera throni constiterint in hunc modum, vt visi sint eo, qui sedebat in throno, paullo superiores; non plane supra throni verticem, sed a latere paullo remotiores et superiores rege thronum insidente. Sed alias quoque poetae Hebraei Iehouam *supra* angelos, vt Ezech. X, 4, 18., et angelos *ante* vel *coram* ipso, Dan. VII, 10. Amos IV, 6., collocare solent. (שש לאחור) Alis instructos ministros illos

vates

vates describit, vt eos expeditissimos esse doceat ad iussa domini exequenda. Vnde barbari quoque poetae Mercurium suum alatum faciunt, vt Doederlein bene obleruat. (בשחים יסכה פניו) Distributivè dictum, *quisque eorum binis velabat faciem*, vt saepissime, e. c. Amos VI, 9. (secundum lectionem Masorethicam): *si residui fuerint in una domo viri decem; morientur illi: וכשאר et toller eum*, h. e. vnumquemque eorum, *consanguineus eius cet.* Est maiestatis regiae apud principes Orientales, subditorum oculis sese subtrahere. Quantum autem regem quem adspicere nobilissimis etiam ministris nefas est! Sic coram Imperatore Turcico, vt DE LA VALLE in *sui itinere describit*. T. I. Epist. V. p. 58. vers. germ. narrat, nobiles, *Bassa* dicti. capitibus demissis et manibus circa mediani corpus plicatis, stare solent. (בשחים יסכה רגליו) Nonnulli interpretes post Grotium, per *pedes* h. l. eas corporis partes, quas velari iubet pudor, intelligendas esse statuunt, vt Exod. IV, 25. (vbi vid. Schol.), Deut. XXVIII, 57., Ezech. XVI, 25. Nec id inepte. Confer, quae modo ex *de la Vallio* notauimus. Qui vero רגליו in significatione magis consueta h. l. sumunt, ii a vate ad morem Orientalium, pedes discalceatos decoris ergo vestimento operiendi, alludi existimant. KAEMPFERVS *Amoenitt. Exort.* p. 227.: *Rex in medio supremi atrii cruribus, more patrio, inflexis sedebat; corpus tunica inuestiebat flaua, ad iuras, cum staret, protensa; discumbentis vero pedes discalceatos pro vrbantate patria operiens.* Dignus quoque qui hic adscribatur, est alter, quem Lowthus adducit locus e Charadini notis Mss. ad h. l.: *Grande marque de respect en Orient, de se cacher les pieds, quand on est assis, et de baisser le visage. Quand le Souverain se montre en Chine et à Japon; chacun se jette le visage contre terre, et il n'est pas permis, de regarder le Roi.*

3. (קרא זה אל זה) Alternis choris canebant; ita vt primus chorus inciperet קרוש, alter responderet קרוש, vterque chorus

chorus dein simul caneret קרוּר, et reliqua verba, quae in hoc vs. sequuntur. Cuiusmodi ἀντιφωνίας antiquissimis iam temporibus vsitatae fuisse, patet ex Exod. XV, 20. 21. Ps. CXXXVI, 1. 1 Sam. XVIII, 5. Confer LOWTHVM de sacra poesi Hebraeor. Prael. XV. p. 361 seq. edit. Goetting. secundae. Ceterum, quod dicitur, clamasse זה אל זה hunc ad illum, quosdam in hanc induxit sententiam, duos tantummodo Seraphos esse intelligendos; male. Notum enim est, locutiones synonymas איש רעהו, איש אחת, אחת ואחת, זה זה, aequae de pluribus, ac de duobus vsurpari; vid. Exod. XIV, 20. XXXVI, 10. Ies. XIX, 18. Ierem. XLVI, 16. קרוּר, venerabilis, omni cultu prosequendus, vt Hof. XI, 9. Iesai. XLIII, 4. Vid. quae de hac voce docte et solide disputant ZACHARIAE *Bibl. Theol.* T. I. p. 240 seq. P. II. praefat.; DOEDERLEIN *Institt. Theol. Christ.* P. I. pag. 278. 279. edit. quart.; HYFNAGEL *Handb. der bibl. Theol.* P. I. pag. 321 seq. (מלא כל הארץ כבוד) In hoc inciso vox gloria accipi potest vel vt subiectum, vel vt praedicatum. Si vt praedicatum, sensus erit: *quicquid implet terram, est gloria eius, siue, facit ad gloriam eius.* Ita Piscator: *omnia creata, quae sunt in terra, testantur, ostendunt, Deum esse dignum omni gloria et laude. In iis enim relucet gloria omnipotentiae et virtutis Dei.* DE DIEB: *quicquid in tota terra est, quicquid vsquam terrarum reperitur, est ipsius gloria.* Sic saepe מלא sumi solet, quando cum הארץ, aut alio simili nomine coniungitur, vt Ps. XXIV, 1. *Domini est terra וְכֹל צֶמְחָהּ et plenitudo eius, i. e. quicquid in ea est.* Num. XXII, 18. *Si dederis mihi Balacus מלא ביתי כסף quantum capere domus eius possit argenti.* Cui interpretationi Kimchius quoque fauet: *vult dicere, animantia, germina, et similia omnia esse eius gloriam, quia ipse omnia creauit, et omnium horum causa celebraturae illum sunt creaturae intelligentes.* Si vero כבוד accipias vt subiectum, sententia erit haec: *gloria Dei est plenitudo totius terrae, h. e. implet totam terram.* Ita veteres omnes. Tunc כבוד hic idem erit, quod תְּהִלָּה, laus,

vt Hab. III, 3. מְלֵאָה מְלֵאָה הָאֲרֶץ. *lande eius plena est terra*. Eodem significato כבוד occurrit in locis parallelis, Num. XIV, 21. Pl. LXXII, 19. Quidquid sumas, non opus est, cum Michaele, quem et Henslerus sequitur, pro מְלֵאָה legere מְלֵאָה. Sensus semper idem manet: „In cunctis orbis terrarum regionibus maiestas Iehouae celebretur! Dignissimus est, cuius fama ab omnibus terrae incolis divulgetur!“

4. אמרת הסיפים varie reddunt. Veterum plerique: *superliminaria postium*. Verum neutrum horum vocabulorum hac significatione occurrit nec in lingua Hebraea, nec in ceteris Orientalibus linguis. Alii אמרת vertunt *cubitos*, sub quibus *postes* intelligunt, quod *anguli*, *postes cum limine et cum superliminaribus coniungentes*, habeant *cubiti* speciem. Michaelis אמרת הסיפים vertit *superliminaria* (propt. *summitates liminum*), *Oberschwellen*, quod Orientales omne

summum rei *matrem* dicere soleant; e. g. ^עאִם אֲרָס, *vertex capitis et montis*, ^אאִם אֲרָס, *vexillum hastae, cet.*

Equidem verto: *bases liminum*, quod sententiam fortiorem reddit haud dubie. Nempe אָמַר ego confero h. l. cum Arab.

^עאִם, *radix, principium rei*, qua significatione vox nostra apud Talmudicos quoque occurrit; e. c. *Berach.* fol. 18, 2. occurrunt אמרת הרחיים *bases lapidum molarium*. ספיים vero esse *limina*, patet ex usu linguae tam Syriacae, ubi ^עאִם *limen* est, quam Hebraicae; vid. Ezech. XL, 6. (סָה הַשַּׁעַר, *limen portae*), XLIII, 8. (בָּהֶם בָּעַם אֶת-סָפִי), *cum constituerunt limen suum iuxta limen meum*), 1 Chron. IX, 19. 22. Koppius contendit ספיים esse *columnas ante palatium*, et hinc *atrium ipsum, columnis ornatum*, confer. Syr.

^עאִם, quod praeter alia etiam *vestibulum* notat. Verum hanc significationem vox Syriaca procul dubio a primaria, *limen*,

limen, accepit. *Columnae* significatio a Koppio plane precario adsumta est. Verbum ינער hic conuenit nomini posteriori recto, cum deberet priori regenti, de quo Hebraicae linguae idiotismo vid. Schol. supra ad Cap. II, 11. (הקירא) *Clamantis* cuiusque Seraphi, vl. 3. (והבירה ימלא עשן) Interpretes nonnulli illud, quod limina tremebant et palatium fumo implebatur, signum irae diuinae in populum Israeliticum (vl. 9.) existimant. Elegantior est Doederleini obseruatio: „vtrumque Numinis praesentis et annuentis symbolum; *alterum* ex profanis scriptoribus haud ignotum, iuxta illud VIRGILII *Aeneid.* VI, 255.

— — iuga coepta moueri

Aduentante Dea — — ;

alterum ex historia sacra petatum, 1 Regg. VIII, 10. “ Nisi fortasse potius fumus ex suffitu seu thure fit intelligendus; quod inde maxime probabile est, quod vl. 6. altaris mentio fit.

5. (כדמיתי) *Perii*, *pereundum mihi est!* a דמה, denominativum a דם, *sanguis*, vnde propr. *sanguinem effundere* (vt Arabes a דם faciunt دسمي, *sanguinem emisit*, et

دسمي, *vulnerauit*); deinde latius sumtum pro *perire*, *occurdi*, vt Zeph. I, 11. Ierem. VI, 2. Hof. IV, 5. Vates vitam suam periclitari putat, quod Deum conspexerit, ex communi populorum persuasione; vid. Exod. XXIV, 10. 11. Iud. VI, 22., XIII, 23. Add. FABRI not. 44. ad HARMARI *Observatt. super Orient.* T II. p. 96. Verum interpretes antiqui magno consensu (Chaldaeo et Saadia excepto) habent:

quia tacui. Sic Vulgatus, Symmachus, Syrus (למאן אפס, propr. *quia stupens sum*); sic et intelligendi Alexandrini, ετι κατανοησιμου, *quod soporatus te tanquam stupidus filii*; solent autem illud ponere pro Hebraico דמם, e. c. infra XLVIII, 5. Levit. X, 3. Pl. IV, 5. XXIX, 15. XXXIV, 19. Legerunt itaque hi cum ceteris antiquis interpretibus haud

dubie verbum nostrum h. l. defectiue scriptum, נִרְמַחִי (quomodo quoque in codd. Mss. viginti octo, et in quinque libris impressis inuenitur), idque extulerunt נִרְמַחִי, *tacui*, אֶרְמַחִי, *silui*. Praefert hoc MICHAELIS in *Biblioth. Orient.* P. X. p. 218. 219. XIV, p. 116. XVIII. p. 78. *Supplement.* P. II. p. 499., ita vt sententia sit: *vae mihi, cui has inter festas acclamaciones tacendum est, cui non licet, superiorum vocibus vocem miscere. Impurus enim sum labiis.* Non vereri vatem, ne poenas silentii repentina morte det: sed dolere, sibi silendum esse. Mihi tamen lectio et interpretatio vulgaris praeferranda videtur, tam quod ex ea הִרִי aptius positum est; quam ob ea, quae sub fin. vs. nostri legimus, *vidi Deum exercituum.* Nec, quod ad istam lectionem et interpretationem commendandam addit Michaelis, nisi de silentio haec verba intelligerentur, rationem vllam reddi posse, cur vates *labiis* se pollutum dicat, nec potius siue simpliciter *impurum*, siue, quod vsitatus, *impurum manibus*: nec id, inquam, me mouet, vt interpretationem vulgarem relinquam. Non est argutandum in poeta. *Labiorum immunditiae* poerice exprimitur humanae naturae indignitas et vitiositas; vnde quoque vniuersus *populus Israeliticus pollutus labiis* dicitur.

6. רִצְפָה non est *pruna*, vt reddere solent, sed *lapis ignitus* et *candefactus*, qui Arabice iisdem litteris et vocalibus رِضْفَة dicitur. Huiusmodi lapidum apud Arabes multiplex vsus est. Iis enim lac coquere, carnes ad esum assare, stigmata etiam et cauteria viuae carni imprimere et inurere solent. Vid. BOCHARTI *Hieroz.* P. I. Lib. II. Cap. XXXIV. p. 328. Videntur quoque in altari huiusmodi fuisse lapides, quorum contactu caro victimarum, quae Deo offerebantur, vel coqueretur, vel consumeretur citius. Ante אֲשֶׁר בְּמִלְקָחִים omissum est pronomen relativum אֲשֶׁר, vt saepe; e. c. Pf. XLIX, 21. נִמְשַׁל בְּפָהֶמוֹחַ נִרְמַחִי *similis est iumen-*

iumentis, quae exscinduntur); Job. III, 5. (אֶשֶׁר) אֲנִלֵּךְ בָּהּ); infra XLII, 16.

7. Lapis ignitus facer, ab altari sumtus, quidquid tetigerit, id sacrum reddere praesumitur. Igni alias quoque vis purgandi, et hinc metaphorice a peccatis expiandi tribuitur; vid. Malach. III, 2. 3. Sub עֵן et הַטָּהָה Doederlein intelligit facinus illud a propheta commissum, quod ad sancta regis adyta oculis penetraverit. Qui vero inaugurationem ad munus propheticum hoc carmine a vate descriptum existimant, ii verbis: *abiit iniquitas tua, et peccatum tuum expiatum est*, significari volunt: Iesaiam iam non amplius indignum esse visionibus diuinis. Deum velle, ut hunc tactum pro signo habeat mutati status; non hominem plebeium eum amplius esse, sed amicum nuntiumque Dei, qui ipsi dona ad munus propheticum necessaria largitus sit; atque ad illud capessendum aptum dignumque reddiderit. Rectius fortasse sub עֵן et הַטָּהָה intelliguntur omnia omnino peccata, a propheta commissa, ut sensus sit: nunc tibi remissa sunt peccata. Deus te, peccatorem, absoluit, et fauore suo completur. Bono igitur sis animo. Haec interpretatio contextui optime conuenit; nam statim, vl. 8., propheta fretus diuino fauore, se paratum esse ad munus legati suscipiendum, promittit.


8. (כִּי יֵלֶךְ לְנֵר) Vocabulum לְנֵר MICHAELI *Bibl. Orient.* P. XIV. pag. 115. 116. suspectum est, quod id a veteribus non expressum est. Chaldaeus habet לְנֵר אֵל, *ad docendum*, Syrus tantummodo לְנֵר. Alexandrini: *ὡς λαὸν παροῦ*, quasi legissent לְנֵר, siue לְנֵר, *quis iis*, i. e. in huius populi commodum, *ibit*? Quod rectum videtur Michaeli, qui addit, in codd. nonnullis ם cum נֵר facile permutari posse ob ductuum similitudinem; cuius permutationis exempla ex cod. Castellano adducit in *Bibl. Orient.* P. I. p. 251. Verum interpres graecus oculo aberrasse videtur in vl. seq., ubi expresse legitur לְנֵר הַזֶּה. Nec ex eo, quod Syrus et Chal-

daeus illud לֹא לֵבִי non expressit, sequitur, id non genuinum esse. Retinebimus igitur lectionem vulgarem, cum nulla causa idonea sit, cur eam damnemus. Loquitur Deus vel in plurali maiestatico; vel in suo et Seraphorum nomine. Indignum id Deo Michaelis cenlet. Equidem vero hic nihil video, quid Deo indignum sit. Toto enim hoc viso cum Deus sistatur vt rex, omnesque illius imagines desumptae sint ab aula regia; hoc. vi. Iehoua a vate mihi aptissime describi videtur instar regis, e solio consiliarios suos interrogantis de eo, quem missurus esset ad Iudaeos, vt mandata ad eos ferret.

9. (לֵךְ אֲמַרְח רֹגֵר) Praedic hęc populo futuram caecitatem et obstinationem. Sunt autem imperatiui pro futuris; quod maxime vſitatum est prophetis; e. c. infra VIII, 10. אֲמַרְח רֹגֵר אֲמַרְח רֹגֵר אֲמַרְח רֹגֵר וְלֹא יִקְרָם, i. e. *consilia inite, sed di. oluentur; decernite rem, sed irrita erit.* Add. infra XXIX, 9. XXXVII, 30. LIV, 1. Hinc in futuro recte verterunt hic Alexandrini (iuxta quorum versionem haec eadem verba adducit Christus Matth. XIII, 14., et Paulus Act. XVIII, 26.) ἀκούσθε ἀκούσθε καὶ ἂ μὴ συνήτε, καὶ βλέποντες βλέψετε, καὶ ἂ μὴ ἰδῆτε. Ceterum prouerbiales hae locutiones sunt, referente Demosthene, *contra Aristogiz. I.* sub fin. ἄσε το τῆς παρομιμίας, ὄραντας μὴ ὄραι, καὶ ἀκούοντας μὴ ἀκούαι.

10. Vates hic *indurare* iubetur animum Iudaeorum, h. e. *praenunciare*, quod Deus illum *induraturus*, siue permissurus sit, vt induretur (conf. not. ad Exod. IV, 21.), istosque homines, quorum aures nullis monitis pateant, surditati suae et poenis imminentibus relicturus sit. Saepe vero prophetae *facere* dicuntur, *quae fore praenunciant*, vt *extirpare, perdere, occidere*, pro *exitii denunciatione* (Ierem. I, 10. coll. 9., et XXXI, 28. Hof. VI, 5. Ezech. XLIII, 3.); *impertiri alicui aliquid* (Genes. XXVII, 37.) pro *diuini muneris praedictione* (vi. 28.), positum est. Plura exempla collecta inuenies apud GLASSIVM *Phil. S. L. I.* Tract. III. Can. XV.

XV. p 216. edit. Dath. (השמן לב העם הזה) Homines, quorum *cor pingue est*, iidem sunt haud dubie, quos Latini simili metaphora *pingues, hebetes ingenio* appellant. Psalm. CXIX, 70. טַבַּשׁ פֶּחָלֶב לְבָם, *aruina velut obductum est cor eorum*, i. e. omni sensu et intelligentia carent. (הכבר) Velut mole aliqua obtura, sordibus aut re aliqua imple, ne possint exaudire. השע est a rad. שוע, quae conuenit cum

Syr. , *oblinere, obducere*. Ante ישמע, יבין, et reliqua verba repetendum est פן. — Ante לבבו codd. haud pauci ב ponunt; quod correctionem redolet. (ורפא לו) scil. רַפָּא. Sensus totius versus est: adeo obtusa facta esse atque obdurata corda Iudaeorum, vt neque monita diuina, neque poenas ipsis annuntiatas amplius attenderent. Hunc sensum quoque expreslerunt Christus et Paulus II. cc.: *ἐπαχυνθη γὰρ ἡ καρδία τῶν λαῶν τούτων, καὶ τοῖς ὤσιν αὐτῶν βαρεῖς ἦκασαν, καὶ τὰς ὀφθαλμοὺς ἐκαμμύσαν, μηποτε ἴδωσι τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ τοῖς ὤσιν ἀκούσωσι, καὶ τῇ καρδίᾳ συνῶσι, καὶ ἐπιστρέψωσι, καὶ ἰάσωμαι αὐτούς.* Ceterum ex eo, quod *ἰάσωμαι* posuerunt, non collegerim, eos legisse רפאתי, siue ארפא. Videntur suppleuisse רפא, quod recte de Deo, qui in hoc vs. loquitur, intellexerunt.

11. (ער מתי) *Usquequo?* scil. duratura est ista caecitas et obduratio. ער idem valet quod simplex ער אשר, *usque quo*, vt Genes. XXVIII, 14. (מאין) vid. ad Cap. V, 9. (תשאה שמומה) *Desoletur desolatione*, Hebraismus pro, *omnino sit desolata*. תאי est Arab. *strepuit, cum fragore ruit*, vid. SCHVLTEHSII *Clav. Dialect.* p. 303. et *Commentar. ad Prov.* I, 26.

12. (וררהק יהוה רבה) *Propr. et longe fecerit Iehoua homines, et magna fuerit desertio siue derelictio in medio terrae*, i. e. donec Iehoua decem tribuum incolas in regiones longinquas et remotas et longe distantes reiecerit. רבה de *longo tempore* hic vsurpatur vt Pl. CXX, 6. עזובה hic est *nomen*, formatum ad ἀναλογία vocis מלורכה.

13. (ועוד-לבער) *Quodsi in ea (terra) adhuc superstes fuerit pars decima, siue, et decima quaedam pars (עשיריה) pro עשיריה) in ea superstes erit: rursus erit ad depascendum, siue incendendum, i. e. illa quoque pars decima exterminabitur, delebitur, interibit. ושבה והיתה לבער propr. reuertetur et erit (μελλασα) incendere siue rursus (vid. STORRII *Observatt. ad Analog. et Syntax. Hebr.* p. 325.) erit (destinata) ad το incendere, i. e. rursus deuastabitur. Notum enim est, verbo substantiuo, ad quod עתיד (paratus, hinc, futurus, vid. Deut. XXXII, 34.), aut simile quoddam adiectiuum subaudiendum est, infinitiuum cum Lamed ita saepe iungi, vt futuri vim obtineat. Conf. Genes. XV, 12. 2 Sam. XVIII, 3. Itaque sensus prioris huius membri erit: si forte in terra illa, sic desolata, aliqui adhuc, veluti decima quaedam pars, superfuerint, qui aliquando radices de nouo agere in terra, et eam implere possent, ne his quidem parsurum esse Deum; sed illos nouo quodam et iterato Dei iudicio sic esse feriendos, vt ipsi quoque illi cum ceteris, siue potius, post ceteros, interituri sint. Quae sententia cum durior nonnullis visa esset; haec verba in hunc sensum flectere studuerunt, ac si poena, quam vates vs. praeced. minatur, hic mitigaretur. Tunc per *decimam partem* intelligendi essent *pii et probi*, qui in populo superessent post primam illam calamitatem. Nec tamen hi interpretes singula verba vno modo interpretantur. Chaldaeus ita vertit: *et relinquetur in ea vnus ex decem iustis, et conuertentur, et erunt in combustionem; sicut terebinthus cet.* Quorum verborum sensus melius intelligetur ex Jarchii interpretatione: *et adhuc in ea decima quaedam eius pars) Etiam in illas reliquias vertam manum meam, veluti vna post aliam sequutura purificatione, et erunt in combustionem, vsquequo in iis non superfuerint alii, quam iusti, perfecti; qui toto corde se ad me conuertent.* Sic possit conferri locus noster cum eo Zachariae Cap. XIII, 9. vbi de *tertia parte*, post duas excilas superstite, dicitur: *et ducam tertiam illam partem in ignem, et conflagabo eos, vt con-*
*flatur**

flatur argentum. Et nostri vatis Cap. I, 25. *et conflabo ad puritatem scorias tuas.* Verum recte monet Vitringa, huic interpretationi obstare verbi בער significationem, quae in Piel est, *incendere*, vel, *depasci*; et hoc quidem frequentissime, vt supra Cap. III, 14. Non enim omne, quod *incenditur*, hoc ipso *purgatur*, sed, exceptis metallis, et rebus durioribus, *consumitur*; vnde בעיר Hebraeis est כלין, *perfecta destructio*, *καταλειτουργία*. Veluti Num. XXIV, 22. כִּי אִם יִהְיֶה לְבַעַר בְּרֶגֶל, *quin Kain erit ad eliminandum*, i. e. sede et loco suo mouebitur. — Aliter verba nostra exponit LVDON. ΒΕΒΛΕΨΩ; quamquam ipse quoque putat, haec verba addita esse eo consilio, vt poenae, quae vates vs. praeced. minatur, seueritatis aliquid adimeretur. Sumit ille verbum בער h. l. *actiue*, et hoc quidem sensu: *decima pars adhuc supererit, eaque reuertetur, nempe e captiuitate, et erit ad vrendum aut ad depascendum, nempe hostes.* Sed haec expositio violenta est et coacta, et obstat manifeste vsus vocis בער, quem probauimus ex Numerorum loco, modo excitato. Deinde satis notum est, verbum שׁוּב, coniunctum cum alio verbo finito, significare iterationem. CAPELLVS priora nostri versus verba, וְעָרַר בָּהּ עֲשִׂירָה, veluti per modum *καταλειτουργίας* legit atque ea, quae Deus dixerat de excaecatione Iudaeae gentis, sic intelligenda putat, vt excipiatur *decima* quaedam *pars*, quae sit piorum, quos Deus exemturus sit supplicio, toti genti decreto; reliquos vero de nouo tradendos esse exterminio. Sententia, si eam in se spectes non est inconcinna quidem; sed vt cum iis, quae sequuntur, cohaereat, pariter coacta. *Decima* enim illa *pars*, si ad *pios* pertineret, debebat ab aliis aliqua nota distingui; quod cum non factum sit; id, quod sequitur, *et rursus erit in depastionem*, multo facilius ad *decimam* illam *partem*, quam alio refertur. Retinendus igitur erit is, quem supra indicauimus sensus: *decimam quoque illam partem, quae superfutura esset, rursus succubiuram nouo exterminii iudicio.* Quae interpretatio confirmari videtur simili apud Ezechielem imagine, Cap. V,

I—5., vbi vates a Iehoua iubetur, pilos capitis et barbae (totum populum indicantes) radere, eosque in tres partes, varie consumendas, diuidere; partem autem exiguam inuolueri alis pallii, et ex ea, quae seruanda esse videbatur, rursus aliquos conicere in ignem, ad idem exemplum perdendos. (כאלה—מצבחה) *Qualis terebinthus aut quercus, quarum, cum deiiciuntur, stipes manet, (ita) semen sanctum stipes illius terrae.* De שלכה discrepant interpretes. Sunt, qui voce illa intelligant *aggerem* aggestum, qui a domo Salomonis in templum ferebatur, roboribus magnarum arborum suffultum, qui nomen dederit portae templi, inde dictae portae *Schallecherh* (I Chron. XXIV, 16.). Alii cum Aben-Esra fingunt, apud portam illam *Schallecherh* fuisse duas arbores robustissimas, et optime radicatatas, ad quas hic alludatur. CAPELLVS vero sub שלכה intelligendam existimat *jyluam caeduam*, siue *saltum caeduum*, magnis confutum arboribus, quae caesae repullulant identidem et novos stolones emittunt. Elegans sententia; modo probari possit. Alii שלכה habent pro *nomine participiali* (א שלכה, vnde Hiphil ה שלכה, *iacere, proicere, deiicere*), vertuntque: *in deiiectione*: quod duplicem admittit sensum, *actiuum* et *passiuum*. Si *actiue* sumas, significatur arbor, quae tempore hyemis ipsa folia sua deiicit, frondem atque ornatum demittit, et plane videtur emori ac marcescere. Ita Chaldaeus, Kimchius, Vatablus, alii. Verum ego, cum Vitringa et plerisque recentioribus, שלכה *passiue* acceperim, vt paullo ante *לבער*, ita vt arbor denotetur, quae *caesa* ferro, deiicitur atque prosternitur, vel fronde et ramis ita nudatur, vt solus stipes et truncus ei supersit; id quod fortius haud dubie est, quam prius illud; et conuenit quoque cum Pauli verbis Rom. XI, 19. מצבחה proprie est *omne firmum et stabile*; et hoc nostro contextu id, quo nititur arbor, quod est *radix, stipes*. MICHAELIS in *Supplementr. ad Lexx. Hebr.* P. V. p. 1665. vocabulum nostrum refert ad *נצב*, *statuere, plantare,*

tare, et Syriacum **לגב**, vnde **נצלב**, radix, *stemma*. מצבה vero *radicem*, hic poni cenlet pro primo germine, ex quo arbor nascitur, et quod nucleo continetur. Hinc verba אשר בשלכה מצבה במ vertit: *quarum in decidua glande est radix seu germen*. Sed שלכה esse deciduam glandem, mihi quidem non est verisimile. במ, in illis scil. est, erit, manet; numero quidem ad arborem utramque, sed genere ad אלון, nom n propius, sexusque potioris, referendum. Multi libri veteres פו במ legunt **בה**, in ea, scil. terra. Quod vero Lowthus, qui hanc interpretationem praefert, Alexandrinos et Syrum testes addit; id an recte fiat, dubito. Nam, vt recte Kocherus obseruat, αυτης apud Alexandrinos ad praecedens βλαυος, genere femineo, pronomen vero masculinum apud Syrum ad **בלום** spectat. Equidem tamen praetulerim lectionem Masorethicam, quippe difficiliorem, et sensum bonum habentem. Affixum in voce מצבה videtur referendum esse, non ad עשירה, vt nonnulli fecerunt, sed ad הארץ, quod tamen procul dubio metonymice accipiendum est de arbore, olim in illa terra plantata, quae est gens Iudaea. Chaldaeus vertit **נצבתהון**, *plantatio eorum*, quasi legisset מצבהם, quod Michaelis probat. — Metaphora desumpta est a terebinthis et quercubus, quae in loco natali vix, nisi vi plane intereunt, noua arbore, siue ex semine antiquae terebinthi sparso, siue ex radicis furculo, semper reuiescente. Sic circa Hebronem ne nunc quidem interciderunt terebinthi; vid. ad Genes. XIII, 18. Ceterum totius huius commatis sensum optime ita Doederlein expressit: paucos instantem calamitatem esse euasuros, qui tamen euasunt ex multis pauci, neutiquam tutos fore, sed repetitis exiliis obnoxios: quamquam multiplici infortunio vniuersa gens Iudaeorum non sit penitus extirpanda, quippe propter sanctas origines duratura ac perennis.

CAP. VI. 1. Anno, quo mortuus est rex Vſias, Iehoua mihi viſus eſt ſuper throno alto et elato ſedere. Laciniae chlamydis eius palatium implebant.

2. Principes ei adſtabant, ſenis alis inſtructi; binis vultum regebant, binis pedes, binis volitabant;

3. Et alternis choris canebant: Sanctus! Sanctius! Sanctus Iehoua omnipotens! gloria eius plena eſt terra!

4. Clamantium voce ima limina tremebant. Domus fumo repleta erat.

5. At ego, vae mihi! inquam, diſperco! namque profanus ore, profanaeque nationis ciuis, regem Iehouam omnipotentem praefentem vidi.

6. Tum nobilium vnus ad me aduolauit, ignitum gerens lapidem, quem forcipe de altari ſumſerat;

7. Atque ori meo eum admouens, dixit: en, hoc labiorum tuorum tactu culpa tua ſublata et crimen tuum deletum erit.

8. Deinde audiui vocem Domini, dicentis: quem mitram! quis noſter erit nuntius? en adſum, inquam, mitte me!

9. Tum ille: i nunciatum huic populo, fore ut audiant, ſed non intelligant, ut videant oculis, nec cogroſcant.

10. Cor huius populi pingue erit, aures eius graues; oculi eius obluſti erunt, ut nec videat oculis, nec auribus audiat, nec mente intelligat, nec iterum ſanatio ei obtingat.

11. Ad quae ego: quousque, Domine? Reſpondit: donec oppida ita vaſtata ſint, ut nemo ea incolat, et domus ita vaſtatae, ut nemo eas habiſet, et terra vaſta reddita ſit ſolitudo;

12. Et Iehoua homines procul remouerit, totaque terra diu sit desolata.

13. Quodsi etiam decima forsans pars in ea superfuerit; haec tamen quoque rursus eliminabitur. Sicut uero in terebintho aut quercu, quibus caesis stipes supereft; sic etiam semen sanctum erit ille stipes.

CARMEN QUINTVM.

(CAP. VII.)

A r g u m e n t u m.

*O*rditur vates a narratione eorum, quae huic vaticinio occasionem dederunt. Reges Syriae et Israelis, Rezinus et Pecachus, conspirauerant aduersus Ahasum, Iothami filium. Decrèuerant, eum de throno deturbare, eiusque loco constituere suae factionis principem aliquem, postquam regnum spoliassent. Rex Ahasus, in magnis versatus angustiis, cogitabat de rege Assyrio, in auxilium vocando, idque serio meditabatur. Rebus sic stantibus vates adit Ahasum, eiusque animum erigit vaticinio de interitu regni Israelitici, et expugnatione Syriaci, per Assyrios (4—16.). Simul autem denunciât Ahaso, quid ipse, quid posterî eius a rege Assyrio, cuius opem tunc magis, quam diuinam respiciebat, procedente tempore passuri essent. Fore enim, ut terra ab illo penitus vastaretur, et in meram solitudinem verteretur (17—25).

Aliis interpretibus, ut Vitringae et Doederleinio, hoc caput cum quinque iis, quae proxime sequuntur, vnum continuum carmen constituere videtur. Ex hac sententia hoc caput introductionem quasi continet ad ea, quae statim sequuntur, vaticinia, quibus consolationes et minas, hoc capite propositas, latius tractari a vate dicunt. Ego vero, cur hoc caput a reliquis seiungendum putem, infra ad Cap. VIII. exponam.

Quae-

Quaerunt interpretes quo tempore ea, quae huic vaticinio occasionem dederunt (vs. 1—4.), contigerint? Vbi illud quidem certum est, intra tres priorés regni Ahasi annos ea contigisse, siquidem Pecachus, rex Israeliticus, non ultra tertium Ahasi annum superstes fuit; 2 Regg. XV, 27. Verum cum ex collatione cum 2 Regg. XVI, 5., et 2 Chron. XXVIII, 5 seq. colligi possit, duas expeditiones in Iudaeam a duobus illis regibus fuisse susceptas: de eo dispiciendum est, virum ea, quae hic et 2 Regg. XVI, describitur, prior fuerit, an illa, quae 2 Chron. XXVIII. narratur. Grotius et Vsserius, Annall. p. 51., putant, expeditionem eam, cuius hic, et in libro Regum mentio fit, esse priorem, eamque incidisse in annum Ahasi primum; sed expeditionem historiae Chronicorum esse posteriorem, et factam anno Ahasi secundo. Alii contra opinantur, eam expeditionem, quae hic et in Regum libro narratur, esse posteriorem, illam vero quae in libro Chronicorum memoratur, esse primam, in qua Syri et Israelitae diuisis copiis in Iudaeam irruisse, et duabus cladibus Ahasum attriuisse videntur. Quae sententia priori praeferenda videtur, et a Vitranga his maxime rationibus confirmatur. Expeditionem regum Syriae et Israel in Iudaeam, quam liber Regum et vates noster describunt, esse posteriorem, adparet 1) ex eo, quod ad illam Ahasus et Iudaei tantopere commouebantur (vid. infra vs. 2.). Quod si vero Ahasus tunc producere potuit exercitum supra centum millia virorum fortium, nulla fuit caussa, ante euentum, in omni praelio dubium, tanti metus. Patet igitur, illum exercitum iam antea in prima expeditione, quae 2 Chron. XXVIII. describitur, fuisse casum; vid. vs. 6. cap. cit. 2) Non potuerunt hi reges consilium inire de obsidendis Hierosolymis, nisi iam antea fudissent Ahasi copias, eiusque fregissent vires, quae decedente Iothamo plane adhuc integrae erant. 3) Patet ex vs. 20. Capit. nostri, Ahasum cogitasse de auxilio regis Assyriae, quod non fecisse putandus est, nisi desperatis rebus, post magnam iam acceptam cladem.

1. *עלה* hic de expeditione bellica usurpatur, vt Ios. VIII, 1.: *tecum ducito vniuersum militarem populum, surgeque, et ascende Aium*, i. e. eam urbem obsidione cingas. Iud. I, 3. 4. *עלה* איתי בְּנִרְיָ וְנִלְחַמָּה בַּפְּנֵעֵי; 1 Regg. XV, 17. וַיַּעַל בַּעֲשָׂא מֶלֶךְ־יִשְׂרָאֵל עַל־יְהוּדָה. Eodem significatione Graeci adhibent verbum ἀναβασις, vnde ἀναβασις Κυρι, ἀναβασις Alexandri, in inscriptione librorum Aenophon-tis et Arriani, regum illorum expeditiones describentium. *עליה* propr. *ad bellum aduersus eam*; sed veniendum: *ad bellandum aduersus eam*, nomine posito pro infinitiuo, vt Deut. X, 12. לִירָאָה *ad timorem Dominum Deum tuum*, i. e. ad timendum, vt timeas: add. Iudic. XVI, 23. Vid. GLASSII *Phil. S. L. I. Tract. III. Can. XLI. p. 293.* edit. Dath. (לא יכל להלחם עליה) Propr. *non valuit pugnare aduersus eam*, h. e. non praeualuit pugnando, bellum gerendo, proeliando aduersus eam, eam non oppugnare potuit. Alexandrini et Hieronymus verbum יכל in plurali vertunt (εξ ηδυνθησαν πολιορκησαι αυτην *non valuerunt debellare eam*), quasi legissent יכלו, quomodo etiam in loco parallelo 2 Regg. XVI, 1. 2. inuenitur. Sed nulla difficultas. Verbum יכל in constructione hic conformatur ad numerum verbi *עלה*, in initio commatis. Positum vero est in singulari, quod hic respicitur maxime Rezinus, Syriae rex, qui principes in hoc bello sustinuit partes; vt ex tota hac prophetia liquet. — Possis tamen quoque hoc distributiue dictum accipere, vt sententia sit: *nec hic, nec ille, belli successum obtinuit*; veluti Genes. II, 19. *omnem bestiam agri, et omnem volucrem coeli, adduxit ad Adamum, vt videret, quod nomen inderet* לו, *ipsi*, i. e. unicuique eorum. Vid. GLASSII *Phil. S. L. I. Tract. II. Can. XVII. p. 165.* edit. Dath. — Ceterum, si ipse Iesaias hunc versum scripsit, omnino post rei gestae euentum scripsisse videtur, quocumque tempore hoc vaticinium ab ipso litteris consignatum fuerit. Vitringa vero opinatur, verba, quae hoc versu legimus, esse a scribis

scribis sacris, qui prophetias Iesaiæ ordinarunt, ex 2 Regg. XVI, 5. huc translata, et per modum *παρεθεσεως* hic inserta,

2. (נָחָה אָרַם עַל אֶפְרַיִם) Si in vocabulo נָחָה Masoretharum accentuationem sequi volumus, iuxta quam illud est מִלְעֵיִל, *Milel*, i. e. tonum in penultima habens, illud referendum erit ad נָחָה, *quiescere*, et integrum comma erit vertendum: *Syrus quiescit super Ephraïmo*. Quod tamen non vno modo accipiunt interpretes. GROTIUS: Syrus cum suis copiis confedit in terra decem tribuum, quarum princeps erat tribus Ephraïm. VITRINGA: *phrasis* נָחָה, *quiescere*, cum עַל, *super*, scripturae stylo (veluti infra XI, 1. Num. XI, 26. Pl. CXXV, 3.) significat, duas res intelligentes inter se tam arcte et proxime coniungi, vt altera alteram *obsideat*, eamque secundum *nutum* et *voluntatem suam* regat, moueat, componat; vt adeo sensus sit: Syrum regem, in hoc bello primum et viribus superiorem, se tam arcte Pecacho coniunxisse, vt ille tanquam a Syro obsessus, omni eius voluntati obsequi et secundum eius consilium et nutum se componere, paratus sit. CLERICVS: *quiescit Syria super Ephraïmo*, i. e. eo fretus, auxiliisque eius fidens Syrus, Ierosolymam adgredi ausus est. Alioquin, repugnantibus Israelitis, Syri vix poterant Ierosolymam obsidere, aut diutius obsidionem tolerantem ad deditionem perducere. Israelitarum enim agri erant interpositi Syriam inter et Iudaesim, vt notum est. — MICHAELIS vero in *Bibl. Orient.* P. XIV. p. 116—118. et in *Supplement. ad Lexx. Hebr.* P. V. pag. 1625. Masorethicis accentibus, secundum quos נָחָה a נָחָה descendit, opponit primum, נָחָה esse generis feminei, id vero non posse coniungi cum אָרַם; cum nomina populorum, quale hic אָרַם sit, Hebrais sint generis masculini: deinde non commodam esse sententiam, *Syrum*, regem potentiolem, *confidere auxiliis regis Israelitici*, imbecillioris. Hinc Michaelis accentum in voce נָחָה ex syllaba penultima in vltimam transfert, vt sit נָחָה, 3 pers. mascul. sing.

sing. praet., quod confert cum Arab. **نَحَا**, pro **نَحُو**, contendere ad aliquem, vel virum, vel locum; vnde vertit: *tendit Syrus ad Ephraimum*, castra illi coniuncturus. Verum quae Michaelis Masorethicae accentuationi opponit, non tanti mihi videntur, vt illam propterea relinquendam putauerim. Nam ad illud, quod primo loco obiicit Michaelis, **נָהָה** esse generis feminei, responderi potest, **נָהָה** esse 3 perf. masc. praet. Kal, a **נָהַח**, adiecta littera paragogica **ה**, vid. SCHROEDERI *Institt. Lingu. Hebr.* Reg. 165. a. α. κ. 2., et STORRII *Observatt. ad Analog. et Syntax. Hebr.* p. 439. Ad alteram Michaelis obiectionem vide, quae proxime antea ex Clerico adduximus.

3. שאר ישוב h. e. *reliquiae redibunt*; quod nomen filio Iesaiæ impositum erat, vt prae oculis poneret Iudaeis, quod saepius praedixit propheta, fore, vt Iudaei in captiuitatem abducerentur, sed inde in patriam solum redituras eorum reliquias. Huiusmodi nomen ominosum imponit Iesaias alteri quoque filio, Cap. VIII, 1 seq. Duxit vero propheta Sear-Iasubum secum ad Ahafum, vt eius conspectus, aut nomen eius prolatum regis cor erigeret. FABER ad HARMARI *Observatt. super Oriente.* P. I. p. 282. verba nostra vertit: *obuiam i Ahaso, tu cum reliquo discipulorum tuorum coetu.* Nempe ישוב interpretatur ille *sessionem, confessum*, scil. *discipulorum, Scholam, Gymnasium*; quam significationem ישיבה habet apud Rabbinos, qui, vt Faber addit, masculinum genus saepe mutare solent in femineum et vicissim. הַבָּנִים vero reddit: *filii tui*, et sub *filiis* intelligit *discipulos* quos propheta Cap. VIII, 18. *liberos* (הַיְלָדִים) suos (coll. vs. 16. Capit. eiusdem, לְיָדָי) vocat. Obstare tamen videtur huic interpretationi maxime illud, quod nullo modo potest probari, vocabulum ישוב apud Hebraeos *confessum, coetum* significasse; nec, si id etiam concederemus, intelligi possit, cur שאר, *reliqui*, additum sit, cum in iis, quae antecedunt, discipulorum nulla mentio fiat. (אל קצה העלם הברכה העליונה)

Ab occidente Hierosolymorum, e regione montis Zion, erat fons *Gichon*, גִּיחֹן (Regg. I, 33., 2 Parall. XXXIII, 14.), qui et *Siloah*, שִׁילֹחַ, Σιλωάμ (Ioh. IX, 7., Nehem. II, 13. 14. 5.) appellabatur. Ex hoc fonte ducti erant riuus in duas *piscinas maiores* (Hebraeis בְּרֵכֹת, coll. Arab.

بَيْتُ الْمَسْكِينِ, *piscina, conceptaculum aquae*), quarum altera dicebatur העליונה *superior*, altera התחתונה, *inferior*, cuius mentio fit infra XXII, 9. Prior illa, cui quoque בְּרֵכֹת המֶלֶךְ, *piscinae regiae*, nomen inditum erat, quod iussu Salomonis regis constructa esset, ea ipsa est, cuius hoc nostro loco mentio fit. Sita erat in extremo limite australi Hierosolymorum, seu potius montis Zionis. vbi occidentem versus flecti incipit. Vid. LIGHTFOOTI *Chorograph Ioanni praemiss.* Cap. V. §. II. III. BACHIENE *Descript. Palaeft* Vol. II. Tom. I. §. 149 sq. Quid negotii vero Ahaso illo loco fuerit? de eo dissentiunt interpretes. Multi existimant, regem huc cessisse, vt dispiceret, qua ratione aquae deducendae essent, vt muniendae vrbi contra vim oppugnantium seruirent. Verum bene huic sententiae obuertit Vitringa, fontem Siloae non potuisse tantam copiam aquae subministrare Hierosolymitanis, vt iis implerent fossam, qua vrbs ab hostibus tuta praestaretur; nec urbem a parte occiduo australi, vbi erat fons *Gichon*, eiusmodi munimento indiguisset; quippe ea parte, si muris cincta erat necessariis, per naturam satis munitam. Melius placet sententia Vitringae, Ahasum se illuc contulisse, vt videret, annon qua commoda ratione obturare posset fontem, vel aquas eius abducere in urbem, aut fossam, illi subiectam, et eius aeque ac piscinarum usum hosti adimere. Colligi id potest ex Parall. XXXII, 1. 2. 3. 4., coll. cum vs. 30., vbi multis exponitur et laudatur prudens consilium filii Ahasi, Hiskiae, qui simulac intellexerit, Sanheribum meditari obsidionem Hierosolymorum, vt hostibus adimeret commodum aquae, mox deliberauerit de fontibus, qui apud urbem erant, obturan-

dis, et aquis abducendis ab occidente muri Zionis, nec non de siccano torrente Cedrone. Narratur quoque in historia belli sacri, iis, qui Hierosolyma obsederint, magno impedimento fuisse aquae penuriam, fontibus circa urbem obturatis. Adire vero voluit vates regem in eo loco, ubi magnus satis et frequens populi concursus esse solet; qui nusquam erat celebrior et frequentior, quam apud hunc fontem, eiusque piscinas. (אל מסלה שרה כובס) *Ad viam, qua itur ad agrum fullonum*, in quo fullones siccant pannos, quos curauerunt et purgauerunt in canali ipsius lacunae superioris. מסילה non est *agger*, vt multi reddunt, sed *via publica*, א סלל, *viam parare*, Prov. XV, 19. Job. XIX, 12. XXX, 12. Vid. MICHAELIS *Supplement. ad Lexx. Hebr.* P. V. p. 1764. 1766.

4. Obseruant Hebraei, vocem הַשְׁמֵר, cum accentum habeat in vltima, non in penultima (vt passim alias, הַשְׁמֵר), significationem suam arcessere a שְׁמֵרִים, *faeces*, et vertendam esse, *confide super faeces tuas*, i. e. ne moue te, sis tranquillus, quiesce. Fauet quidem huic interpretationi, quod vox הַשְׁמֵר, significatione *cauendi*, vulgo construitur cum לְךָ, *cauc tibi*. Aptaque esset sequenti הַשְׁמֵר. Obstat vero, vocem nullo alio loco hac significatione occurrere. Conferri tamen posset locus Ieremiae, Cap. XLVIII, 11. *Tranquillus est Moab a iuuenture sua*, וְשָׁקֵט מוֹאָב אֶל-שְׁמֵרֵי וְשָׁקֵט הוּא *et quiescit ille super faeces suas*. Si vero הַשְׁמֵר in significatione vsitatiore hic redditur, sensus erit; attende nihil aliud, quam vt quiescas, vide vt quiescas; nihil moli- re in reges Syrorum et Israelitarum, sed intra muros urbis maneto. (טשני-האלה) *Torris* siue *titio*, igne ereptus, non diu seruare solet *flammam*, sed fumum ostendit, vnde intelligitur, eum fuisse in igne. Significantur igitur hac imagine reges, recentes a calidis consiliis; captis in aestu flagrantis irae, huiusque irae et aestus signa circumferentes et prodentes. Sed, quod ad consolationem Ahafi pertinebat,

nebat, *caudae tantum* siue *extremitates* erant titionum fumantium, maxima eorum parte iam absumpta, quod reges illi bello superioris anni iam exhausissent vt plurimum vires suas, et hoc tempore minus ad nocendum essent parati; ipsi quoque breui interituri. Syri enim ipsi per clades, quas ab Israelitarum regibus, et nouissime a Iaso (2 Regg. XIII, 17.), eiusque filio Ieroboamo secundo (2 Regg. XIV, 25. 28.) acceperant, variis casibus iam quodammodo erant fracti; et multo magis Ephraimitae post mortem Ieroboami secundi, quo tempore status illius regni per motus continuos domesticarum seditionum plane collapsus fuit, et terra a Phule, Assyriorum rege, sub Menahemo, iam spoliata, vt si Ahasus, qui florens regnum a patre acceperat, vir fortis fuisset, facile potuissent repelli. בן רמ'כר, i. e. Pecachus, quem non dignatur nomine regis, et sic appellat per contemptum, vt filium priuati hominis, per scelus regem factum. Lowhus וארם omittere mallet; nec expressum est ab interprete Syriaco. Pro בן רמ'כר in vno codice manuscripto legitur בן רמ'כר. — Alexandrini habent: Μη φοβη — ἀπο τῶν ζυλῶν — τῶν ὅταν γὰρ ὄργη τῆ θυμῶ γενῆται παλιν ἰασομαι, καὶ ὁ υἱὸς τῆς Αἰραμ, ὁ υἱὸς τῆς Ρομελίας, ὅτι ἐββαλευσάτο βαλῆν πονηρῶν ἀναβησομεθα κ. τ. λ. Vnde Koppius colligit, eos in Hebraeo legisse: בחרי אף ארפא ובן ארם ובן רמ'כר יען כי יעצר עלִיך רעה לאמר רג'.

6. נקציה varie reddunt. Mire Alexandrini: καὶ συλλαθησαντες αὐτοῖς, quasi legisent נקצנה, nam Arab. قَص est *confabulari*. An potius ad significationem Arab. قَبَض, *conciliare*, respexerunt? Vulgatus ex significatione verbi קָצַה, quae est *enigilare*, vertit: *juscitemus eam*. Abarbenel post Abendanaim coniecit, נקצנה formatum esse a קצין, et significare, *subiiciamus eam imperio nostro*. Vitringa in Commentario, et in *Observatt. SS. L. 1 Dissertat. III. Cap. III.* vertit: *accidamus eam*, scil. terram Iudae, i. e. avulsis ab ea regionibus, cuique nostrum commodis, eam

inter nos diuidamus. Rectius haud dubie multi alii interpretes ex altera verbi קרץ significatione, reddunt: *taedio afficiamus eam*. Obseruat enim SCHVLTENSIVS in *Animadvers. Philologg.* ad h. l., *taedio afficere urbem* stylo Orientis esse, *eam obsidione premere*. Sic Arabibus verbum ضجر, *taedio affici*, vnde ضجرت, *aegritudo ex taedio*, in tertia Coniug. vbi transitivam recipit vim, saepissime *obsidione premere* notat. *Hist. Tamerlan.* pag. 133. *Cum Timur ad Multan pervenit, ei se opposuit Barnik-Chan* فاغلام ياحاجرها واعد يصابجرها, *quare obsidione eandem taedio affecit*. Plura exempla vid. apud Schultensium ipsum. Affixum femininum in כקיצנה itaque respiciet ad (עיר) *urbem Hierosolymorum*, Iudaeae metropolin. Satis notum enim est, Hebraeos non tam accuratos esse in loquendo; ita vt haud raro nomen substantivum, quod respicitur, ex mera contextus observatione supplendum sit. Quis fuerit *Tabal* iste, cuius hic mentio fit, non dici potest, tacente de eo historia. Videtur fuisse vnus ex iis, qui contra domum David conspirauerant, infra VIII, 12.

7. לא הקום non *stabit* scil. *consilium*, quod supplendum ex verbo יעץ, *consuluit malum*, vl. 5.; vt infra VIII, 10. XIV, 24.

8. Vid. Excurf. ad h. l.

9. (ראש-רמל יהו) Vid. Excurf. לא-האמנו Hic iterum admodum variant interpretes. Alexandrini vertunt: *ἐὰν μὴ πισεύσητε, εἰ μὴ στυγήτε, si non credideritis, non intelligatis*, quasi legissent: לא חבינו. Sed fortasse, cum haec sine punctis legissent, vocem posteriorem non acceperunt in forma Niphal, sed cum voce האמינו confuderunt, et vt sensum commodum efficerent, vocem posteriorem interpretati sunt de *intelligentia et sapientia*. — Kimchius, quem Vatablus et Pagninus securi sunt, ita interpretatur: *si non credatis*

datis verbis meis, id fit, quia non estis stabiles, siue firmi scilicet in vera religione. Verum hoc suppletur sine idonea ratione. Aben-Esra verba elliptice accipienda putat hoc sensu, *si non credatis mihi*, petite signum: *non est enim in vobis vera fides*; non facile sine signo credetis. Rationem huius interpretationis petit ex iis, quae sequuntur; sed nimis quaesitum videtur. VITRINGA in *Observatt. SS.* l. c. vertit: *certe non creditis, quia non estis confirmati*, siue, fiducia in Deum, siue quod praesentem reipublicae statum videatis nutare, nec satis esse firmum, ad ullam de eo spem solidam animo concipiendam. Sed in Commentario ad h. l. idem ille Vitringa vulgarem praefert interpretationem, *si non credatis*, siue *fidem habeatis* his, quae dico, *non confirmabimini*, h. e. status rerum vestrarum *non confirmabitur*. Nempe Iudaei et eorum rex, Ahasus, trepidantes ad famam nouae expeditionis bellicae binorum regum taciti respiciebant opem regis Assyriae et prophetae promissa frigide excipiebant. Id bene perspiciens vates, addit: *si non credatis verbis meis, nec fiduciam ponatis in Deo*; asseuero vobis, rerum vestrarum statum numquam firmum fore et stabilem. כִּי ex hac interpretatione esset particula assertiua, *certe, omnino, vere*, vt 1 Sam. XIV, 39., Hof. VII, 6., VIII, 6. Conuenit haec interpretatio per omnia orationi regis Iosaphati ad Iudaeos, et inde huc translata videtur. Legitur illa 2 Parall. XX, 20. 21.: *credite (הִאֲמִינִי) in Iehoua Deo vestro* (h. e. fiduciam ponite in Iehoua, quae vis est כִּי חַסְדֵּי הָאֱלֹהִים); *et confirmabimini*; *credite prophetis eius*, fiduciam ponite in illorum verbis, et prospere res vestras gerite. Vtrobique est elegans Hebraeis Iusus paronoz; masticus inter האֲמִינִי et האֲמִינִי. Euentus omnia comprobauit. Syri quidem et Ephraimitae, suis posthac inclusi limitibus, Iudaeae non magnopere nocuerunt; quin vtriusque populi respublica breui est excisa; sed Assyrii, in quos Iudaei spem suam posuerant, ipsos quoque illos et Ahasum regem afflixerunt, spoliarunt, vexarunt, vt docet historia

2 Parall. XXVIII, 20. 21. — Digna quoque, quæ hic notetur, est PFEIFFERI huius commatis interpretatio in *Dubiis Vexatis* Cent. IV. p. 675. Vertit ille verba nostra: *annon creditis, nisi confirmemini?* Quam interpretationem vindicat 1) *e natura vocum.* אָן accipi quandoque *interrogatiue*, notum est, vt Iud. IX, 2.; nec minus illud, אָן significare, *confirmari in veritate.* 2) Sentus hinc exiitit planus et facilis: *annon crederis*, scil. hætenus dictis, *nisi confirmemini*, scil. aliquo signo? 3) Bene congruunt ea quæ antecedunt et sequuntur: Vid-bat vates Ahasum perstare in sua trepidatione, de qua vl. 2., a qua ipsum dehortatur vl. 4., et causæ trepidationis, descriptæ vl. 5. 6., opponit diuinam promissionem vl. 7. 8. 9., vbi subiicit, an adhuc nondum creditis, nec timorem exuere potestis, nisi et aliquo signo confirmemini? Itaque vers. seq. datur optio signi, et exhibetur vl. 14. — Praeferrem ego hæc interpretationem reliquis; nisi locus, nostro parallelus, 2 Parall. XX, 20. 21. me moueret, vt secundam Vitringæ interpretationem anteferrem. Quidquid sumas, neutiquam necesse quidquam in textu mutare, vt Michaelis fecit, qui pro אָן legi mallet אָן, vt hoc incisum ad verbum esset vertendum: *si non credatis!* (minitabundus hæc dicens) *nam non creditis!* i. e. praeuideo, vos non credituros esse. Quem sensum in versione germanica ita expressit: *Gottes Strafe wird euch treffen, wenn ihr nicht glaubet! denn ich sehe, ihr glaubet nicht.* Miror, hanc sententiam ab Henslero quoque in versione expressam esse.

II. אָן, *signum*, i. e. rem, ex qua manifeste cognosci poterit, Deum, quæ loquebatur, et locutum esse, et ea re vera facere decreuisse. Quando post sermonem res fit, id signum est, Deum esse locutum et rem decreuisse facere. Id voce אָן significari, apparet ex locis Exod. III, 12. 1 Sam. II, 34. 2 Regg. XIX, 29. אָן לטענה (העמק) Dissentiunt interpretes in hoc commate de voce אָן. Haud pauci eorum

rum illam pro *infinitivo* habent cum ה paragogico, patach, ob accentum praesentem, in Kamez producto, vt in שָׁמַעְתָּ, *audire* (Dan. IX, 19.), בִּלְחָה, *condonare* (ibid.). Quo assumpto haec verba vertenda erunt: *demitte te petendo, aut eleua te sursum*, scil. petendo; i. e. *pete ex profundo vel ex sublimi*. Et hunc sensum expressit Chaldaeus: *pete, vt tibi fiat signum super terram* (על ארעא), *aut videatur tibi signum in coelis* (בשמיא). Nec non Saadias: *pete signum a Deo, domino tuo, siue demittas petitionem tuam* (אִלָּא אֶתְּ מִשְׁאֵלֶיךָ), *siue eam sursum offeras*. Alii vero שָׁמַעְתָּ idem valere existimant quod שְׁמַעְתָּ, *infernum usque, ad inferos*. Ita vocem illam intellexerunt Aquile, Symmachus et Theodotion, vertentes: βαθυτον εις αδου, et Hieronymus; *in profundum inferni*. Quam interpretationem et ego, cum Michaele, Lowtho, aliisque recentioribus praetulerim, quod ex ea טַעַמָה, *superno*, apte opponitur *orcus*.

12. (לֹא-יִהְיֶה) Ratio, cur Ahasus signum petere noluit, haud dubie erat haec, ne, fieretur, quale vellet, hoc ipso cogeretur desistere a proposito, quod fortasse iam exequi inceperat, arcessendi auxilii regis Assyrii. Post signum editum non poterat se honeste alio conuertere; sed soli Iehouae committere se debebat, nisi impius et religionis contemtor videri vellet. Obiecerit forsitan quis: haec aperte inter se pugnare, credere prophetam, a Iehoua adiutum, ostenta facere posse, qualia quis ab eo polceret; nec tamen in illo ipso Iehoua hanc fiduciam ponere, quod terram Iudaicam ab hostibus liberare possit. Verum si perpendamus, superstitionis illius temporis hominibus persuasionem inhaesisse, plures esse deos; vnum alio potentiolem; suum cuique esse regioni numen tutelare (conf. infra X, 10. 11. XXXVI, 18—20. XXXVII, 10—13.); esse quoque Deos maiores, qui in vniuersum culti omnibus profint; quibus superstitionibus et Ahalum affectum fuisse constat (2 Parail. XXVIII,

per totum); hæc, inquam, si perpendamus, duo ista iuxta se consistere non tam mirum nobis videbitur. Iam, cum Ahasus grauiſſimam ab hostibus accepisset cladem, et præterea malam secum ferret conscientiam Iehouæ a se offensi; non aulus est, se committere diuinæ fidei, non tam quod eam aspernaretur superbe, quam quod de beneuola Iehouæ in se voluntate dubitaret; vel etiam de potentia Iehouæ, aliorum deorum potentiae comparata, minus magnifice sentiret. Quæ tamen cum non aperte profiteri ausus esset, recusauit signum oblatum hoc obtentu, *se Deum tentare nolle*; respiciens legem Deut. VI, 16. Bene CLERICVS ad h. l.: „*neque tentabo Iehouam*, quasi diceret Ahasus, se signum non petiturum, quasi de Dei potentia dubitaret, eiusque experimentum capere vellet; se enim ei fidem habere. Quod aut merum fuit ludibrium, aut ars, quam adhibuerit, ne cultores Dei Israelis, difficili tempore, a se alienaret.“ — KOPPIVS quoque hæc ab Ahaso in ludibrium vatis et Iehouæ dicta putat, vt sensus esset: nolo prodigium poscere, ne, si tale, quale vellem, facere non possis, te et Deum tuum derisui exponari. In contrariam prorsus partem Ahasi orationem trahit VOGELIUS: negauit, inquit, Ahasus, se signum esse petiturum, cum eloquiis diuinis sine addito signo, quo de certitudine eorum confirmaretur, fidem habere velit. Verum si hic Ahasi verbis sensus inerat, cur vates Ahaso tam indignabundus responderit (vs. seq.), non satis percipi potest.

13. VITRINGA hunc versum reddit: *num parua vobis res est, dum fatigatis homines, etiam fatigare Deum meum?* quorum verborum sensum dicit recte a Forerio ita expressum esse: *ne parui faciatis me, et verba mea, quasi cuiusuis alterius hominis: scitote, quod, dum me fatigatis, Deo quoque meo negotia facessitis*; qui enim, Vitringa addit, *prophetas* (hos igitur sub אנשים, *hominibus*, intelligit) spernit aut delassat, is ipsum Deum delassat; qui legatum irreuerenter

ter habet, verbis eius non fidem adhibet, et consiliis eius non obtemperat, is Deo ipsi non credit, et consilia eius parvi facere censetur. *Fatigat* autem, seu *delassat*, ex Vitringae sententia, prophetas, et in ipsis Deum, is, qui illorum admonitionibus, promissis, consiliis, minis pertinaciter obnititur. DOEDERLEIN verba nostra ita exponit: *nonne satis est, hominibus molestias creare? num et Deo fas est, molestos esse? hominibus apparatu bellico et metu; Deo perfidia et querelis.* Et sic quoque plerique recentiorum haec verba intelligunt, vt Michaelis, Henslerus, Cubius, alii. Concinit fere interpretatio VOGELII, qui haec habet: „Iscias obicit h. l. Ahaso, quod non satis habeat, subditos suos perpetuo vexare, iisque molestiam creare, eum cum suis non vereri, eandem molestiam Deo quoque quasi creare. Respexit hic vates inconstantem Ahasi animum, qui scilicet iam quietus, mox iterum perturbatissimus erat, cuius inconstantiae causa Deus Ahasum de nouo confirmare, et propheta dictum regem iterum adire debebat.“ Nunc de singulis vocibus videbimus. (בית דוד) *Domus Davidis*; aderant haud dubie Ahaso principes ex familia Davidis, vt eum, honoris causa, comitarentur; cumque probare se responsum regis ostendissent, totam familiam Davidicam vates castigat. Vitringa vero existimat, vatem illa appellatione exprobare Ahaso illius facti inhonestatem, ac si diceret: quis, Ahas rex, a te cognatisque tuis, Dauide prognatis, exspectet incredulam tergiuersationem in dictis prophetarum etc. (המעט טכם) מ. l. מ. ante כם hic non significat *prae*, sed *apud*, vt sensus sit, *an parua apud vos res est*, i. e. vestro iudicio, vt Num. XXXII, 22. *et eritis innocentes.* מיהו וטישראל *apud Dominum et Israelem*, i. e. iudicio Domini et Israelis. Nam vox מעט, cum praefixo interrogatiuo, construitur quidem cum ל, vt Ios. XXII, 17. sed saepius tamen cum ט, vt Num. XVI, 9. Job. XV, 11. (כי גם חלאז אח אלהי) Verbum הלואה, vbi de corporis laboribus est sermo, recte quidem vertunt, *defatigare*; sed vbi

agitur de animi molestia, est: *taedium et molestiam creare, Deo molesti sunt, taediumque ei adeo creant*, qui neque veritatis, neque virtutis rationem ullam habent, et qui saepius licet ab eo, per prophetas, admoniti, non redeunt ad saniorum mentem.

14. Tres, qui proxime sequuntur, versus, hic ex nostro tantum sensu interpretabimur, aliis interpretationibus, ne lectorum animos earum enarratione et diiudicatione hoc loco distrahamus, in *Excursum* singularem repositis. Sensus horum versu. erit planus, si totius orationis nexum et consilium perpendemus. Promiserat vates signum, breui exiturum, ex quo Ahasus breui futuram liberationem ab hostibus, sibi tum imminentibus, posset cognoscere. Quod signum cum Ahasus petere renuisset, et hoc ipso grauem aduersus Iehouam culpam admisisset; vates Ahaso tale signum proponit, quod ipsi significaret, fore quidem, quod vates praedixisset, vt hostes Iudaeam breui relinquerent; verum haud diu post populum Iudaicum et regem calamitatibus multo grauioribus oppressum iri. Totam igitur oratio minatur magis mala et calamitates, quam laetiora promittit. (לכן) *Propterea* quod tu signum oblatum repudias, Deus ipse (הוא), i. e. sua sponte, non rogatus, signum tibi et subditis tuis exhibebit. (העלמה) *Haec virgo*, digitum intendens haud dubie ad virginem quandam, quae adstabat. (הרה) *Concipit utero*, breui viro nuptura, vt subintelligendum videtur. (וקראת) potest verti vel, *et vocabis* (oratione scil. habita ad feminam), vel, *et vocabit* scil. femina, quae concepit et peperit, quando illud וקראת ponitur pro וקראתה, quomodo Hebraei intt. possim accipiunt, et inde colligunt, referendum esse ad *pueri matrem*. Aben-Esra huc adducit exemplum constructionis similis, ex Exod. V, 16. וקראתה עמה. Sed, vt Buxtorfius in *Theaur. Grammat. Lib. I.* p. 111. recte obseruat, עם est generis masculini, atque adeo וקראת illo loco commodius nominaliter sumitur. Rectius igitur

igitur huc adfertur simile plane קָרָה ex קָרָה, cum epenthesis, Deut. XXXI, 29., vt עָשָׂאח Levit. XXV, 21. הָיָא נְבִיאָה, Pl. CXVIII, 23. (וְקָרָא שְׁמוֹ עִמָּנוּ אֵל) *Vocabit eum Immanuel*, i. e. nobiscum Deus, in memoriam auxilii divini, liberationis ab hostibus. Sensus igitur est, post nouem menses terram Iudaicam ab hostibus liberam fore.

15. (חֲמָא וְרֹבֵשׁ יֵאָכֵל) *Lacte spisso et melle nutritur*, i. e. terra tamen poitea ita vastabitur (conf. infra vs. 21. 22.), vt propter frumenti inopiam, puer ille, paullo adultior factus, lacte tantum et melle syluestri sit alendus. Id enim exprimi videtur verbis לְדַעְתּוֹ בְּכֹרֶם. Nempe לְ ante דַעְתּוֹ equidem ob vs. sequentem ventendum existimo *quando, quum*; vt Iud. XIX, 26. *Venit femina לְפָנֶיחָ הַבֶּקֶר cum aurora appeteret, appetente aurora*; 2 Sam. XVIII, 29. *magnum vidi tumultum לְשִׂילָה cum mitteret seruum regis cet.*; Num. I, 1. *anno secundo לְצֵאתָם cum egrederentur*, egressus eorum; 2 Sam. III, 2. *et angebatur Amnon לְדַת־תְּלוּחָ conficiens se morbo*, dum consistebatur morbo. Jarchius quoque nostrum לְדַעְתּוֹ interpretatur כְּשִׂירֵעַ, *quando cognouit*. מאַחַד בֵּינֵי בָרָר בְּטוֹב. His verbis plerique interpretes aetatem quam dicunt, discretionis, id vero est vigesimum circiter aetatis annum, indicari censent. Verior tamen mihi videtur sententia eorum, qui illam intelligunt aetatem, qua ratio se in infantibus puerascentibus primo certis quibusdam indiciis manifestam facit. Simile enim hic dicitur, quod mox in alio signo, Cap. VIII, 4. repetitur: *antequam nouerit puer hic (הַבֶּעֶר) clamare, pater mi, et mater mea, cet.* Conf. Deut. I, 37. et Schol. ad eum loc. Triennii fere spatium significatur. — Sensus huius versus igitur erit: vsque ad tertium circiter aetatis annum puerum illum alimentis solitis nutritum iri, i. e. tres annos terram Iudaicam ab hostilibus incursionibus et rapinis liberam fore, ita vt agri coli possint, adeoque quae solito victu uti possit; inde a tertio vero aetatis anno puerum illum lacte et melle syl-

syluestri alendum et sustentandum fore; i. e. in terra Iudæica, vastata et incolis desolata propter neglectum agrorum et vinearum cultum, tantem fore alimentorum inopiam, ut superstites in terra nihil aliud ad sustentandam vitam sint habituri, nisi lac et mel syluestre, conf. not. ad vs. 22. Vtrumque, tam bona promissa, quam mala prædicta, in iis quæ sequuntur, latius persequitur poeta; et ita quidem, ut vs. 16. id, quod promiserat, hostes breui interituros esse, repetat, deinde vero, inde a vs. 17. calamitates, Iudææ imminentes fusius describat, et variis depingat imaginibus. Neminem cum loco nostro quartam Virgilio Eclogam contulisse poenitebit; in qua melior aetas, puero aliquo nato, reditura, ita describitur, ut a puero nato exordia (18—25.); incrementa vero sua habitura sit, quando ille adoleuerit (vs. 26—36.); cumulata autem ut sit et perfecta ab omnibus partibus, ubi ille ad virilem aetatem peruenerit (vs. 37.—45.).

16. Paucos annos post præsentem hostilem inuasionem Iudæa erit pacata. Id vero poetice vates enuntiat ita: dum puer ille infans erit, priusquam sciuerit reprobare noxia, et eligere bona, vtilia, siue: priusquam fari possit (VIII, 4.), eorum ipsorum hostium, qui nunc Iudæam vexant, terra vastabitur. (תשוב—מלכיה) *Deseretur terra illa* (Syria et Ephraimitis), propter cuius duos reges aegre tibi est. Sic recte accipit hæc verba Ludovic. de Dieu, construens relativum אשר cum מלכיה, cum passim interpretes illud construunt cum verbo קץ hoc sensu: *terra, quam tu detestaris, siue fastidis, deseretur a duobus suis regibus.* Sed 1) Iudæi et rex eorum Ahasus, non tam fastidiebant terram, quam reges, illius terræ præsidēs. 2) Verbum קץ in eo sensu, quam interpretes illi expresserunt, construitur cum ב, et debuisset Hebraice dici, באשר אהה קץ, *in qua tu nauseas, cuius causa tu taedio afficeris;* contra vero קץ construitur cum מפני, ut Num. XXII, 3. ויקץ מראב מפני בני ישראל.

et aegre erat Moabo propter Israelitas. Terra itaque, quae deferenda dicitur, est Ephraimitis et Syria: duo reges terrae, propter quos aegre erat Ahas et Iudaeis, Rezin et Pe-cachus. Possis quoque cum Schultensio, l. c. reddere: *derelinquetur terra, cuius a duo regibus tu taedio afficeris*, i. e. obsidione premeris vt קָרַע eodem sensu sumatur, quo supra vl. 6. הָעוֹב , *deseretur*, i. e. incolis suis nudabitur, spoliabitur et opibus exhaurietur vt supra VI, 12. $\text{וְרַבְּהָ הָעוֹבָה}$ וּבְקֶרֶב הָאָרֶץ; add. XXVII, 10. LXII, 12.

17. Mox vero in Iudaeam quoque hostiles exercitus irrumpent. Ante יָבִיא deest particula aduersatiua, quae saepe per ו exprimi solet; et ab Alexandrinis suppletur. Elegans vero mihi videtur Vitringae de hac ellipsi obseruatio; prophetam, cum huc vsque perduxisset orationem, eam ad breue suspendisse, quippe qui aegre, vt videbatur, et veluti nolens eo veniebat, vt regi dura et aduersa nuntiaret; rumpentem tamen illum breuis silentii moram, sic continuasse orationem, vt hic legimus. Similis ellipseos exemplum est Cap. I, 3. *Bos cognoscit possessorem suum, et asinus praesepe domini sui; (sed) Israel nil intelligit.* יָבִיא עוֹרֵךְ Metaphora desumpta videtur ab aquis, eos, quibus superueniunt, obruentibus, vt patet ex Ios. XXIV, 7. vbi Iosua in oratione sua meminit Aegyptiorum, obrutorum aquis sinus Arabici: $\text{וַיִּגְבַּא עָלֵינוּ אֲחֵרֵיָם}$, et fecit (Deus) vt iis (Aegyptiis) vi praeualente occurreret mare, et regeret eos: et ipsa haec metaphora de eodem hoc subiecto ita exponitur Cap. VIII, 7. et Ierem. XLVII, 2. Sub rege Assyrio nec *Senacheribus*, nec *Nebucadnezar*, sed *Tiglath-Pileser*, intelligendus videtur, qui ab Ahaso in auxilium vocatus, eum liberauit quidem a Syris et Israelitis, deinde vero eum ipsum quoque affixit et tributa ab eo exegit, 2 Chron. XXVIII, 20. Tria vltima versus nostri verba veteres incite transtulerunt, quare Hubigantius, Lowthus, Seckerus, Cubius illa plane omittenda censent, tanquam spuria.

Spuria. Verum unanimi testium consensu testio confirmatur sensumque verba exhibent bonum, si ea referas ad יבִיָּא, hoc sensu: *regem*, inquam, *Assyrium*; quando vel ellipsi est in hac phrasi, ut per *regem Assyriae* intelligantur tempora regis Assyriae, Iudaeos afflicturni; vel *synecdochen* statuenda in voce *dies*, ut notet *calamitatem*, quae in dies illos incidet, et *calamitatis auctores*.

18. (יִשְׂרָאֵל מְצָרִים) Vates, excelsiori quasi phantasiae sensu abreptus, ism non persistit in calamitatibus et cladibus, proxime instantibus; sed ulterius procedit. Tempora longinqua, late patente, tanquam ex alto iugo, prospectu, oculis eius subiiciuntur. Videt Iudaeam ab hostibus barbaris, Aegyptiis et Assyriis consumptam et vastatam. בְּיוֹם הָהוּא: *Post tempus illud*, tempore futuro, ut supra IV, 2. infra X, 20. XIX, 18. 19. XXVIII, 4. Hof. II, 15. De יִשְׂרָאֵל vid. ad Cap. V, 26. יִשְׂרָאֵל מְצָרִים recte Hieronymus *septem diuisiones Nili* interpretatur. Nempe ubi Nilus, in septem brachia diuisus, mare Mediterraneum influit (בְּקֶצֶר), stagna et paludes magnae sunt, in quibus innumera muscarum genera gignuntur. Vid. ARVIOSI *Itin.* P. I. pag. 173. Cum iis apte conferri hostiles exercitus, tum ob multitudinem, tum ob grauia incommoda, sponte quisque intelliget. Videntur iam tum Assyriis inimicitiae fuisse cum Aegyptiis. Qui populi si bella inter se gerebant, Iudaeam quoque intermediam vexari ab hostibus et assiligi necesse erat. Euenit, quod vates praelagiebat, primum sub Hiskia, 2 Regg. XVIII, 17. coll. infra X, 24.; deinde sub eius pronepote, Iosia, 2 Regg. XXIV. 2 Chron. XXXVI. Similem ceterum imaginem legimus apud *Murelammem*, Poetam Arabicum, inuasionem et vastationem hostium describentem, in MICHAELIS *Chrestomath. Arab.* p. 117.

وَدَاكِ أَوَانِ الْعَرِصِ جَنَّ ذِبَابَةٍ
 زُنَابِيَةٍ رِيَّةٍ وَالْأَنْزِيفِ الْمَسْمُوسِ

Atque nunc in confita valle perfurit eius musca,
 Bombantes apes, et caeruleus pabulator.

19. (בכחלי הבחרה) Hieronymus male, in torrentibus vallium, nam בחרה non sunt valles. Alexandrini rectius ἐν τοῖς ποταμοῖς τῆς χώρας, in vallibus regionis, sed praeterierunt simul illud בחרה. CAPELLVS: in vallibus domorum, h. e. in vallibus habitatis, in quibus exstructae sunt domus. Simile quid haud dubie respexit Chaldaeus, qui vertit, ברחובי קרוי, in plateis ciuitatum. Sed ברה, vbi domum significat, numero plurali effertur ברהם non ברה; et est praeterea insolens locutio, valles domuum. Syrus:

בְּרַחְבֵּי קְרוּיָא (male enim in Polyglott. scriptum est

בְּרַחְבֵּי), Hebraicum ברה pro nomine proprio habens. Michaelis hic quoque, vt supra Cap. V, 6., ברה legere mallet, ita vt כחלי הבחרה sint valles, in quibus greges pernoctant, in his enim maximam muscarum copiam esse solere. Verum dubito, hanc versionem et obseruationem huic loco

fatis aptam esse. Koppius conf. Arab. بِنَاءٌ, terra plana, mollis; vt valles depressae, irriguae, pingues oppositae sint rupibus asperis et filuosis; et valles et rupes poetice positae sint pro tota terra Iudaica. Verum huic interpretationi obstat primum, quod بِنَاءٌ non bene conferri potest cum voce Hebraica, quae litteram ה habet. Deinde, quod significatio terrae planae et mollis neutiquam conuenit loco supra Cap. V, 6. Nullam perspicio rationem, cur eam, quam vox nostra illic habet, significationem, hic repudiemus? Vertemus itaque: torrentes desolatorum, vel desertorum locorum,

corum, vt Saadias quoque: ^{15 100} فِي أَوْدِيَةِ الْبَايْدَةِ, *in torrentibus deserti*: Bene ad experimendam vocis נהל significationem adhibuit Arab. وادي, conf. not. ad Exod. XVII, 1. Scio, huic interpretationi a Koppio opponi, ea adsumta terram iam ante hostium irruptionem describi vastatam et desertam. Verum ego in poeta orientali tantum ἀγριβαρ non quaerendam censeo. נקיף (בנקיף הסלעים) nomen est soli linguae Hebraeae peculiare, nec quidquam lucis ex fororiis dialectis accipiens. Vbiq̄ue cum סלע coniungitur, atque vix dūbium, quin נקיף סלעים, sint *fissurae petrarum*; conf. Ierem. XIII, 4. XVI, 16. Saadias:

كهوف الصخر cavernas petrarum. נעצר referen-

dum est ad Arab. نعض, *arbor spinosa, silvestris, species sidrae*; vid. CELSI *Hicrobotan.* P. II. p. 189. נעצר vero non tam plantam illam ipsam, quam potius locum, vbi ea frequens est, videtur indicare. Ita Chaldaeus quoque reddidit: מְרֻבְּרֵי בְּעֶצְרַיָּא, *deserta in quibus progerminant spinæ.*

Et Saadias: فِي مَا بَيْنَ الْأَشْجَرِ, *in omne quod inter spinas.* De נהללים discrepant interpretes. Multi eorum, inter quos Vitringa quoque, *laudatas arbores* significari putant, a verbo הלל. Sic Chaldaeus: *domus laudis.* Alii ab eadem quidem radice deducunt, sed quatenus *spretus fuit* significat, vnde *viles arbores*, aut *dumeta* vertunt. Ita plerique Rabbīnorum. Huc et referendus haud dubie Saadias, qui

יִנְבֹּוֹת ³⁰¹ posuit pro נהללים, quod vocabulum notat *filiquam Nabathaeam, spinosae filiquae genus.* Alii malunt *flores splendidos, quibus apes insidere amant*, quod הלל splendere valeat. Nonnulli a radice נהל verterunt *ductus viarum.* Minus commode. Rectum mihi vidisse videtur SCHULTENSIS, qui in *Orig. Hebr.* Lib. I. Cap. VII. §. XI. pag. 110.

נהללים

נהלרים reddit loca aquis irrigua, laeta, fontibus perennia, eadem, qua praecedens נעצרו, forma, a נהל ductum, quod Arabibus est, *aquatium ducere, pascere*, vnde *أقوات*, *aquatium in pascuis locus*. Aptā sic oppositio ad נעצרוים, *fenticeta, spineta*, quae in aridis esse solent desertis: apta et inter vespas et muscas distributio, illae sua habitacula ex ramis arborum et spinarum suspendunt; hae irrigua, siue adeo palustria amant. Pro נהלרים, quod hic legimus, חללים legisse, et ad חלל, *perforavit*, retulisse videntur Alexandrini, *εγχιδα, fissuram, Vulgatus; foramina, Syrus, חללים*, *specus excavatas*, vertentes: quod praefert Hubigantus. In nullo tamen codice hucusque consulto vox nostra per Chet scripta inuenta est. Vnde MICHAELIS in *Supplementi. ad Lexx. Hebrv.* P. V. p. 1606. suspicatur, interpretes illos, cum ignorassent, quid נהלר esset, vocabulum ignotum alliteratione interpretatos esse, ה pro ח positum existimantes. KOCHERVS vero in *Vindic.* p. 60. opinatur, interpretes illos vocabulum nostrum deriuasse ab חלה *splenduit*, idque intellexisse de locis in terra, qui diem non excludant, luceque benigna fruuntur; quemadmodum חללים, *cauum, specum*, ab חלה, *lucere*, ductum existiment.— Ceterum cum duobus his versibus conferre HOMERVM iuua-bit, qui *Iliad.* B. 87 seq. pari similitudine vtitur.

Ἦντε ἔθνεα εἰσι μελισσῶν ἀδινῶν
 Πέτρης ἐκ γλαφύρης αἰὲν ἔρχομενῶν,
 Βοτρυδὸν τε πέτοισι ἐπ' ἀνθεσὶν κερυνοῖσιν,
 Αἰ μὲν τ' ἐνθα ἀλὶς πέπονηκται, αἰ δὲ τε ἐνθα
 Ὡς τῶν ἔθνεα πολλὰ νῆων ἄπο καὶ κλισιάων
 Ἥϊονος προπαρῆϊτε βαθυῆς ἐπιχρῶντο
 Ἴλαδον εἰς ἀγορῆν.

Sicut gentes eunt apum confertarum, e petra caua semper re-cens venientium, in modum autem racemi volant super floribus vernis et aliae hac adfatim volant, aliae illac; sic horum gen-

tes multae a nauibus et tentoriis ante littus profundum ordine procedebant et turmatim in concionem.

20. Sunt, qui hunc versum intelligant de calamitatibus et cladibus, quas Deus immissurus esset in Assyrios, vel per *angelum vindicem*, qui vna nocte in exercitu regis Assyrii caecidit centum et octoginta quinque fortium virorum millia, 2 Regg. XIX, 35.; vel per *Medos et Persas*, qui imperium Assyriorum postea subuerterunt. Hi igitur Interpretes, qui rasurae obiectum hic volunt esse *regem Assyriae*, non *Iudaeos*, hunc versum ita vertunt: *illo die abradet Dominus per nouaculam mercenariam, in transflualibus, in rege Assyriae, caput et pilos pedum.* Sic Chaldaeus, Saadias et plerique Hebraei interpretes. Rectius vero haud dubie hic versus cum recentioribus interpretibus intelligitur de Iudaeorum calamitatibus. Nam 1) in iis, quae antecesserunt, et in iis, quae sequuntur, *Iudaeorum*, non *Assyriorum* mala describuntur: 2) praefixum ב in vocibus בעברי נהר et במלך אשר longè commodius seruat eandem significationem, quam obtinet in voce בהער. In hac autem voce praefixum illud habet significationem *instrumenti*, quod *instrumentum* iudicii diuini vates mox dicit esse transfluales, et eorum ducem, regem Assyriae, vnde per modum appositionis haec verba interpretanda sunt: *per nouaculam illam mercenariam, per transfluales, inquam, per regem Assyriae.* Nunc de singulis videbimus. Primum de הער השכירה dissentiunt. Alexandrini ex lectione Cod. Alexandrini habent: ἐν τῷ ξυρῶ τῷ μεγαλῶ καὶ μεμεθυσμένῳ (quae in editionibus vulgaribus leguntur: ἐν τῷ ξυρῶ τῷ μεμεθυσμένῳ, haud dubie sumta sunt ex Aquila et Theodotione, vt bene obseruarunt Vitringa et Clericus); eodem modo et Syrus: כַּתְּבָהּ בְּכַף־יָמִין, nouacula ebria. Hi interpretes igitur videntur legisse שְׂכִירָה, cum puncto in cornu dextro. Quod placet Michaeli, qui sub *nouacula ebria* talem intelligit *nouaculam*,
quae,

quae, tanquam a manu hominis ebrii gestata, temere omnia et crudeliter abscindit. Artificiose, ex meo quidem sensu. Chaldaeus vertit בְּהַרְבָּא הַרִיפָא, *gladio acuto*; et Saadias:

النَّوْأُكُلَةُ الْمَوْسِيَّ الْحَادَّةُ *nouacula acuta*. Hi videntur legisse

שִׁכְרָא, a שָׁכַן et שִׁכְרָא *cultor*. Ex lectione vulgari

vertendum erit: *nouacula conducta*. Verum de huius dictionis sensu discrepant interpretes. Calvinus opinatur, nouaculam dici conductam, quod Deus ea liberius esset vturus, nec ei parsurus, vt, quae conducunt homines pro ratione mercedis sibi vsui esse volunt. Non satis apte. Alii haec verba ita intelligunt, *Deum magna mercede praedae Assyrios illecturum esse*. Sic cum Grotio multi interpretes, et inter recentiores Michaelis quoque. Fauet quidem huic interpretationi insignis locus apud Ezechielem, XXIX, 18. 19. quo Deus Nebucadnezari pro opera, sumta in exsequendis iudiciis suis in Tyrum, *mercedem statuit Aegyptum*. Si tamen perpendamus omnem huius prophetiae circumstantiam, et eius occasionem, manifestum erit, *nouaculam mercenariam* hic dici regem Assyrium cum respectu ad ipsum Ahasum, qui opem regis Assyrii implorabat, eumque illexit spe praedae regnorum sibi hostilium, et magna mercede tributis, ab eodem rege rigide exactis, vid. 2 Chron. XXVIII, 20. 21. Vtrumque sensum coniungit Clericus, qui haec habet: „Rex Assyriae dicitur *nouacula conducta*, quasi, vt Ahasus Tiglathpileserum magna mercede conduxerat, vt bellum Syris et Israelitis inferret; sic quoque Deus vsurus esset rege Assyriorum et Babyloniorum, quasi milite mercenario, ad deuastandam Iudaeam.“ Ceterum cum חַעַר sit *generis masculini*, recte monuit Aben-Esra, שכירָה hic esse nomen formae אֲכִילָה, vt proprie sit *nouacula conductignis* i. e. *conducta*. Hinc non est opus, vt cum MICHAELI in *Bibl. Oriental.* P. XIV. pag. 125. verba distinguamus:

בְּתַעֲרָה שְׂוִיָּה — *Euphratem* designare, quippe qui *κατὰ τὸν ἔσραχον fluvius* ab Hebraeis dicebatur, notum est. *Caput et pilos pedum*, h. e. a capite ad calcem Iudaeos abradet. Qui *pilos pedum*, שער הרגלים, de *pilis pudendorum* interpretantur, rem turpiculam de tuo prophetae admetiri videntur; nusquam enim רגלים *pudenda* significat. Videntur et illi arguari, qui sub ראש *proceres*, sub רגלים *plebem* intelligunt. Sensus potius est, fore ut Iudaeis omnia ab Assyriorum rege eriperentur, ita ut nihil reliquum iis esset futurum, metaphora e tonso ad cutem, per totum corpus, defumta. (והזקן חספה) Male nonnulli vertunt, *et ipsam quoque barbam absumet*, scil. nouacula, הער; haec vox enim est generis masculini, nec respondet חספה. Vertendum igitur, *et ipsa etiam barba absumetur*. זקן enim utroque genere usurpatur, et חספה sumitur intransitive. Ceterum haec locutio non tam ad *iaeturam bonorum* pertinere videtur, quam ad *contumeliam*. Barbam enim alere solent Orientales, ut decus virorum, atque perquam ignominiosum habetur, vim in ea experiri. Vid. 2 Sam. X, 4. 5. et ARVIOSIVM *de moribus Arabum Nomadum*, p. 48. vers. nostr. Indicatur igitur tumma contumelia, qua affiendi essent Iudaei ab Assyriis.

21. Sunt, qui versum hunc et sequentem accipiant de singulari felicitate, qua residui ex calamitate ab Assyriis illata, fruerentur: agros enim illorum post illud tempus tam uberem daturus esse prouentum, ut domus integra sustentari posset ex bucula vna et duabus ouibus: et referunt huc quod 2 Chron. XXXII, 27. 28. 29. legitur de ubertate et felicitate temporum Hiskiae. Sic intelligunt vs. 21. 22. 25. Media autem, vs. 23. 24., referunt ad vastitatem, in terra efficiendam ab Assyriis, quam vates comparet cum ubertate, quae vastationem illam secutura esset. Quae interpretatio quam coacta sit, et quam parum totius orationis seriei conueniens, quisque intelligit. Patet tam ex iis quae praecesserunt

cefferunt, quam ex iis, quae sequuntur, hunc versum in malam partem esse accipiendum. Consequens vastationis terrae inducendae describitur. Hominum nempe penuria et vasta solitudo. Pauci superstites iique inopes, exiguo peculio laute suo modo viuent, quod pascua vbique patebunt ob hominum infrequentiam. (יהרה-צאן) Haec verba prothesin constituunt, et quae vs. seq. leguntur, apodotim. עגלה בקר Propr. est *vitula boum*, siue *armentaria*. Sed obseruauit iam BOCHARTVS *Hieroz.* P. I. L. II. Cap. XXVIII. p. 274. vocem עגלה Hebraeis sumi subinde pro *vacca* siue *iuuenca*, in maiore latitudine significationis, quod etiam patet ex Hof. X, 11. *Vnus* et *duo*, numeri omnium minimi, hic vsurpantur ad designandam paupertatem possessoris, fere vt apud Ierem. III, 14.

22. (מרוב עשור חלב) *Ob copiam faciendi lac*, siue *confectionis lactis*, i. e. quod vnica vacca aut duae ouiculae *tantam lactis copiam*, ob vberima pascua in desolata terra, *praebebunt*. Terra incolis nudata et inculta gregibus occasionem praebet latius excurrendi et pabulum herbamque pro lubitu carpendi. כל הנותר בקרב הארץ interpretes longe plurimi intelligunt de *hominibus* ex strage, a copiis hostilibus illata, reliquis. Doederlein vero vertit: *hoc* (lac spissum et mel syluestre) *enim in terra superest*: et in nota subiecta addit: dicit (vates) post cladem et vastationem terrae superstites fore paucos agricolarum, quibus quidem victus suppetat largus et lautior; non tamen ex agris et rure, sed ex syluis ac gregibus repetendus.

23. (כל מקום-כסף) *Vitringa cum Sanctio et Grotio* haec verba intelligit de *mercede locationis*, siue de *reditu*, qui perciperetur ex vitium fructu, coll. Cantic. VIII, 11. ita vt indicentur praestantioris generis vineta, vnde olim magni reditus. Michael's vero obseruat, in regionibus, vitium feracibus, vinearum pretium constitui ex numero singularum vitium; sic Iohannisbergae, vbi optimum vinum Rhe-

nanum nascitur, vineam tot ducatis valere dici, quot vites habeat. Si eodem modo Iesaiæ tempore vineae aestimabantur, h. l. tales indicantur vineae, in quibus mille vites totidem valuerunt siclis; quod pretium, quamquam nunc exiguum esset (siclus enim Iesaiæ tempore circa quatuor grossos, siue decimam sextam ducati partem, ex Michaelis computo in *Commentat. de siclo Hebraeorum*, efficiebat), illis tamen temporibus, quibus nondum tanta pecuniae copia erat, saepe satis magnum erat. De ipsarum vitium aestimatione Chaldaeus quoque versum nostrum intellexit, dum vertit: כסף כסף שוין בארץ סכין כסף *aestimatae mille minis argenteis.* (לשמור ולשיח יהיה) *In spineta et senticeta erit*, siue conuerteretur; spinis, sentibus, vepribus opplebitur. Vineae igitur, in quibus ante irruptiones et vastationes hostium mille vites fuerunt, mille aestimatae siclis, mutabuntur in senticeta et vepreta, siue quod ab hostibus subuerſae essent, siue quod nullos in proximis annis inuenissent cultores.

24. Plus est, quod addit propheta, ad exaggerandam vastitatem; ne quidem tuto et secure loca illa adiri posse, nec ab aliis, quam sagittis et arcu instructis, siue *latronum* causis, ut vult Abarbenel, siue, quod probabilius, *ferarum*, in caecis latentium, aut in solitudinibus illis vagantium, causa. Bene Vitranga animaduertit, alludi ad pastores, Nomadum instar pecus in deserta et solitudines agentes, in quibus quidem non deesset quod carpi posset a pecore pabulum, sed nec abesset ferarum metus. Vnde antiquitus arcus et sagittae erant inter arma siue instrumenta pastorum, maxime Nomadum. Seruius ad illud Virgilii, *Eclog. III. vs. 12. cum Daphnidis arcum fregisti et calamos*, notat: *nam habent arma pastores, ut in Georgicis docuit.* Locus est *Georg. III. vs. 34* seq. ubi describit pastores Libyae:

Saepe diem noctemque, et totum ex ordine mensem
Pascitur, itque pecus longa in deserta sine vllis
Hospitiis: tantum campi iscet, omnia secum

Armentarius Afer agit, tectumque Laremque
Armaque, Amyclaeumque canem, Cressamque pharetram.

25. De *רָעָה* vid. not. ad Cap. V, 6. *לָא הָבֵינָא חַיִּים*)
 Haec verba varie interpretantur viri docti. Inter veterum
 interpretationes Alexandrinorum tantummodo observatu
 digna est, reliqui ad verbum vertunt, Reddunt vero Graeci illi:
και παλ ὄρεσ ἡροτριωμενον ἀροτριωθησεται. ἔ μη ἐπελθῆ ἐκασ φοβος.
ἔσαι γαρ ἀπο τῶ χερσῶ και ἀκκλιθῆς (ex solitudine et spina con-
 vertetur) *ἢς βοσκημα προβατῶ, και καταπασημα βουσ.* Negle-
 xerunt igitur vocem *אָשֶׁר*, pro *יֵרָאֵחַ* legerunt *יֵרָאֵה*, et hanc
 ipsam vocem ab iis, quae sequuntur, avulserunt. Sensus ve-
 ro, qui sub hac versione latet, haud dubie est hic: metum
 sentium et veprium iam peruenturum in montes, hos enim
 solos fore refugium residuorum hominum, qui in iis sola-
 tium quaesituri, eosque in pascua conuersuri essent. Ean-
 dem fere sententiam exhibet Caluini, Clerici, et aliorum
 recentiorum interpretatio, quae tamen magis cum verbis He-
 braeis, quae nunc legimus, congruit, quam Alexandrino-
 rum versio. Est vero illa haec: *in montes vero omnes, qui*
sarculo sarrientur, non veniet timor spineti et senticeti, sed in
eos immirrentur boues, atque iidem a minuto pecore calcabun-
tur: quae Caluinus *explicat ite: „significat, montes,*
prius solitarios, horridos et inaccessos, a vepribus immunes
et compascuos fore, quoniam incolis abundabunt, qui,
mortis metu, et quod nullus alius in regione locus tutus sit,
eo confugient, et ibi sedem figent; id quod statum miser-
riamum indicat.“ Non multum ab his discrepat *Varabius:*
tempore, inquit, obsidionis planities terrae Iudaicae desola-
ta erit, plena spinis etc., at montium fertilium vertices non
erunt obstiti spinis; cum talia loca tempore belli soleant co-
lli ab iis, qui in ea se receperunt metu hostium. Propterea,
obsidione soluta, erunt bobus et ouibus in locum pascuum,
cum in planis locis ali non poterant. — Sensus per se bo-
nus, qui vero ab hoc loco alienus mihi videtur: non enim

mihî persuadere possum, verba: *quo non veniet metus sentium et veprium*, significare locum, vbi nec sentes nec vepres conspiciantur; id quod interpretes illi sumunt. Idem dicendum mihî est de illa interpretatione, quæ Walthero, Lowtho, Cubio, Henslero placuit: *omnes montes, qui olim sarriebantur, quo non veniebat metus sentium et veprium, erunt in immisionem bouum etc.* LVDOVIC. DE DIEU verba nostra sic interpretatur: *omnes montes, qui sarculo sarrientur, quo non veniet metus sentis et vepris, erunt etc.* vt verba אשר לא תברא שמה לא תברא שמה posita sint pro אשר לא תברא שמה, et Vau in והיה non copulativum sit, sed illativum, hoc sensu: si quæ autem in terra futura sint loca, non repleta sentibus et vepribus, veluti montes, qui sarculo sarrientur: ne illi quidem excipiendi erunt communi desolatione, cum exponendi sint missioni bouis et conculationi pecudis. Verum hæc interpretatio cœcior est et artificiosior, ex meo quidem sensu. — Multi alii interpretes יראה vertunt in persona secunda, et in יראה statuunt ellipsin præfixæ litteræ ו, hoc sensu: *et ad omnes montes quod attinet, qui sarculo sarriebantur, non venies illuc præ timore sentium et veprium.* Sed quæ me impediunt, quo minus hanc interpretationem probandam censeam, fere sunt hæc: 1) præfixum ו in significatione, *propter, prae, ob*, nusquam omissum inueni: 2) statim sequitur, fore, vt ipsi illi montes a pecoribus depascerentur, id vero est, a pastoribus Nomadibus peragrarentur; quod non conuenit cum his, quæ ex illa interpretatione hic dicuntur, *neminem propter metum sentium et veprium illuc venturum esse.* Obseruatu dignum et illud, quod veteres omnes תברא pro *tertia pers. fem.* habuerunt et ad יראה retulerunt. — Quibus omnibus perpensis, rectissima mihî videtur Sanctii, Grotii et Vitringæ interpretatio: *Per timorem siue terrorem sentium et veprium intelligunt illi septimenta montium cultorum et feracium, quæ confici solent ex sentibus et vepribus, quibus terreri siue arceri solent homines, ferae et pecudes, ne illa loca inuadant, aut vastent,*
aut

aut in ea pastum eant. Hinc sensus erit: montes illos, olim cultos, bene munitos et obseptos, nunc nudatos omni sepimento, ut in communi terrae vastitate, fore patentes, omnibus expositos, ut a pecudibus libere depascerentur. Qui pauca tantummodo Arabum poemata legerit, ne etiam non monente intelliget, hanc *sepsis* descriptionem prorsus spirare ingenium poetarum Orientalium, res communes saepe per imagines audaciores et obscuriores describentium.

CAP. VII. 1. *Regnante in Iudaea Ahaso, Iothami filio, nepote Vshae, Rezin, Rex Syriae, et Pecachus, Remaliae filius, Rex Israelis, facta expeditione Hierosolyma oppugnaverunt, sed non potuerunt ea capere.*

2. *Rex Iudae vero, omnisque eius populus percepto nuntio, Syrum se iunxisse Israelitis, timore commoti sunt, sicut arbores vento solent agitari.*

3. *Quare Iehoua dixit Iesaiæ: obuiam i Ahaso, assumpto filio Schcar-Iaschubo, ad initia aquaeductus piscinae superioris, iuxta viam campi fullonum.*

4. *Eique dicit: cura, ut tranquillo sis animo, neque metuas, nec timidius animo remolleas, propter duos titiones istos in extremis suis tantum fumantes, (id est) propter iram Rezini et Syrorum et propter filium Remaliae.*

5. *Eo quod mala aduersus te consilia ducunt Syri cum Ephraimitis et Remaliae filio, dicentes:*

6. *Iudaeam aggrediamur, obsideamus eam et inter nos partiamur, regemque in ea constituamus Tabealis filium.*

7. *Sic enim Dominus Iehoua: non erit, inquit, hoc verum, neque fiet;*

8. *Quippe Syriae caput Damascus erit, et Damasci caput Rezin, atque intra quinque et sexaginta annos Ephraim ita conteretur, ut populus amplius futurus non sit.*

9. Caput autem Ephraimitarum Samaria erit, et Samariae Remaliae filius. — Si non creditis; non eritis felices (Sive: Annon creditis, nisi confirmemini?).

10. Hinc Iehoua Ahaso porro haec dici iussit:

11. Postula omen a Iehoua, siue e profundo sit, siue ex alto.

12. Ahasus vero, non petam, inquit, neque tentabo Iehouam.

13. Ad haec Iesaias: Iam vero audite, Davidis posterum! Num parum vobis est, hominibus molestias creare? Num et Deo meo fas est molestos esse?

14. Hinc Dominus ipse dabit vobis omen: en! virgo haec grauida facta, filium pariet, quem Immanuel vocabit.

15. Lacte spisso et melle vescetur, quando nouerit spernere malum et eligere bonum.

16. Priusquam enim nouerit, spernere malum, eligere bonum, regio duorum istorum regum, propter quos aegre tibi est, erit deserta.

17. Aduersus te vero, tuum populum familiamque paternam Iehoua tempora adducet, qualia non fuerunt, ex quo Ephraimitae a Iudaeis sunt separati. Regem nempe Assyriae.

18. Tum Iehoua sibilo vocabit muscas, quae sunt ad extremos Aegypti riuos, et vespas terrae Assyriacae.

19. Venient illae, et confidebunt omnes in torrentibus locorum desolatorum, et in fissuris petrarum, in uepcretis et locis irriguis,

20. Illo tempore abradet Deus nouacula conductitia, per transfuuias, per regem Assyriae caput et pilos pedum, atque adeo barbam abjemet.

21. Tum, si quis buculam aut duas oves nutriet;

22. Prae copia lactis, quam suppeditabunt, cremore lactis vescetur; quin immo quicumque tunc in ea regione superstes fuerit, lactis flore et melle vescetur.

23. Tum omnis locus, ubi antea mille vites, mille aestimatae argenteis, fuerint, spinetum et senticetum erit.

24. Sagittis et arcu illuc ibitur; nam senticetum et vepretum erit tota terra.

25. Omnesque montes, qui sarculo sarriebantur! — non veniet illuc timor sentis et vepris! Immittentur iis armenta! concalcabuntur pecudibus!

CARMEN SEXTVM.

(CAP. VIII, I—IX, 6.)

A r g u m e n t u m.

Huius carminis argumentum idem fere est, quod antecedentis. Reperit vates primum promissionem de euerfione regni Syriaci et Israelitici per regem Assyriæ, vs. 1—4. Deinde orationem conuertit ad totum populum Israeliticum utriusque regni, Iudaici atque Ephraimitici, eumque reprehendit, quod regibus barbaris nimium fidebat, atque iterum minatur futuras calamitates ei inferendas ab Assyriis, vs. 5—22. Pollicetur tamen laetiora tempora, calamitates illas secutura, vs. 23—IX, 6.

Seiungendum puto hoc Caput a proximo antecedente partim ideo, quod vs. 1—4. alia plane eius, quod sequitur, vaticinii occasio narratur; partim quod vates hoc Capite orationem non ad Ahasum dirigit, vt antea fecerat, sed ad omnem omnino populum.

I. בלין ברול) בלין multi interpretantur cum Chaldaeo *tabulam*, et intelligunt vel *lapideam*, vel, vt Lothus, *aeneam*, vel, vt MICHAELIS in *Supplement. ad Lexx Hebr.* P. II. pag. 31., *tabulam ex marmore polito*, ab Arab. جلي polire; eodem modo, vt a פרה dicitur פריין כלח a פריין formatur בלין, כלין a נקין, ענה a עליין נקה a נקין; sed enim est radicale pro quo Hebraei ob faciliorem pronuntiationem ה
po-

ponere solent. Verum ego, cum Vitringa, quem et Dathius sequitur, intelligere malle *chartam*, siue *membranam* in longum expansam; cuiusmodi chartae, quod in formam cylindri circa lignum teres conuolui solerent, inde tulerunt מְגִילָה, siue גְּבִיזוֹן (cf. infra XXXIV, 4. כְּגִלּוֹ בְּסֵפֶר, *libri instar conuoluentur*). Quamquam posterius non nisi hic occurrit, censeo tamen, מְגִילָה a גָּלַל, *conuoluere*, ac מְגִילָה, ob *Dagesch* in *secunda radicali*. Verisimilius certe est, lesaiam inscripsisse *chartae membranaceae*, quam *tabulae lapideae* vel *aeneae*. כְּחַרְט אֲנוֹשׁ *stylo hominis*, i. e. scriptura vulgata, clara, expedita, lectu facili, ita vt cuiuscunque ordinis homines eam legere queant, vt *numerus hominis* in Apocal. XIII, 18. dicitur *numerus bestiae* quod communi et recepto more putandus esset, et Cap. XXI, 17. *mensura hominis*, communis et vulgata. חֶרֶט, *stilus* scribentis et delineantis,

coll. Syr. חֶרֶט, *incidit* (media longa), *scalpsit*, hic positus est pro ductibus, qui eo scribuntur. Fusius de huius vocis significatione varia egerunt BOCHARTVS *Hieroz.* P. I. L. II. Cap. XXXIV., et MICHAELIS in *Supplementt. ad Lexx. Hebr.* P. III. p. 917—919. Interpretatur vir hic illustris tam in loco citato, quam in *nott.* ad versionem germanicam חֶרֶט אֲנוֹשׁ *scripturam communem et notam, sacrae, hieroglyphicaeque oppositam*. Verum talem scripturam sacram Hebraeis fuisse vsitatam, nullo testimonio potest probari. Ex Lowthi sententia חֶרֶט אֲנוֹשׁ, *stilus viri* siue *artificis*, opponitur חֶרֶט אֲנוֹשׁ אִשָּׁה, seu, vt aliqui codd. sine Jod habeant, חֶרֶט, *ornamento feminarum*, de quo supra III, 22. Sed recte huic sententiae opponit Michaelis l. c. primo, quod sic non חֶרֶט אֲנוֹשׁ dicendum fuisset, sed חֶרֶט אִישׁ, deinde, quod in plerisque certe exemplis vtrumque nomen ipsa latiscriptione distinguitur; denique res ipsa iam clamat, vbi litterae scribendae, non de ornamento feminarum sermonem esse posse. Quid sibi velit Doederleinii nota: „forfan disiungendae sunt voces חֶרֶט et אֲנוֹשׁ, hoc fere sensu: *In-*
scribe

scribe tabulae stylo tuo virginem hominis, adiuncta epigraphe: ad Maherſchalal etc.;" me non affligi poterit, ingenue fateor. Clericus opinatur, significari *characteres grandiores*, qua de causa etiam propheta sumere iubetur *volumen magnum*. (למהר שלל הש בו) Difficultatem in his verbis interpretibus creavit praefixa ל. Multi eam habent pro signo Dativi casus, vt indicetur persona, cui volumen in cribi et dedicari volebat. Sic Ludovicus de Dieu et Doederlein. Plane praeter consilium prophetæ. Ludov. Capellus vocem מהר accipit *forma infinitiui*, et ל pro *praefixo gerundiali*, vertitque: *vt acceleret spolia*, scil. rex Assyriorum, *festina praedari*, quae cum non cohaereant, addit: verba duo priora esse veluti titulum voluminis, duo vero posteriora veluti corpus ipsum libri. Verum quisque ipse vider, et patet ex vl. 3. prioris et posterioris partis huius nominis eandem esse interpretationem et rationem. Equidem cum Vitruvia litteram ל h. l. habeo pro *nota accusatiui*, qua significatione saepissime vsurpatur apud Syros nec raro apud Hebraeos; exempla vide apud STORRIUM in *Observatt. ad Analog. et Syntax. Hebr.* p. 283. Idem igitur hic valet quod Graecorum το, vt adeo sensus sit: *scribe in eo το Maher Schalal, Chasch Bas*. Inscribe volumini haec verba, hoc nomen. Sic Ezech. XXXVII, 16. *Et scribe in eo ליהררה ולבני ישראל*, i. e. *το Iuda et filii Israelis*. Verba autem מהר שלל הש בו accipienda sunt in *tempore praesentis*; *properat spolium! festinat praeda!* מהר est *forma Infinitiui*, sed subintellecto *praeterito*, quasi scriptum esset מהר מהר, *properando properavit*. Quum hic loquendi modus satis frequens sit apud Hebraeos (exempla vid. apud GLASSIUM *Phil. S.* p. 28. edit. Dath., add. SCHOETTGENII *Dissert. de singulari aliqua Ling. Hebr. ellipsi* §. 4. in WALTHERI *Ellipsi Hebr.* edit. Scholz, p. 152. seq.; STORRII *Observatt. ad Analog. et Syntax. Hebr.* p. 157. 315.); equidem non perspicio, cur pro למהר hic legamus למהר, vt MICHAELI placet, *Bibl. Orient.* T. XIV, p. 126.

2. ואעירָה ex punctis Masorethicis proprie vertendum est in futuro, *ego testes constituam*, vt continuetur oratio Dei. Iudaei interpretes id solent interpretari ita, vt Deus praediceret, se missurum esse duos prophetas, *Vriam*, Semaiiae filium (sub Iehoiakimo), qui praedixit calamitatem Iudaeae gentis, et imminens reipublicae exitium, et prophetiam illam tanquam martyr suo obsignauit sanguine, vid. Ierem. XXVI, 20 seq.; et *Zachariam*, Barachiae filium, vndecimum inter duodecim prophetas minores. Cuius sententiae inconcinnitatem quisquam ipse intelliget; manifestum enim est, in hac prophetia, quae *testibus* consignanda erat, de nulla alia re agi, quam de excidio et direptione regnorum Syriae et Ephraimitarum. Itaque haec verba accipienda erunt vt verba prophetae, narrantis, quid ipse ex mandato diuino fecerit. ואעירָה igitur vel instruendum erit vocalibus his: וְאֶעֱיָרָה, vt *Vau* sit *conuersivum futuri*; vel, quod mallet, vocalibus non mutatis, futuram pro praeterito positum sumendum erit; cuius idiomatis exempla inuenies apud GLASSIUM *Phil. S.* p. 312. et apud STORRIUM *Observatt. ad Analog. et Syntax. Hebr.* p. 162. אֵת אֲוִרֵיהֶם הַכֹּהֲנִים) *Vriam*, Pontificem, Sacerdotum principem, cuius mentio fit 2 Regg. XVI, 10. 11. (וְאֵת זַכְרְיָהוּ בֶן יְבֻרְכָדָן) Intelligitur haud dubie *Zacharias*, Leuita, ex *Asapho* ortus, 2 Chron. XXIX, 13.; nam *Zacharias*, Propheta, ideo non intelligendus est, quod is in initiis *Vsiae* floruit, nec eum regem superuixit, vid. 2 Parall. XXVI, 5. Duo hi viri volumen illud, in quo scribenda erant verba *Maherschalal Chaschbaz* instar Instrumenti publici obsignarunt (quem morem apud Hebraeos obtinuisse, patet ex Ierem. XXXII, 10., conf. VI-TRINGAE *Observatt. SS. L. III. Cap. I.*) vt eius אֲוִרֵיהֶם muniretur.

3. Idem illud nomen, quod volumini inscripserat, vates imponit filio suo, circa hoc tempus nato, vt hoc etiam argumento populus Iudaicus de hostium clade, mox futura, certior redderetur. Cuiusmodi nominis ominosi exempla iam vidimus supra VII, 3. 16. Verba אקרב et ורהר vertenda esse in *plusquamperfecto*, res ipsa docet. Satis manifestum enim est ex ipso textu, hoc vaticinium eodem fere tempore editum esse, quo superius; dum Syrorum et Ephraimitarum adhuc parabatur expeditio, et vtriusque gentis reges optatum consiliorum successum sibi pollicebantur; conf. vl. 6. Si igitur puer natus sit illo ipso tempore, quo Rezinus et Pecachus adhuc pleni erant spei successus optati suae expeditionis: necesse est, vxorem Prophetæ iam ante vtero tulisse, et circa hoc tempus puerum enixam esse. Praeterea satis notum est, Hebraeos formam praeteriti vsurpare saepius pro plusquamperfecto; vid. e. c. Genes. XXXVI, 6. Exod. XII, 35. Conf. GLASSII *Phil. S. L. I. Tract. III. Can. XLIII. p. 298. edit. Dath. STORRII Observatt. ad Analog. et Syntax. Hebr. p. 159. 161. נביאה, prophetissa, non videtur fuisse virgo, prophetiae dono clara, sed vxor Iesaiæ. Moris enim est apud Hebraeos, vt mulier a viro, coniux a marito, eiusque conditione et statu nomen mutuetur, vt אשה, femina, ab איש כה, מלכה, regina, a מלך etc.*

4. (כי בטרם—ואמי) Idem temporis spatium significatur quod supra VII, 16. ישא scil. איש siue נישא, i. e. *aufertur*; impersonale loquendi genus, vt infra IX, 5. ויקרא et *vocabit*, scil. קורא, i. e. *vocabitur*. Genes. XLVIII, 1. ויאמר ליוסף *dixitque Iosepho*, i. e. *dictum est Iosepho*, siue *dixit quis Iosepho*; vl. 2. ויגד ליעקוב et *nunciauit Iacobo*, pro: *nunciatum est Iacobo*. Vid. GLASSII *Phil. S. Lib. I. Tract. III. Can. XXIII. p. 245. STORRII Observatt. ad Analog. et Syntax. Hebr. p. 412. 413. היל* hic significat *facultatem, copiam, opes*, vt Ezech. XXVIII, 4. Zach. XIV, 14. לפני מלך אשור *coram rege Assyrio*, i. e. ipso praesente, ab ipso copis, ad nutum et imperium eius.

6. Ad quem populum versu hoc et seq. oratio dirigatur, valde interpretes dissentiunt. Multi sub העם הזה intelligunt *populum Israeliticum decem tribuum*; nam de Iudaeis non dici potuisse, eos *spernere aquas Siloae lente euntes*, i. e. gentem Daudicam, cum ex hac gente semper reges habuissent; illud vero, quod de hoc populo, de quo in hoc versu sermo sit, dicatur, *laetari eum de Rezino*, id sine vlla dubitatione ad Ephraimitas pertinere; ad Iudaeos versu deum 8. orationem dirigi. Alii contra intelligendos censent *Iudaeos*, his maxime rationibus ducti: primo, prophetam inter Iudaeos concionantem, vbi εὐφρανέτω, siue sine restrictione loquutus sit de *hoc populo*, haud dubie intellexisse eum populum, in quo vatem egerit: deinde mox in eadem oratione, vs. 11. 12. *Iudaeos* solos, a decem tribubus distinctos, bis vocari העם הזה: praeterea de *Ephraimitis*, hostibus Iudaeorum, non commode dici posse eos *spernere* (סאם) domum Daudicam; leuius id de hostibus dictum esset. Verum quamquam haec vera sunt; id tamen nullo modo negari potest, vltima versus sexti verba, *populum hunc laetari de Rezino*, de populo Israelitico intelligenda esse. Nam quod illi, qui hunc locum de solis Iudaeis interpretantur, contendunt, multos fuisse inter Iudaeos, qui, mores Ahasi fastidientes, et potentiam aduentantium regum considerantes, transferri regnum ad Syros et Israelitas optassent; id nullo argumento potest probari: nec, si verum esset, propheta de toto populo locutus esset; immo ipse narrat Cap. VII. vs. 2. *Ahasum cum toto eius populo*, percepto nuntio, Syrum iunxisse se cum Israelitis, maximo terrore esse commotum. Quibus omnibus perpensis, cum nec Iudaeos nec Israelitas excludendos videamus; apparet, vatem inde ab hoc versu orationem ad *rotum populum Israeliticum, vtriusque regni*, Iudaici et decem tribuum, conuertere; quae sententia magis confirmatur collato versu 14., vbi diserte *duarum domuum Israeliticarum* mentio fit. Omnia nunc erunt plana. Vtramque gentem, quae olim *unum Dei populum*

N

Ies. Var. *pulum*

pulum constituerat, reprehendit, quod, Ichoua relicto, apud reges barbaros auxilium quaereret, Israelitica apud Syros, Iudaica apud Assyrios; hinc vtramque gentem communi calamitate afflictum iri, minatur, vl. 7. et seq. (יען כי לא יאט) De *fonte Siloae* vid. supra ad Cap. VII, 3. Ebullit hic fons, referente Hieronymo, teste oculato, ex montis Sionis radicibus, non iugibus aquis, sed in certis horis, diebusque; et per terrarum concaua et antra saxi durissimi cum magno sonitu venit; verum in rivum progressæ aquæ eius, lente fluunt, sine sonitu (*sanft wie ein fließend Oel, ohne Rauschen*, vt Schulzius narrat, *Leitungen des Höchsten*, P. V. p. 137. 141.). Sub *aquis Siloae lente fluentibus* plerique interpretes *gentem Dauidicam* intelligunt, a qua multi Iudæorum regnum auferri et ad Syros transferri optassent. Sed nullis argumentis hanc sententiam niti supra iam vidimus. Nec, si regnum *Domus Dauidis* in se spectes, *id adspernari* maius ceteri potest crimen, quam regnum Aegypti, Syriae aut quaecunque aliud aspernari. Patet vero ex totius orationis grauitate, *populum criminis* haud leuis accusari. Hinc ego ad stipulor Vitringæ, intelligendum esse *regnum Ichouæ*, quatenus manifestum erat in *regno familie Dauidicæ*. Ichoua erat rex Iudæi populi, et reges Dauidici in eo regno celebrantur ipsi Deo esse substituti et eius vices gerere. Eum regem spreuerunt Iudæi, regem Assyrium in auxilium vocantes et cum eo foedus pangentes; quam diffidentiam auxilii diuini acriter reprehendit iam carmine superiore, vl. 13. Ad *Iudæos* vero præcipue hoc membrum prius referendum esse, parallelismus membrorum nos docere videtur; nam in membro altero de Israelitis est sermo. — (ומשוש את ראין וכן רמלוד) De horum verborum interpretatione dissentiunt. Sunt, qui non reddant per *cum*, *gaudium cum Rezino ex filio Remaliae*, hoc sensu; delectantur prosperis successibus Rezini et filii Remaliae. Sic Chaldaeus: אחרעיאו, *delectantur*; idemque fortasse intellexerunt Alexandrini: ἀλλὰ βασιλεῖσσι ἔχουσιν

τον Ρασσιν, και τον υιον Ρομελις βασιλευα εφ' υμων. Sic sub voce $\omega\psi\omega$ subintelligi debet $\omega\psi\omega$, quod suppletur infra LXVI, 10., vt plena sententia sit, *gaudent gaudium cum Re-zino etc.* Mouet hos interpretes maxime hoc, quod $\omega\psi\omega$ est in statu constructo; vnde aliud nomen supplendum existimant. Sed in lingua Hebraea substantiua ante voces quascunque cum praefixis ב, ל, מ et נ, aut ante praepositiones ה, כ, ל, ב, ח, י recipere solent puncta constructi, vid. GLASSII *Phil. S. L. I.* Tract. I. Cap. XXXI. pag. 80. seq. edit. Dath. Equidem praefero Vitringae interpretationem, כּא h. l. vertentis *apud, et gaudium apud Rezinum etc.* Nempe reges aduersarii, successu superioris anni elati, et viribus suis sidentes, iam ante victoriam canebant triumphum, et laeti et alacres, nil dubitantes de euentu expeditionem suscipiebant. Id ipsum est, quod vates improbat, et quod Iehouae in illos prouocabat indignationem. Nolebat enim in populo Israelitico regnans contemni. Praepositionem autem כּא saepe significare *apud*, notum est, vid. e. c. *Levit. XIII, 49. I Sam. IX, 18.* Est vero illud in hac interpretatione concinnum, quod ex ea crimen deuoluitur in eos, qui maxime erant in culpa, et prae ceteris erant puniendi, Israelitas; cum ex priorie interpretatione culpa cadat in Iudaeos solos. Hinc, cum verba Hebraea, vt nunc ea legimus, sensum aptum dent, non est opus cum MICHAELE in *Bibl. Orient. P. XIV. p. 127.* pro $\omega\psi\omega$ legere $\omega\psi\omega$, quod esset Participium in Piel a $\omega\psi$, quod verbum in dialecto Syriaca, Samaritana et Arabica *miscere, turbare*, significat, vt sensus sit, *Iudaeos cum Rezino limpidam Siloae fontem turbare.*

7. נהר Euphrates, vt supra VII, 20. Solet hic fluvius verno et aestiuo tempore, resolutis montium niuibus, ripas suas excedere, et regiones proximas inundare, referente ARRIANO *Expedir. Alexandr. Lib. VII. Cap. XXI.* Ὁ γὰρ Εὐφρατης ποταμὸς ἔσται ἐκ τῶν Ἀρμενίων ὄρεων, χερμαίνος μὲν ἀεὶ προχάσσει

κατα τας ὄχθας, οἷα ἴδῃ ἔ' πολλὰ ὄντος αὐτῶ τε ὕδατος. ἤρας δὲ ὑποφαινοντος, και πολυ δε μαλιστα ὑπο τρεπας, αἰς τινας τε θερως ὁ ἥλιος ἐπιστρέφει, μεγας τε ἐπερχεται, και ὑπερβαλλει ὑπερ τας ὄχθας ἐς την γην την Ἀσσυριαν. Γηνηκαυτα γαρ αἱ χιοτες αἱ ἐπι τοις Ἀρμενιοις κατατηκομεναι. αὐξεν αὐτῶ το ὕδαρ ἐπι μεγα' ὅτι ἐπιπολης ἐστιν αὐτῶ και ὑψηλος ὁ ἔρας ὑπερβαλλει ἐς την χωραν. ויקרו כל על לה ועל) *Exundabit supra omnes eius exitus. Euphratis exitus innumeri canales et riui esse videntur, quibus Euphrates inferior cum Tigride connexus est, atque aqua eius, vbi intumescit, deriuatur. De his riuis ARRIANVS l. c. Lib. VII. Cap. VII. habet haec: ὁ δὲ Εὐφρατης μετεωρος τε εἶναι (Euphrates altus fuit), και ἰσοχειλης τη γη, και διωρυχες τε πολλαι ἀπ' αὐτο πεποινηται, αἱ μὲν ἀέναντοι, ἀφ' ὧν ὕδρευονται οἱ παρ' ἑκάτερα ἄκισμενοι, τας δὲ και προς καιρον ποιηνται και τα ἕξῃς. ויקרו כל על) Alexandrini reddunt: ἐπι*

πανταχος ὑμων, Syrus: *ܥܘܢܕܘܒܝܬ ܥܘܒܪܐ ܘܥܘܒܪܐ*, qua si legissent, illi *קנה קנה*, hic *קנה קנה* *sepes*, i. e. *aggeres eius*. Hostes irrupentes cum fluvio exundante comparare, nec poetis exteris inusitatum. Sic Pompeium fluvio comparat Lucanus, VI.

Sic pleno Padus ore tumens super aggere tutas

Excurrit ripas, et totos concutit agros.

Succubuit si qua tellus, cumulumque furentem

Vndarum non passa ruit, tum flumine toto

Transit, et ignotos aperit sibi gurgite campos.

Conferendus et Horatius Carm. IV, 14.

8. ויגיע—(וחלה) Bello inundandam Iudaeam per eosdem Assyrios, quos in subsidium vocabant, minatur, perfans in comparatione magni et exundantis fluvii, qui, postquam Syriam et Ephraimitidem inundatione vastasset, in Iudaeam quoque irrupturus esset. אל—עמנו אלה) Potentiam Assyrii, ait Hieronymus, et innumerabilis eius exercitus, quem sub fluminis inundatione descriperat, nunc per aliam ostendit translationem, quod alis suis, id est, ducibus

cibus et infinita multitudine operuerit terram Emmanuelis. Per כנפים, *alas*, hic haud dubie intelligendae sunt *alae exercituum*, copiae hostium. *Alas* Hebraei vocant omnes copias, non equestres tantum, vt Latini, sed et pedestres, vid. Dan. IX, 27. מלא רחב ארצך עמנו אל, *implens latitudinem terrae tuae, o Immanuel*: nihil aut agrorum aut oppidorum manebit intactum. Puerum, de quo Carmine superiore (VII, 14.), alloquitur testem futurorum horum malorum. — Alii interpretes, vt Michaelis et Doederlein, post Abarbenelem, in hoc versu ad prophetam orationem dirigi et אל עמנו a reliquis seiungendum existimant, hoc sensu: *et alae eius extensae terram tuam (o vates) replebunt. Nobiscum tamen est Deus!* Duriuscule, ex meo quidem sensu. — Video quoque interpretes in constructione verborum מלא רחב ארצך discrepare. Quidam מלא construunt cum מטרות, vnde Vulgatus, *et erit extensio alarum eius, implens latitudinem terrae tuae*. Sic Iunius, *implebuntque passae alae eius latitudinem etc.* Ad verbum autem sonare dicit, *et erit extensionibus alarum eius plenitudo latitudinis terrae tuae*. Verum מלא ob Makkaph coniungendum est cum רחב, eodem sensu, quo מלא הָאָרֶץ dicitur *plenitudo terrae*, pro, quicquid terra continetur, eamque quasi implet. Hinc ad verbum erit vertendum: *et erunt extensa alarum eius plenitudo latitudinis (i. e. quicquid continetur latitudine) terrae tuae*. Sensus est, extendentur alae eius per omnia, quae implent latitudinem terrae tuae.

9. 10. „Nec tamen profus perdetur populus Iehovae!“ Hanc sententiam poetice ita enunciat, vt barbaros (כל מרחקי ארץ) hostes populi Israelitici (vtriusque regni, quod omnino in tota hac oratione tenendum est) alloquatur. רעו alii ducunt a רעע, vertuntque, *contremiscite, trepidate*; alii volunt esse Pyl verbi רָעָה, in Piel, רָעָה (Iud. XIV, 20.), *sociare*, et reddunt, *sociamini*, vt Chal-

daeus ארחברו. Vtraque interpretatio consistere potest cum analogia Grammaticae, nisi quod Imperatiui Pyal in verbis tertiae radicalis ה minus vsitati sint. In flexione tamen ipsa, cum reliqui modi in vsu sint, nihil est, quod illorum verborum rationi repugnet; est enim receptum in flexionibus illius formae, vt *Kübburz* cum sequente *Dagesch*, resolvatur in *Cholem*, si sequens littera *Dagesch* non recipiat. Equidem hanc interpretationem, ex qua רער refertur ad רעה, praefendam censeo; respondent enim his verbis, התאזרו רער החת, manifeste priora membri secundi verba החת וחתו. Alexandrini pro רער frigidius ponunt *ερε*, quasi legissent רער; quod probant tamen Lowthius et Seckerus. אך מרחקי ארץ ad verb. viri *distantiarum terrae*, i. e. incolae regionum longinquarum, qui habitatis in regionibus distantibus, barbari. Assyriorum copiae ex multis gentibus collectae erant, vid. infra XXII, 6.

II. ברהקת יר varie interpretantur. Multi cum Chaldaeo vertunt: *in exstasi* (במתקה בראחא) *in impetu prophético*. Nempe manus *Iehouae* esse dicitur super prophetam in exstasim raptum, Ezech. I, 3. III, 14. Sed h. l. non legitur ירהו scil. יהוה; verum simpliciter יר. Hinc ego adstripor iis, qui vertunt, *dum me manu adprehenderet*, vt admonens et manuducens. Ita iam Lutherus: *als fassete er mich bey der Hand*; nec non Syrus: *وَأَمْرًا كَسَانِدِيْ أَمْرًا*, ac si *prehenderet manum meam*, nisi is forsan legerit ירהו, vt in vndecim codicibus Kennicottianis, triginta quatuor de Rossianis, multisque libris impressis inuenitur. MICHAELIS in *Supplementt. ad Lexx. Hebr.* P. III. pag. 710. punctis vocalibus mutatis, בְּחֻקְתָּ יִר, vertere mavult, *confirmatione manus*, i. e. animum mihi addens, iubensque, non de republica desperare. In versione tamen germanica expressit Chaldaei interpretationem, cuius primo loco mentionem fecimus. (ויסרני מלכת) *Erudiuit*, hortatus est, *me, ne incederem*. MICHAELIS in *Biblioth. Orient.* T. XIV. p. 128.

129. legere mavult יִסְרָאֵל *recedere me iussit* a via populi huius, vt Syrus, אֲנִי וְיִסְרָאֵל, et Symmachus, ἀπεσσε με. Si vero vocales receptas et cum iis interpretationem vulgarem retineas, לֹא לָכֵחַ מִן positum est pro לֹא לָכֵחַ מִן²¹ enim

negandi vim inesse, quippe ortae ex אֲנִי *praecidere; ab-rumpere, diminuere, satis notum; vid. STORRII Observatt. ad Analog. et Syntax. Hebr. p. 252. not. vbi hoc multis expositum. — Sensus ceterum semper idem manet: hortatus est me Deus, ne facerem ad exemplum huius populi, aut ad voluntatem et votum eius. Intelliguntur foedera, quae vterque populus, Iehouae auxilii diffusus, cum regibus barbaris pepigit, Israeliticus cum Syris, Iudaicus cum Assyriis.*

12. Loquitur Deus, vatem hortatus. קָשָׁר semper significat *coniurationem seditiosorum et deficientium a magistratu suo aut foedus in mala causa, vid. 2 Regg. XI, 14. XII, 21.* Hinc longe plerique interpretes hunc versum intellexerunt de conspiratione factiosorum in republica Iudaica, qui defectionem ad Syros et Israelitas moliti sint. Vtrum talem conspirationem exitisse, nullis argumentis solidis probari potest, vt iam diximus; nititur solis quorundam Hebraeorum interpretum commentis. Totius orationis consilium et rationem, qualem eam supra exposuimus, qui perpendat, sponte intelliget, קָשָׁר hic ex indignatione a vate appellari foedera vtriusque populi cum regibus barbaris; quibus foederibus ille quasi defecit a Iehoua, rege suo, vnde vates in iis, quae sequuntur, vtrumque populum hortatur, vt ad regem suum legitimum redeat eumque colat. Conferendus est Ieremias Cap. XI. inprimis, vsq. 9. 10. לכל קָשָׁר De quocumque etiam foedere populus loquitur; de quocumque foedere cogitet. Alexandrini pro קָשָׁר posuerunt σαλευν, quasi legissent קָשָׁר. Seckerus et Louthus eandem vocem audacius mutant in קָדָשׁ siue קְדוֹשׁ, hoc sensu: *ne sanctum id vocate, quod populo sanctum* (σεβασμα)

dicitur: neque veneramini, quod ille veneratur. Sensus haud incommodus; dummodo de lectione idoneis constaret argumentis. (ראה מורא לא תורא) h. l. est id, quod *timeatur*. scil. timore religioso, qua significatione eadem vox occurrit Genes. XXXI, 42. (vbi Schol. vid.), 53. *Timor* vero, siue *pauor*, hic oppositus est *pauori* Iehouæ, et intelligendus de *timore*, *pauore superstizioso* et *idololatrico*. Nam ab idololatria et superstitionibus vates dehortatur vs. 19. et seq.

13. אורו תקרישו) *Ipsum sanctificate*, ipsi tribuite sanctitatem, roboris et virium gloriam huic vni date.

14. 15. מקדש, *Sanctuarium*, hic non significare potest templum, nam in eo nemo offendere potest, nec cadere; sed intelligendus haud dubie, ob contextum, *lapis sanctus*, cuiusmodi lapides antiquissimis temporibus apud Orientales in vfu fuisse, vidimus ad Genes. XXVIII, 18. Ad loca sacra tanquam ad *asyla* confugiebant, qui tuti esse volebant. Hic Deus sistitur vt lapis sanctus ad quem in eo confisi fugiant, et per eum tuti sint. Vnde מקדש et Ezech. XI, 16. *asylum* denotat. Alii vero, qui inuiolabile hoc asylum negligunt, comparantur cum iis, qui metu perterriti temere profugientes, lapidem in via iacentem non vident, eoque impacti procidunt. — Multi interpretes hunc locum ob Luc. II, 34. et 1 Petr. II, 7. interpretantur de Messia; verum de hoc prophetam non cogitasse, ex totius orationis nexu patet. De N. T. locis vid. ECKERMANNVM, *Theolog. Beytr.* I. p. 165. et Patris mei Scholia ad 1 Petr. II, 7.

16. Personam loquentem esse Deum, eumque, ad quem hic oratio dirigitur, esse prophetam, nec Messiam, aut populum, aut Ahafum; ex toto contextu clarissime mihi patere videtur. Iubetur vates, Dei effata et decreta, hucusque commemorata, in volumen redigere, et per suos discipulos obfirmare. Seruari debebant in futuram rei memoriam

riam (conf infra Cap. XXIX, 11. Dan. XII, 4.), vt conferri possint cum euentu, qui diuinam prophetae auctoritatem sit demonstraturus. Sub העורה et חורה haud dubie indicantur diuina hortamenta et comminationes, quae praecedunt. Iesaias vero discipulos Iehoua vocat suos (למדי), quod pauci illi fere soli ex reliquo populo pii erga ipsum erant, et ipsius potentiae et auxilio confidebant. — Vitranga et Dathius, Samuelex Petito auctore צור h. l. reddendum censent *effingere, formare, τυπαι, stilo inscribere*, vt Exod. XXXII, 4. 1 Regg. VII, 15. חורם vero interpretantur *de doctrina diuina consignanda et obfignanda in animis certorum Dei discipulorum*. העורה et חורה, voces synonymicas respondere dicunt graecis μαρτυρια et διδασκαλ, quae in N. T. saepe de doctrina Messiae adhibeantur. Vnde totum versum reddunt ita: *hac doctrina effinge, hac lege imbue meos discipulos*. — Hezelius opinatur, inde ab hoc versu vsque ad fin. Caput prophetam orationem dirigere ad filium suum Sear-Jasub, de quo supra VII, 3. Verum in toto hoc carmine ne vestigium quidem inuenitur Sear-Jasubi praesentis. Idem obstat Koppii sententiae, prophetam admonere Ahasum vt vaticinia, modo prolata, feruet, vsque euenirent quae in iis praedicta essent; interea vero ipsum, Iesaiam cum discipulis, obsides quasi sese tradidisse Ahaso, vs. 17. 18. Alexandrini pro בלמדי ponunt τὴν μαθηταιν, nec multum differt Chaldaeus: לֹא צָבֵן דִּינְפִין בְּדֵי, *non volunt discere eam*, quasi legissent מלמד, vt Seckerus, Lowtho referente, coniecit; aut בלי למד, seu לבלי למד, vt Koppius opinatur, qui hanc lectionem probat. Syrus vocem במלדי ad vs. seq. refert, בְּמִלְפֵי אֲבִי, *in doctrina mea expectabo Dominum*.

17. Respondet propheta, suamque testatur fiduciam in promissionibus Dei positam. Si vero cum Koppio et Dedeleiniio ad Ahasum orationem dirigi existimes, sensus erit: non dubito de euentu vaticiniorum, et plane per-

suadeor de diuina veritate; sed tu hanc fiduciam imitare.

18. הילרים—בישראל, *Liberi, prophetae dati a Iehoua ut sint omina et prodigia, sunt Sear-Jasub, Immanuel et Maher-Schalal-Chasch-Baz, ominosis nominibus praediti, quibus figurate docebant, quae euentura essent.*

19. דרשו *sciscitamini, consultum abite, infra XIX, 3. Deut. XXVIII, 11. coll. Genes. XXV, 22. ארבה esse feminam, necromantiam exercentem, apparet ex 1 Sam. XXVIII, 8—19. et ex nostro, infra XXIX, 4. vbi not. vide. Nec non Schol. ad Levit. XIX, 31. מצפצפים sunt pipientes, coll. Arab. صمصم, de quo verbo vid. VELTHUSENIUM ad Cantic. Hiskiae Ies. XXXVIII, 14. in den Kielischen Beyträgen. P. II. p. 282. Nempe qui mortuos euocare et cum iis colloqui iactabant, anheli loquebantur et veluti suspiriosi, gementes, ac pipientes. מרמרים vel sunt murmurantes, quo significatu verbum nostrum occurrit infra LIX, 11., vel syllabatim pronuntiantes, coll. Arab. جلاس voces syllabatim efferre. Umbras enim qui simulant, non sua consueta voce loquantur, sed syllabatim, exili sono. Conf. HORATIVUM Satyr. I, 8. 40.*

Singula quid memorem? quo pacto *alzerna loquentes*
Umbræ cum Sagana resonarent triste et acutum.

Et paulo ante vs. 24. 25.

Canidiam pedibus nudis, passoque capillo
Cum Sagana maiore *vlulantem.*

בעד h. l. non est *loco viuorum*, חתח; sed, *ad eorum utilitatem*, conf. Deut. XVIII, 11.

20. לחורה ולחעורה *Ad leges et oracula Dei, i. e. consulite leges et oracula diuina, ite consultum Iehouae effata. Littera enim ל praefixa vocibus חורה et חעורה, est אל; solet vero דרשו, consulere, construi cum אל, vt liquet ex iis quae proxime praecedunt. Doederlein vero post Munsterum*

rum vertit per illa effata! per illa decreta! (אם לא שחר) In horum verborum interpretatione discrepant viri docti, maxime ob vocem שחר. Plerique eam h. l. vertunt *auroram*, qua significatione saepissime occurrit, vt docent Lexica. Tunc hic locus reddendus erit ita: *nisi loquantur secundum verbum hoc*, i. e. praecepta illa negligent, *profecto* (sic vertunt אשח, vt 1 Sam. XV, 2. 2 Sam. I, 4.) *nulla eis felicitas obtingere potest*. Verum nullus exstat locus, quo שחר de *felicitate, prosperitate* dicatur; quam si vates metaphoricè exprimere voluisset, haud dubie posuisset אור, *lux*. Hinc equidem adstipulor SCHELLINGIO, qui, in libro de *usu Linguae Arabicae*, pag. 59 seq. שחר confert cum Arab.

شم, *fascinatio*, qua significatione nostrum שחר lumen-
dum quoque est infra XLVII, 11. Hinc verba nostra sic erunt vertenda: *nisi dicant secundum verbum hoc, in quo nulla fascinatio*, i. e. quodsi illud Iehouae oraculum, fascinationis et praestigiarum expers, negligent; sequitur apodosis vs. 21.; *terrore pressi vagabuntur etc.*

21. Vates describit desperationem et grauem miseriam eorum qui diuina oracula neglexerunt; imagine prophetis familiari: omnia in coelo et in terra atra sunt et obscurata; atque homines, velut in caligine incerti vagantur, consilii inopes, pressi calamitatibus, quo se vertant, nescii. Similiter Muhammed in Coran. Sur. II. vs. 17—20. depingit miseriam eorum qui Coranum spernunt: *Similes sunt ei, qui accendere velit ignem, postquam autem illuminauerit, quod est circa eum, aufert Deus lumen eorum et relinquit eos in tenebris; non videbunt. Surdi, muti, coeci sunt; ideo ipsi non reuertentur. Vel sunt sicut illi, quibus superuenit tempestas e coelo, in qua tenebrae sunt et tonitru et fulgur. Ponunt digitos suas in auribus suis propter fulmina cum vehementi tonitru deorsum ruentia ob timorem mortis; et Deus circumdat infideles. Prope est, vt fulgur rapiat oculos eorum; quoties-*

cumque illuxerit eis, ambulabunt in eo. Et cum caligo inuasit eos, stabunt. עבר בה, *transibit in ea*, scil. terra, quae supplenda est ex versu sequenti. Notum enim est, relatiua haud raro praecedere nomen ad quod referuntur; vid. GLASSII *Phil. S. Lib. I. Tract. II. Can. XII. p. 157* seq. edit. Dath. נקשה, *grauatus*, difficultate pressus, versatus in magnis angoribus et aegritudine animi, nescius, quo se vertat. רעב MICHAELIS ad *Lowthum de Poef. Hebr. T. I. p. 181.* vertit *timidus*, coll. Arab. رعب, *timuit*. Placuit id quoque Doederleinio et Dathio. Equidem tamen praetulerim vulgarem interpretationem: *famelicus*, cuius dicti elegantiam non assecuti sunt illi interpretes, qui hic cogitarunt de *fame*, proprie sic dicta. Indicatur potius *vacuus solatio*, *solarium* in summis angoribus *quaerens* et *circumspiciens*. Hoc fere sensu occurrit Pf. CVII, 4. 5. *Errarunt in deserto* רעבים, *esurientes, etiam sitibundi, et anima eorum in iis erat obvoluta*, siue *oppressa*; multis curis grauati et vndique pressi circumspicientes consolationem. Conferendus et Amosus, Cap. VIII, 11. *Ecce dies veniunt, ait Dominus Iehoua, quibus missurus sum famem in terram; non esuriem panis, nec sitim aquae, sed audiendi verba Iehouae*, verba solatii. Sub אלהיך non videtur intelligendus Iehoua, sed *falsus* istorum *Deus, idolum*, vt Syrus quoque vertit.

22. אפל מנרה varie reddunt. Nonnulli cum Clerico vertunt: *obscuritas compulsæ*, quales nebulae circumfusæ, et velut in vnum locum compulsæ. Tunc vero legendum esset מנרה. — Lowthus, vocabula aliter diuidens, legere mallet: אפל המנרה. Sed adiectiuo articulus non praeponi solet, vbi nomini non praepositus est. Idem obstat Hensleri coniecturae: אפל המנרה, *caligo persequens, versolgend Dunkel*. Verum nihil omnino mutandum. אפל מנרה est appositio, saepe obuia: *caligo, late tentum quid* (coll. Arab.

نح, *dilatauit*, vnde نح, *amplizudo*), i. e. caligo late
extensa.

extensa. Idem expressit hic vates, quod Moses, Deut. XXVIII, 29.

23. Debuisset hoc versu novum Caput incipi; nam inde ab hoc cominate laeta promittuntur. (כי לא-לה) *Sed non amplius caligo spissa erit, ubi angustia erat.* מצק h. l. haud dubie *angustiam* indicat eorum, qui in spissa caligine oberrant, *angustiam tenebrarum.* (כעה-הגרים) In eo, qui sequitur, loco interpretando, dici vix potest quam inanem operam viri docti nauauerint. Rectum mihi perspexisse videtur solus HERDERVS in *Geist der hebräischen Poesie*. P. II, p. 435 seq. Eum igitur sequemur. Alias interpretationes, notatu dignas, in singulari Excurso recensēbimus. — A tristibus temporibus transit vates, vt fere solet, ad laetiora. Rege aliquo, qui omnibus animi virtutibus et dignitatis ornamentis praeditus erit, regnante, aurea aetas redibit. Ad huius aetatis descriptionem vates primum vitur imagine, ex antiquissima populi Israelitici historia desumpta. Sicuti olim, Iudicum temporibus (Iudic. IV. conf. infra Cap. IX, 3.), Naphtalitae et Sebulonitae primi ab Israelitarum ceruicibus iugum seruile deiecerant; ita tempore seriore ex iisdem illis regionibus toti terrae novus fortunae fulgor lucebit. (הקל, *leuauit scil. a seruitute,* מַעֲבָרָה, I Regg. XII, 4., respondet הכביר, membro posteriori. *via maris scil. Tiberiadis siue Galilaeae in terra Sebulon et Naphtali fiti, vtraque enim tribus partem huius maris occupauit; Sebulon quidem australem, Naphtali septentrionalem.* (עבר הירדן) hic vertendum est *secus*, siue *iuxta*, notatque proximam Iordani oram, vtriusque lateris. גליל גרים *fines populorum, barbarorum, limitanea barbarorum*, quod ad extremum est Palaestinae limitem. Vt elegans huius loci sensus eo magis percipiatur, Herderi versionem adscribo:

Nicht ist es dunkel mehr, wo's so dickdunkel war!

Gleich jener alten Zeit, da er in Zabulon

Und

Und Naphthali zuerst abwarf das Ioch;
 Beglänzet er auch in der spätern Zeit
 Den Weg am Meere über den Jordan hin,
 Das dunkle Völkergewühl.

CAP. IX.

I. צלמור. Plerique antiquiorum interpretum reddunt *umbram mortis*, quasi compositum esset ex צל et מור, vt sit Homeri θανάτος νεφός. Alii vero legendum censent צלמור, idque conferendum existimant cum Arab. ظلمات siue ظلموت tenebrae, siue caligo, a ظلم tenebricosus fuit, vt a מור formatur מלפניו. Vid. LVD. DE DIEU ad Job, XII, 22. GEYERVM ad Ps. XXIII, 4. XLIV, 20. IO. ABRAH. KROMAYER de usu Linguae Arab. p. 90., ad Job, III, 5. FRORIEY in Specim. Notar. Corann. ad Vet. Test. p. 61. REISKIUM ad Job, III, 5. Aliis puncta vocalia vulgaria non mutanda videntur, quamquam vocabulum nostrum etiam ad צלם, obscurus fuit, referunt; vt sit secundum formam פקדונה, quae alias in פקדונה contracta est. Vid. SCHROEDERI Instit. ad Fundamm. Ling. Hebr. Reg. XCIV, a. VAN WAENEN Specim. Philolog de Ling. Hebr. Pomoeriis ampliandis §. XLIV, . b. in Sylloge Dissertat. sub Praesid. A. Schultens, I. I. Schultens et N. G. Schroeder defensor. P. II. p. 760.

2. Nunc Vates futuram felicitatem, prosperissimumque populi statum copiosius describit. Primum ait: Deum populo insignem laetitiam creasse, quod copias eorum ita auxerit, vt magnam iam gentem constituant. ללא הגדלה השמחה. Pro ללא Masorethae in margine legendum iubent לר, vnde sensus orietur, illi, eidem genti, quam nunc auxisti, magnam concitasti laetitiam. Hanc lectionem ex veteribus exhibent

hibent Alexandrini, Chaldaeus et Syrus. Lectionem א ל
 vero expressit Symmachus, qui posuit: ἐπληθύναι το εἶδος ὁ
 ἔκ ἐμεγαλύναι, et Hieronymus, qui habet: *non magnificasti
 laetitiam*; quam lectionem, quamquam ex primo intuitu
 contextui nullo modo congrua videtur, interpretes tamen
 haud pauci τφ Keri praeferunt. Varie autem eius sensum
 exponunt. Ludovicus de Dieu haec verba ex lectione תס
 כחיב sensu interrogatio sumit: *magnamne fecisti laetitiam?
 annon magnam fecisti laetitiam?* vt א ל positum sit pro א ל ה,
 vt saepius; vid. NOLDII *Concordant. Particularr.* sub א ל, §.
 3. Verum qui totum contextum legerit, speate sentiet,
 orationem prophetae esse planiorem, efficaciorum et elegan-
 tiorum, si haec verba sine interrogatione sumantur. Alii
 subintelligunt א ש, vertuntque: *cui non magnam olim fece-
 ras laetitiam*; quae interpretatio vereor an satis congruat
 vltatori constructioni Hebraei sermonis, postulanti, si sen-
 sus foret, qui ponitur, vel: א ש ר לא הגדלח לך, vel:
 לא ש ר לא הגדלח. Aliter כחיב interpretatur KOCHERVS in
Vindicc. p. 69. „Phrasin hanc, inquit, per tritam simul et
 elegantem Orientalium figuram explicandam censeo, hac
 sententia: *Si dicam magnam laetitiam, parum est; erit enim
 summa; qualis illorum esse solet, quibus vel uber annona con-
 zigit, vel qui hostibus deuictis praedam partiuntur.* Id com-
 parationis negatiuae genus multi ponderis, cuiusmodi illud
 Cap. XXIX, 9. שכר ו לא יין, *inebriati sunt, et non vino*;
 i. e. multo vehementius quam vino. Geminum Ies. LI, 21.
 Adde Proverb. XVII, 12. et quae alia citat exempla Schul-
 tensius ad Proverb. VII, 10. vbi legitur: *accipite discipli-
 nam meam, et minime argentum*, h. e. multo potius quam
 argentum. Vis eadem ac in Plautinis per πλοκη dictis:
 Afin. I, 11. 8. *Nam mare haud est mare, vos mare accerrimum.*
 Et Bacch. III, 1. 4. *Bacchides, non Bacchides, sed Bacchae
 sunt accerrumae.*“ Docta quidem interpretatio; sensus ve-
 ro non elegans. MICHAELIS *Biblioth. Orient.* P. XIV. p. 134.,
 falsus: licet utramque lectionem posse commodum sensum ad-
 mittere,

mittere, textuali tamen praelata, coniecit, השמחה prius in השמחה iungendum fini praecedentis הנדלח tanquam paragogicum, et שמחה dein referendum ad proxime sequens שמח, orituro sentu: *amplificasti gentem, quam antea non magnam feceras; nunc igitur gaudio gaudent*, i. e. gaudent insigniter etc. Sed coniectura haec, nulli, quod sciam, antiquo testi, praeter Symmachum fortasse, innixa, quaeque voces insuper sollicitat, in quibus nulla hucusque varietas innotuit, erit omnino superuacanea, si לא ex antiquo scribendi modo accipiamus pro לו, quod pauci codices Hebraei manuscripti in textu habent. Offendit nonnullos לו verbo הנדלח praemissum. Verum salua analogia linguae Hebraeae ita construi posse, satis offendit VITRINGA in *Observatt. SS. Lib. III. Cap. XVII. exemplis plurimis*, vt. Psalm. LXVIII, 30. לו חתקה et לו יתקה, quibus addi potest לו יבילו מלכים שיר Levit. VII, 7. 8. 9. 14. 33. Lectionem לו recentiorum plerique, inter quos Dathe, Doederlein, Lowth, praeferunt; nec non qui diligentius huius lectionis varietatem expendunt, VITRINGA in *Observatt. SS. l. c. et AVRIVILLIUS in Dissertat. de varietate lectionis לא et לו in Cod. Bibl. p. 481—484. Lubens adstipularer Herdero, qui לא pro interiectione exultantis habet, vinam! o si! modo plura exempla huius significationis adduci possent. Nam Thren. I, 12. לא est exclamatio dolentis, vae! eheu! vid. MICHAELIS Supplement. P. V. p. 1392. (שמח לפניך) Laetitia est pacis atque abundantiae comes; sed laetitia coram Deo memoratur, vt significetur gaudium, quale est proborum, qui nihil agere solent, quod Iehouae displiceat. Desumpta est locutio ab Israelitis, Eucharistica, primitias, decimas, ferentibus Hierosolyma in templum, et, mensa in atriis templi commode structa, ipso coram Domino, cum gratiarum actione se mutuo concitantibus ad hilaritatem; vid. Deut. XII, 7. XIV, 26. (כשמחה בקציר) Pro בקציר Lowthus legere mavult sive קציר, quod in Cod. vno inuenitur, sive הקציר, quod item Codex vnus exhibet; hac ratione permotus, quod no-*

men praecedens in regimine positum est. Verum nihil mutandum censuisset, si animaduertisset, figuram hanc grammaticam Hebraeis Esaiæque esse vsitatam, vt ישבי בארץ וי. praeced., מאחרי בגשף, מִשְׁכִּימֵי בְּבִקְרָה supra V, 11. דָּרִי בְּעַ 2 Sam. I, 21. etc. Vbi copiosa fuit messis, ibi etiam hilaritas summa est, et messorum, et eorum, qui agrorum domini sunt; quare magna lætitia intelligenda est. (כאשר ינילו) prorsus respondet Graeco ἀγαλλιασθαι, *exsultare*, et plus est quam שמח, vt apparet ex Hof. IX, 1. (בחלקם שלל) *Cum spolia diuidunt*, h. e. in victoria, postquam spolia diuiduntur.

3. Hoc versu, vt alteram felicitatis partem, profert omnimodam liberationem a seruitute. Arguantur, qui hæc referunt ad liberationem Iudæi populi a Sanheribo. (על סבלו) *Iugum baiulationis*, i. e. iugum impositum ad baiulandum, iugum, quod quis instar grauis oneris baiulat. (מטה שכמו) Vulgo vertunt *virgam*, seu *baculum*, quo humerum percutiuntur. Verum aptius haud dubie vocabulum מטה hic eadem significatione sumitur, quam habet מטה, *vestis, lignum, quod innititur ceruici, humeris incumbens*, humeros premiens, quod *iugi* est. Cont. Nahum. I, 15. *Confringam* מטהו *iugum eius a te, et vincula tua confringam.* (כיום מדין) *Vt die Midianis*, h. e. praelii Midianitici; יום hic sumitur, vt saepe Arabes suum *يوم* vsurpare solent, de *die praelii*; vnde *dies* dicitur *gentis* qui eiu. clade et strage insignis est; e. c. *يوم بدر* *dies Bedrensis*, i. e. praelium Bedrense. Vid. Schultensium ad Job. III, 4. Respicit vates historiam liberationis, quae obtigit populo Israelitico, duriter presso a *Midianis*, per Gideonem, vid. Iud. VII.

4. (כי כל סאון סאון ברעש) Haec verba diuersimode accepisse interpretes, non est mirum, cum radix סאון praeter hunc locum non occurrat in Codice Hebraeo. Silentio praetermissis interpretationibus iis, quae, cum nullo plane

argumento philologico nitantur, merae hariolationes sunt; ex veteribus vnum commemoro Syrum, qui verba nostra

reddit: [כא וכל עם] כל וכל, *omnis vox audirur cum tumultu*. Forſan legit כָּאָוּ, vt habent tres, aut quatuor codices Kennicottiani. Sic et *clamorem bellicum victoris* interpretatus eſt Jarchius, hic quidem non aliter legens, ſed כָּאָוּ et כָּאָוּ explicans, ope permutationis litterarum. Sic et ſenſit Clericus, punctum diacriticum nominis כָּאָוּ, forte vitioſum eſſe, dicens, reſcribendumque כָּאָוּ. Arabicum كِشَان, *deturpauit*, contulerat Ludovicus Capellius; male ille quidem, vt iam monuit Schultenſius, cum, quod كِشَان eſt pro كِشِين, quod reſpondet potius Hebraeo כִּשׂוּן, *urina*; deinde, quod vix apta Ieſaiae loco *deturpandi*, *ignominia adſiciendi* notio videtur. SCHULTENSIVS in

Animadverſſ. Philologg. ad h. l. confert Arab. كِشَان, *face-re, agere*, vnde كِشَان, *negotium*; hinc vertit: *omnis actio aliquid agentis in tumultu fit bellico*. Verum inter reliqua carminis enthuſiaſtici hanc interpretationem non valde ſonoram eſſe, quiſque ſponte ſentiet. Aptiorem interpretationem offerunt ceterae dialecti Orientales. Nempe כָּאָוּ Syris, Chaldaeis, Samaritanis, Aethiopibus ſignificat *calceavit*. Nec vero hic, vbi de bello ponitur, ad *calceos* referendū, ſed ad *ocreas*, quas Syri ab eodem verbo كِشَان vocant, quarumque in bello olim plurimus uſus, confer I Sam. XVII, 6., Ephes. VI, 15. (cui Homeri lectori non in mentem veniunt ἐνκνημίδες Ἀχαιοί?). Hinc equidem vertendum cenſeo: *omnis ocrea eius, qui ocreas accingebat in tumultu ſcil. belli, praelii, cet.* Michaelis כָּאָוּ vertit in Participio Paſſiuo: *omnis ocreatus ocreas accingit ad tremorem*, quaſi dicere voluiſſet vates: quiſquis ad bellum ſe accingit, ſed ideo tantummodo, vt in fugam ſe coniciat. NOEISEL in *Obſervatt. Philologg. Selectt.* ad loca quaedam Ieſaiae

Isaiæ p. 96. ipsum quidem Aramaeum ארם conferens, locum nostrum interpretatur ita: *omne calceamentum conculcabitur*, vel potius *calceabitur se*, erit cum strepitu, quia calcei vel cretæ militares, clavis suffixis instructæ, aut ex ferro vel chalybe confectæ, sonum ingentem ac strepitum cum reliquis instrumentis bellicis edebant. Ceterum ego hunc verum non ad praelium Midianiticum referendum existimo, ut interpretes longe plerique, e. c. Doederlein et Dathius, qui vertit: *cum quisque trepidans alligabat caligam; et amiculum nocturnum in sanguine volutabatur*; sed ad descriptionem futurae aureae ætatis illum pertinere puto. Sensus est. omnia arma bellica, tanquam inutilia combustioni traditum iri. Habeo mecum consentientem HERDERVM, qui in libro iam laudato: *Geist der hebräischen Poesie*. P. II. p. 437. hunc versum reddit ita:

*Und alle Waffen der rauschenden Kriegsschlacht
Und alles Kriegsgewand, getunkt in Blut,
Wird, hin zum Feuer getragen,
Der Flammen Speise nun. — —*

שמלה quod proprie *vestem exteriorem, pallium*, notat (vid. supra ad Cap. III, 6.), hic, flagitante contextu *chlamydem bellicam* indicabit.

5. 6. Nunc futurus ille rex depingitur, a quo tanta felicitas populo sit expectanda. Omnia illa nomina praeclara, omnesque virtutes, quibus gens Dauidica et antiqui Israelitarum heroes insignes erant; huic vni inerunt. Omnium optime hunc locum mihi tractasse videtur Herderus, l. c. *Filiorum Dei* nomine reges a veteribus insignitos esse satis notum est. לְבוֹן — (נחן) Intelligitur haud dubie *Deo genitus*, διογενής, conf. Psalm. II, 7. II. LXXXIX, 28. 2 Sam. VII, 14. (וחהי המשרה על שכמך) Obseruandum est ad hanc dictionem metaphoricam, veteres imperium censuisse veluti impositum humeris, quod signa imperii et potestatis, gladius et epomis regia (conf. infra Cap. XXII, 2.) humeris imposita erant

erant et ab iis pendebant. Conf. *Lipsium* ad *Tacit. Anall.* L. I. Cap. 35. (ויקרא) Scil. איש, impersonaliter, vt notum; conf. 1 Sam. IX, 9. XIX, 22. Ierem. XXIII, 6. Ies. XLIV, 5. (פלא) Conf. Pf. CXVIII, 23. Iudic. XIII, 18. אל hic est *fortis, potens, heros*, vt Job. XLI, 17. 2 Regg. XXIV, 15. (אבי ער) Hoc nomen ex Pf. LXXXIX, 27. 2 Sam. VII, 14. 16. desumptum et ad regem illum futurum translatum. Dathius ער אבי vertit *aeternum* ex significatione vocis אב apud Arabes frequentissima, qua *patrem* alicuius rei vocant, qui eam possidet. Sic vulpes in fabula Locmanni VI. *pater pulchritudinis* dicitur. (שר שלום) Alludit haud dubie ad Salomonem eiusque regnum, conf. Pf. LXXII, conferenda et descriptio futurae aureae aetatis, *pace* quoque *uniuersa* fortunatae, infra XI, 6. 7. 8., Zach. IX, 9. 10.

6. מרבה alii vt participium formae *Hiphil* accipiunt, vertuntque *multiplicanti*; alii vt *nomen*, formae מראה, משקה. Posterior sententia videtur convenientissima huic loco. מרבה eodem modo sumi potest, quo affine הרבה, receptius vsu, et commode verti, *amplum, amplitudo, amplificatio*, vt infra XXXIII, 23. Ceterum haec vox habet hoc singulare, quod Mem sit clausum in media voce. Codices nonnulli (vt quindecim Kennicottiani, duodecim Rossiani, nec non *Iesaias* sine punctis cum Commentor. R. Salomo fil. Isaac, 4. Veronae, 1652. editus) למרבה, cum Mem aperto, habent. Longe tamen plerique codices ad marginem: Haud pauci Iudaeorum et Christianorum interpretes magnum sub hoc Mem latere mysterium existimant, atque in eo inuestigando varii varia adferunt, quae hic in medium proferre, taedet. Recte iam Elias Leuita *Masoreth.* p. 52. vidit, olim in codd. nonnullis vocabulum nostrum diuisim scriptum fuisse, לם רבה, quod punctandum vel, לָם (לָהֶם) *ip̄sis multiplicauit imperium*, vel, לָם רָבָה, *ip̄sis creuit*, seu, *multiplicatum est imperium*. Hanc lectionem exhibet quoque vnus Codex Rossianus vetustissimus. Praeferenda tamen haud

haud dubie lectio למרבה, quam omnes quoque interpretes veteres exprimunt. Respondet manifeste לשלום. Plura hac de re vide in CAPELLI *Crit. S. P. I.* pag. 198. 199. edit. Haléns. Conf. de Rossi ad h. l., et Henric. Michaelis in notis criticis ad Biblia Halensia. — קנאה, *Zelus*, hic est accipiendus in bonam partem, de *ardente amore*, vt Cant. VIII, 6. vbi cum אהבה conjugitur. Ardens Dei amor erga populum suum, huic principem tam laudabilem dabit.

Sunt tam inter Iudaeos, quam inter Christianos interpretes, qui illustrem hunc locum de *Hiskia* intelligant. Ex recentioribus nuper Henslerus quoque hanc sententiam defendit. Vates, ex acutissimi viri interpretatione, hic exprimit bonam spem, quam Israelitae de *Hiskia* conceperant. יור h. l. *adolēscētem* reddendum censet, qua significatione hoc vocabulum Genes. XXI. passim de *Ismaele*, iam adulto, et I Regg. XII, 8. de amicis iuuenibus Rehabeamni vsurpatur. אל נבור *Deum fortem* quidem reddit, sed habet id pro nomine proprio, quale אֱלִיָּשָׁר, אֱלִיָּצָר, אֱלִיָּמֶלֶךְ, אֱלִיָּעָר, regi futuro tributo. ער אבי עם cum *Vogelio* reddit: *patrem perpetui*, i. e. qui se semper tanquam verum suorum patrem exhibet, *patrem patriae*; confer infra XLIII, 27., vbi sub אבות אבות populi principes et proceres intelligit. ער עולם interpretatur, *a modo*, inde ab hoc tempore, quo magnas illas, quae de eo praedicuntur res, confecerit, *vsque ad tempora seriora*. — Equidem a me impetrare non possum, vt credam, vatem ad futurum *Hiskiae* regnum describendum imaginibus tam magnificis (vs. 1. 2. 3. 4.) vsu esse, et principi illi nomina tam illustria tribuisse. Apposite, ex meo quidem sensu, HERDERVS, in libro saepius iam laudato, p. 437., postquam verum 6. vertisset, addit: *Konze der Prophet abermals deutlicher zu erkennen geben, worauf er ziele? Wahrlich auf keinen Hiskia, oder Hiskias Sohn, als ob er ein Geburtscarmen schriebe; er redet von einem Könige,*

der alle Namen und Segen des Geschlechts David auf sich trüge, und die verheißne glückliche goldne Zeit brächie. — Solent vero vates post tristium temporum et publicarum calamitatum comminationes sese et piorum animos spe laetiorum temporum, quae sub Messia reditura sperabant, erigere et consolari; cuius rei exempla plura non apud nostrum tantum, verum apud ceteros quoque prophetas inueniemus.

CAP. VIII. 1. *Ioua me iussit membranae magnae inscribere scriptura vulgari haec verba: properat rapina! festinat praeda!*

2. *Testes huius rei adhibui fide dignos, Vriam sacerdotem, et Sechariam, filium Feberchahu.*

3. *Coniux vero mea, ex me grauida facta, peperit filium, quem Iehoua iussit vocare: Maher-Scholal-Chasch-Baz.*

4. *Futurum enim esse, ut, antequam puer nomen patris matrisue balbutire possit, opes Damasci et Samariae spolia Regi Assyriae in triumpho praeferantur. —*

5. *Porro Iehoua mihi dixit:*

6. *Quoniam hic populus spernit aquas Siloae leniter fluentes, et laetatur de Rezino et Remaliae filio;*

7. *Dominus adducet in vos aquas Euphratis rapidas et multas, regem Assyriae cum omnibus eius copiis. Transcendet omnes suos alueos, et excedet omnes ripas (al. aggeres) suas*

8. *Perrumpet etiam in Iudaeam, exundabit, transibit, et ad collum usque perringet. Alae eius (regis Assyrii) totam terram tuam, quam late patet, obtegent, o Immanuel! — —*

9. *Sociamini gentes, sed prosternemini! — Audite, vos omnes, remotissimae gentes! — Accingite vos, sed prosternemini! — Accingite vos, sed prosternemini!*

10. *Confilia inite, sed dissoluentur! Decernite rem, sed irrita erit! — Nam nobiscum Deus!*

11. *Allocutus vero est me Iehoua, manu me prehensens, serio me admonuit, ne viam huius populi ingrederer;*

12. *Ne cogitate, inquit, de foedere, secundum huius populi morem, qui de nulla alia re, quam de foedere cogitat; ne, quod illi pauore religioso venerantur, vos reuereamini aut timeatis!*

13. *Iehouam, summum imperatorem, veneramini! Hunc reuereamini, hunc timeatis!*

14. *Et sic asylum vobis piis praebebit; lapis vero offendiculi et saxum illisus erit duabus domibus Israeliticis; laqueus et tendicula ciuibus Hierosolymorum,*

15. *In quo multi offendent, et lapsi frangentur, et illaqueati capientur.*

16. *Fac in volumen redigantur effata diuina; obfignentur decreta Dei per meos discipulos!*

17. *Ego vero expectabo auxilium Iehouae, qui nunc abscondit faciem suam Iacobitis, et in eo sperabo.*

18. *En me, atque pueros, quos Iehoua mihi dedit, in signum et prodigium Israelitis, a Iehoua, imperatore summo, qui in Zione habitat.*

19. *Igitur si vobis dixerint: consulite necromantes et harios, qui pipiunt et spiritum altum ducendo loquuntur; respondete: an non populus Deum suum consulat? an pro viuis mortuos adibit?*

20. *Oracula et effata Iehouae consulite! Quod si haec, quibus nulla fascinationis suspicio inest, negligent;*

21. *Terrore pressi et famelici per terram vagabuntur. Famelicus et iratus, maledicet regi suo et Deo suo, oculis in altum sublaris.*

22. *Terram si intuetur, en angustiae, tenebrae densissimae, vrgens malum, caligo late extensa! — —*

23. Sed non amplius caligo spissa erit, ubi antea tenebrae angustae erant! — Sicut tempore priore terram Sebulon et terram Naphthali liberavit, ita tempore seriore illustrem faciet viam maris ad Iordanum et gentium limites.

CAP. IX. 1. Populus, in tenebris versatus, splendidam lucem videbit; et, qui cimmerias regiones colebant, iis sol affulgebit.

2. Amplam facis hanc gentem, magna eam laetitia beas. Laetantur coram te, quemadmodum fieri solet in messe; quemadmodum exultare solent, cum spolia diuidunt.

3. Nam iugum, quod baiulavit, iugum, humeris eius impositum, virgam exactorum fregisti, ut die Midianitico.

4. Omnis ocrea caligari in praelio, omnis vestis in sanguine volutata incendetur ut sit pabulum ignis.

5. Nam puer nascetur, filius nobis dabitur, cuius humeris imponetur principatus; qui appellabitur, Deus heros, immortalis, pacificus.

6. Amplissimi eius principatus et pacis nullus finis erit. Throno Davidis insidebit; regnum eius stabiliet et firmabit iustitia et aequitate, ab hoc tempore, usque in seculum! — Ardens Iehouae, Imperatoris summi, amor haec faciet!

CARMEN SEPTIMUM.

(CAP. IX, 7—X, 4.)

A r g u m e n t u m.

In hoc carmine vates Israelitas reprehendit, qui se in perniciem regni Iudaici iunxerant Syris, atque dum ex hoc foedere magna commoda sperabant, prophetae admonitiones, hoc foedus dissuadentis, contemnebant. Redarguit igitur eorum crimina, atque iram Dei denuntiat, breui erupturam cum reipublicae pernicie atque interitu. — Ceterum obseruent lectores iustam singularum partium dispositionem in hoc carmine. Totum carmen quatuor absoluitur partibus: 1) vs. 7—11.; 2) 12—16.; 3) 17—20.; 4) Cap. X, 1—4.; singulae autem partes sunt bimembres. Priore proponitur vitium; posteriore comminatio poenarum diuinarum.

Ad idem tempus, quo duo carmina praecedentia enuntiata sunt, hoc etiam esse referendum; ipsum eius argumentum clare docet.

Quatuor priores Cap. X. versus Koppius non ad hoc carmen pertinere existimat; quod multo leuiores minantur, quam ea, quae praecedunt. Ex eo, quod vs. 1. Cap. X. cum וְרִי incipit, suspicatur, quatuor versus illos excidisse ex Cap. V.; ubi plures sectiones minores cum וְרִי incipiunt. — Mihi quidem recte monuisse videtur Koppius, quatuor priora Cap. X. commata non esse apte collocata. Nec tamen ideo ex hoc carmine eliminanda videntur. Inferenda fortasse sunt post versum 16. Capitis IX.

7. 8. 9. Primum vates arguit Ephraimitarum fastum et contemptum, quo exceperant oracula prophetarum Iehouae, quibus infelix coeptorum exitus iis denunciabatur. Per verbum, missum in Iacobum etc. haud dubie intelligendum ipsum nostrum vaticinium. דבר vero hic esse oraculum, minas continens et denunciations poenarum diuinarum, ipse contéxtus docet. Alexandrini verterunt ἄνατον, pestilentiam (conf. Grotium ad Matth. XXIV, 7.), quasi extulissent דבר, quod Walthero quoque placuit. Sed, ut alia mitam, pestilentiae quomodo conuenit verbum נפל? — נפל, cecidit, verbum, oraculum minans, fulminis instar, ut bene obseruat SCHVLTENS Origg. L. I. Cap. VI. §. XI. p. 273.

8. יודעי דעם כלו) *Experientur* hoc verbum, et has minas Ephraimitae, qui, ut sunt animo insolenti, et vano, cum aliquid simile ab aliis obtenditur, cum sibilo excipiunt verba minacia, seque contra omnia aduersa satis paratos esse putant. Est autem satis verisimile, hoc idem iam saepe Ephraimitas audiuisse, et verbis, quae statim commemorantur, has propheticas minas exhibuisse. — ידע saepius dicitur de eo, qui *experitur* poenas, quas praenunciatas antea contempsit; ut Hof. IX, 7. *Venerunt dies visitationis, illuxerunt dies retributionis et vindictae*, ידעו ישראל, *experientur Israelitae*: nec non Job. XXI, 19. ישלם אליו וידע, *retribuet ei et experietur*. Eodem plane modo Arabes suum علم vsurpant. Proprie enim id notat *nouit, sciuit*; sed in Corano saepissime significat *poenas expertus est, poenas luit*. Sic Sur. XXVI, 48. Phrao incantatoribus suis, qui Mosis miraculis fidem adhibebant, minatur: فليقول
 ١ ٢ ٣ ٤ ٥ ٦
 ١ ٢ ٣ ٤ ٥ ٦ ٧ ٨ ٩ ١٠ ١١ ١٢
 ١٣ ١٤ ١٥ ١٦ ١٧ ١٨ ١٩ ٢٠ ٢١ ٢٢ ٢٣ ٢٤
 ٢٥ ٢٦ ٢٧ ٢٨ ٢٩ ٣٠
 ٣١ ٣٢ ٣٣ ٣٤ ٣٥ ٣٦ ٣٧ ٣٨ ٣٩ ٤٠ ٤١ ٤٢
 ٤٣ ٤٤ ٤٥ ٤٦ ٤٧ ٤٨ ٤٩ ٥٠ ٥١ ٥٢ ٥٣ ٥٤
 ٥٥ ٥٦ ٥٧ ٥٨ ٥٩ ٦٠ ٦١ ٦٢ ٦٣ ٦٤ ٦٥ ٦٦
 ٦٧ ٦٨ ٦٩ ٧٠ ٧١ ٧٢ ٧٣ ٧٤ ٧٥ ٧٦ ٧٧ ٧٨
 ٧٩ ٨٠ ٨١ ٨٢ ٨٣ ٨٤ ٨٥ ٨٦ ٨٧ ٨٨ ٨٩ ٩٠
 ٩١ ٩٢ ٩٣ ٩٤ ٩٥ ٩٦ ٩٧ ٩٨ ٩٩ ١٠٠
 ١٠١ ١٠٢ ١٠٣ ١٠٤ ١٠٥ ١٠٦ ١٠٧ ١٠٨ ١٠٩ ١١٠
 ١١١ ١١٢ ١١٣ ١١٤ ١١٥ ١١٦ ١١٧ ١١٨ ١١٩ ١٢٠
 ١٢١ ١٢٢ ١٢٣ ١٢٤ ١٢٥ ١٢٦ ١٢٧ ١٢٨ ١٢٩ ١٣٠
 ١٣١ ١٣٢ ١٣٣ ١٣٤ ١٣٥ ١٣٦ ١٣٧ ١٣٨ ١٣٩ ١٤٠
 ١٤١ ١٤٢ ١٤٣ ١٤٤ ١٤٥ ١٤٦ ١٤٧ ١٤٨ ١٤٩ ١٥٠
 ١٥١ ١٥٢ ١٥٣ ١٥٤ ١٥٥ ١٥٦ ١٥٧ ١٥٨ ١٥٩ ١٦٠
 ١٦١ ١٦٢ ١٦٣ ١٦٤ ١٦٥ ١٦٦ ١٦٧ ١٦٨ ١٦٩ ١٧٠
 ١٧١ ١٧٢ ١٧٣ ١٧٤ ١٧٥ ١٧٦ ١٧٧ ١٧٨ ١٧٩ ١٨٠
 ١٨١ ١٨٢ ١٨٣ ١٨٤ ١٨٥ ١٨٦ ١٨٧ ١٨٨ ١٨٩ ١٩٠
 ١٩١ ١٩٢ ١٩٣ ١٩٤ ١٩٥ ١٩٦ ١٩٧ ١٩٨ ١٩٩ ٢٠٠
 ٢٠١ ٢٠٢ ٢٠٣ ٢٠٤ ٢٠٥ ٢٠٦ ٢٠٧ ٢٠٨ ٢٠٩ ٢١٠
 ٢١١ ٢١٢ ٢١٣ ٢١٤ ٢١٥ ٢١٦ ٢١٧ ٢١٨ ٢١٩ ٢٢٠
 ٢٢١ ٢٢٢ ٢٢٣ ٢٢٤ ٢٢٥ ٢٢٦ ٢٢٧ ٢٢٨ ٢٢٩ ٢٣٠
 ٢٣١ ٢٣٢ ٢٣٣ ٢٣٤ ٢٣٥ ٢٣٦ ٢٣٧ ٢٣٨ ٢٣٩ ٢٤٠
 ٢٤١ ٢٤٢ ٢٤٣ ٢٤٤ ٢٤٥ ٢٤٦ ٢٤٧ ٢٤٨ ٢٤٩ ٢٥٠
 ٢٥١ ٢٥٢ ٢٥٣ ٢٥٤ ٢٥٥ ٢٥٦ ٢٥٧ ٢٥٨ ٢٥٩ ٢٦٠
 ٢٦١ ٢٦٢ ٢٦٣ ٢٦٤ ٢٦٥ ٢٦٦ ٢٦٧ ٢٦٨ ٢٦٩ ٢٧٠
 ٢٧١ ٢٧٢ ٢٧٣ ٢٧٤ ٢٧٥ ٢٧٦ ٢٧٧ ٢٧٨ ٢٧٩ ٢٨٠
 ٢٨١ ٢٨٢ ٢٨٣ ٢٨٤ ٢٨٥ ٢٨٦ ٢٨٧ ٢٨٨ ٢٨٩ ٢٩٠
 ٢٩١ ٢٩٢ ٢٩٣ ٢٩٤ ٢٩٥ ٢٩٦ ٢٩٧ ٢٩٨ ٢٩٩ ٣٠٠
 ٣٠١ ٣٠٢ ٣٠٣ ٣٠٤ ٣٠٥ ٣٠٦ ٣٠٧ ٣٠٨ ٣٠٩ ٣١٠
 ٣١١ ٣١٢ ٣١٣ ٣١٤ ٣١٥ ٣١٦ ٣١٧ ٣١٨ ٣١٩ ٣٢٠
 ٣٢١ ٣٢٢ ٣٢٣ ٣٢٤ ٣٢٥ ٣٢٦ ٣٢٧ ٣٢٨ ٣٢٩ ٣٣٠
 ٣٣١ ٣٣٢ ٣٣٣ ٣٣٤ ٣٣٥ ٣٣٦ ٣٣٧ ٣٣٨ ٣٣٩ ٣٤٠
 ٣٤١ ٣٤٢ ٣٤٣ ٣٤٤ ٣٤٥ ٣٤٦ ٣٤٧ ٣٤٨ ٣٤٩ ٣٥٠
 ٣٥١ ٣٥٢ ٣٥٣ ٣٥٤ ٣٥٥ ٣٥٦ ٣٥٧ ٣٥٨ ٣٥٩ ٣٦٠
 ٣٦١ ٣٦٢ ٣٦٣ ٣٦٤ ٣٦٥ ٣٦٦ ٣٦٧ ٣٦٨ ٣٦٩ ٣٧٠
 ٣٧١ ٣٧٢ ٣٧٣ ٣٧٤ ٣٧٥ ٣٧٦ ٣٧٧ ٣٧٨ ٣٧٩ ٣٨٠
 ٣٨١ ٣٨٢ ٣٨٣ ٣٨٤ ٣٨٥ ٣٨٦ ٣٨٧ ٣٨٨ ٣٨٩ ٣٩٠
 ٣٩١ ٣٩٢ ٣٩٣ ٣٩٤ ٣٩٥ ٣٩٦ ٣٩٧ ٣٩٨ ٣٩٩ ٤٠٠
 ٤٠١ ٤٠٢ ٤٠٣ ٤٠٤ ٤٠٥ ٤٠٦ ٤٠٧ ٤٠٨ ٤٠٩ ٤١٠
 ٤١١ ٤١٢ ٤١٣ ٤١٤ ٤١٥ ٤١٦ ٤١٧ ٤١٨ ٤١٩ ٤٢٠
 ٤٢١ ٤٢٢ ٤٢٣ ٤٢٤ ٤٢٥ ٤٢٦ ٤٢٧ ٤٢٨ ٤٢٩ ٤٣٠
 ٤٣١ ٤٣٢ ٤٣٣ ٤٣٤ ٤٣٥ ٤٣٦ ٤٣٧ ٤٣٨ ٤٣٩ ٤٤٠
 ٤٤١ ٤٤٢ ٤٤٣ ٤٤٤ ٤٤٥ ٤٤٦ ٤٤٧ ٤٤٨ ٤٤٩ ٤٥٠
 ٤٥١ ٤٥٢ ٤٥٣ ٤٥٤ ٤٥٥ ٤٥٦ ٤٥٧ ٤٥٨ ٤٥٩ ٤٦٠
 ٤٦١ ٤٦٢ ٤٦٣ ٤٦٤ ٤٦٥ ٤٦٦ ٤٦٧ ٤٦٨ ٤٦٩ ٤٧٠
 ٤٧١ ٤٧٢ ٤٧٣ ٤٧٤ ٤٧٥ ٤٧٦ ٤٧٧ ٤٧٨ ٤٧٩ ٤٨٠
 ٤٨١ ٤٨٢ ٤٨٣ ٤٨٤ ٤٨٥ ٤٨٦ ٤٨٧ ٤٨٨ ٤٨٩ ٤٩٠
 ٤٩١ ٤٩٢ ٤٩٣ ٤٩٤ ٤٩٥ ٤٩٦ ٤٩٧ ٤٩٨ ٤٩٩ ٥٠٠
 ٥٠١ ٥٠٢ ٥٠٣ ٥٠٤ ٥٠٥ ٥٠٦ ٥٠٧ ٥٠٨ ٥٠٩ ٥١٠
 ٥١١ ٥١٢ ٥١٣ ٥١٤ ٥١٥ ٥١٦ ٥١٧ ٥١٨ ٥١٩ ٥٢٠
 ٥٢١ ٥٢٢ ٥٢٣ ٥٢٤ ٥٢٥ ٥٢٦ ٥٢٧ ٥٢٨ ٥٢٩ ٥٣٠
 ٥٣١ ٥٣٢ ٥٣٣ ٥٣٤ ٥٣٥ ٥٣٦ ٥٣٧ ٥٣٨ ٥٣٩ ٥٤٠
 ٥٤١ ٥٤٢ ٥٤٣ ٥٤٤ ٥٤٥ ٥٤٦ ٥٤٧ ٥٤٨ ٥٤٩ ٥٥٠
 ٥٥١ ٥٥٢ ٥٥٣ ٥٥٤ ٥٥٥ ٥٥٦ ٥٥٧ ٥٥٨ ٥٥٩ ٥٦٠
 ٥٦١ ٥٦٢ ٥٦٣ ٥٦٤ ٥٦٥ ٥٦٦ ٥٦٧ ٥٦٨ ٥٦٩ ٥٧٠
 ٥٧١ ٥٧٢ ٥٧٣ ٥٧٤ ٥٧٥ ٥٧٦ ٥٧٧ ٥٧٨ ٥٧٩ ٥٨٠
 ٥٨١ ٥٨٢ ٥٨٣ ٥٨٤ ٥٨٥ ٥٨٦ ٥٨٧ ٥٨٨ ٥٨٩ ٥٩٠
 ٥٩١ ٥٩٢ ٥٩٣ ٥٩٤ ٥٩٥ ٥٩٦ ٥٩٧ ٥٩٨ ٥٩٩ ٦٠٠
 ٦٠١ ٦٠٢ ٦٠٣ ٦٠٤ ٦٠٥ ٦٠٦ ٦٠٧ ٦٠٨ ٦٠٩ ٦١٠
 ٦١١ ٦١٢ ٦١٣ ٦١٤ ٦١٥ ٦١٦ ٦١٧ ٦١٨ ٦١٩ ٦٢٠
 ٦٢١ ٦٢٢ ٦٢٣ ٦٢٤ ٦٢٥ ٦٢٦ ٦٢٧ ٦٢٨ ٦٢٩ ٦٣٠
 ٦٣١ ٦٣٢ ٦٣٣ ٦٣٤ ٦٣٥ ٦٣٦ ٦٣٧ ٦٣٨ ٦٣٩ ٦٤٠
 ٦٤١ ٦٤٢ ٦٤٣ ٦٤٤ ٦٤٥ ٦٤٦ ٦٤٧ ٦٤٨ ٦٤٩ ٦٥٠
 ٦٥١ ٦٥٢ ٦٥٣ ٦٥٤ ٦٥٥ ٦٥٦ ٦٥٧ ٦٥٨ ٦٥٩ ٦٦٠
 ٦٦١ ٦٦٢ ٦٦٣ ٦٦٤ ٦٦٥ ٦٦٦ ٦٦٧ ٦٦٨ ٦٦٩ ٦٧٠
 ٦٧١ ٦٧٢ ٦٧٣ ٦٧٤ ٦٧٥ ٦٧٦ ٦٧٧ ٦٧٨ ٦٧٩ ٦٨٠
 ٦٨١ ٦٨٢ ٦٨٣ ٦٨٤ ٦٨٥ ٦٨٦ ٦٨٧ ٦٨٨ ٦٨٩ ٦٩٠
 ٦٩١ ٦٩٢ ٦٩٣ ٦٩٤ ٦٩٥ ٦٩٦ ٦٩٧ ٦٩٨ ٦٩٩ ٧٠٠
 ٧٠١ ٧٠٢ ٧٠٣ ٧٠٤ ٧٠٥ ٧٠٦ ٧٠٧ ٧٠٨ ٧٠٩ ٧١٠
 ٧١١ ٧١٢ ٧١٣ ٧١٤ ٧١٥ ٧١٦ ٧١٧ ٧١٨ ٧١٩ ٧٢٠
 ٧٢١ ٧٢٢ ٧٢٣ ٧٢٤ ٧٢٥ ٧٢٦ ٧٢٧ ٧٢٨ ٧٢٩ ٧٣٠
 ٧٣١ ٧٣٢ ٧٣٣ ٧٣٤ ٧٣٥ ٧٣٦ ٧٣٧ ٧٣٨ ٧٣٩ ٧٤٠
 ٧٤١ ٧٤٢ ٧٤٣ ٧٤٤ ٧٤٥ ٧٤٦ ٧٤٧ ٧٤٨ ٧٤٩ ٧٥٠
 ٧٥١ ٧٥٢ ٧٥٣ ٧٥٤ ٧٥٥ ٧٥٦ ٧٥٧ ٧٥٨ ٧٥٩ ٧٦٠
 ٧٦١ ٧٦٢ ٧٦٣ ٧٦٤ ٧٦٥ ٧٦٦ ٧٦٧ ٧٦٨ ٧٦٩ ٧٧٠
 ٧٧١ ٧٧٢ ٧٧٣ ٧٧٤ ٧٧٥ ٧٧٦ ٧٧٧ ٧٧٨ ٧٧٩ ٧٨٠
 ٧٨١ ٧٨٢ ٧٨٣ ٧٨٤ ٧٨٥ ٧٨٦ ٧٨٧ ٧٨٨ ٧٨٩ ٧٩٠
 ٧٩١ ٧٩٢ ٧٩٣ ٧٩٤ ٧٩٥ ٧٩٦ ٧٩٧ ٧٩٨ ٧٩٩ ٨٠٠
 ٨٠١ ٨٠٢ ٨٠٣ ٨٠٤ ٨٠٥ ٨٠٦ ٨٠٧ ٨٠٨ ٨٠٩ ٨١٠
 ٨١١ ٨١٢ ٨١٣ ٨١٤ ٨١٥ ٨١٦ ٨١٧ ٨١٨ ٨١٩ ٨٢٠
 ٨٢١ ٨٢٢ ٨٢٣ ٨٢٤ ٨٢٥ ٨٢٦ ٨٢٧ ٨٢٨ ٨٢٩ ٨٣٠
 ٨٣١ ٨٣٢ ٨٣٣ ٨٣٤ ٨٣٥ ٨٣٦ ٨٣٧ ٨٣٨ ٨٣٩ ٨٤٠
 ٨٤١ ٨٤٢ ٨٤٣ ٨٤٤ ٨٤٥ ٨٤٦ ٨٤٧ ٨٤٨ ٨٤٩ ٨٥٠
 ٨٥١ ٨٥٢ ٨٥٣ ٨٥٤ ٨٥٥ ٨٥٦ ٨٥٧ ٨٥٨ ٨٥٩ ٨٦٠
 ٨٦١ ٨٦٢ ٨٦٣ ٨٦٤ ٨٦٥ ٨٦٦ ٨٦٧ ٨٦٨ ٨٦٩ ٨٧٠
 ٨٧١ ٨٧٢ ٨٧٣ ٨٧٤ ٨٧٥ ٨٧٦ ٨٧٧ ٨٧٨ ٨٧٩ ٨٨٠
 ٨٨١ ٨٨٢ ٨٨٣ ٨٨٤ ٨٨٥ ٨٨٦ ٨٨٧ ٨٨٨ ٨٨٩ ٨٩٠
 ٨٩١ ٨٩٢ ٨٩٣ ٨٩٤ ٨٩٥ ٨٩٦ ٨٩٧ ٨٩٨ ٨٩٩ ٩٠٠
 ٩٠١ ٩٠٢ ٩٠٣ ٩٠٤ ٩٠٥ ٩٠٦ ٩٠٧ ٩٠٨ ٩٠٩ ٩١٠
 ٩١١ ٩١٢ ٩١٣ ٩١٤ ٩١٥ ٩١٦ ٩١٧ ٩١٨ ٩١٩ ٩٢٠
 ٩٢١ ٩٢٢ ٩٢٣ ٩٢٤ ٩٢٥ ٩٢٦ ٩٢٧ ٩٢٨ ٩٢٩ ٩٣٠
 ٩٣١ ٩٣٢ ٩٣٣ ٩٣٤ ٩٣٥ ٩٣٦ ٩٣٧ ٩٣٨ ٩٣٩ ٩٤٠
 ٩٤١ ٩٤٢ ٩٤٣ ٩٤٤ ٩٤٥ ٩٤٦ ٩٤٧ ٩٤٨ ٩٤٩ ٩٥٠
 ٩٥١ ٩٥٢ ٩٥٣ ٩٥٤ ٩٥٥ ٩٥٦ ٩٥٧ ٩٥٨ ٩٥٩ ٩٦٠
 ٩٦١ ٩٦٢ ٩٦٣ ٩٦٤ ٩٦٥ ٩٦٦ ٩٦٧ ٩٦٨ ٩٦٩ ٩٧٠
 ٩٧١ ٩٧٢ ٩٧٣ ٩٧٤ ٩٧٥ ٩٧٦ ٩٧٧ ٩٧٨ ٩٧٩ ٩٨٠
 ٩٨١ ٩٨٢ ٩٨٣ ٩٨٤ ٩٨٥ ٩٨٦ ٩٨٧ ٩٨٨ ٩٨٩ ٩٩٠
 ٩٩١ ٩٩٢ ٩٩٣ ٩٩٤ ٩٩٥ ٩٩٦ ٩٩٧ ٩٩٨ ٩٩٩ ١٠٠٠

tate Hubigantius וירעו hic mutat in וירעו (*pravi facti sunt*), cum וחו Cod. Kennicott.; Seckerus in ורברו; Lowthus in וירגברו, Chaldaei versione permotus, אַתְּרַבְרַבִּי vertentis, quomodo reddidit verbum נבה, supra Cap. III, 16. Verum bene obseruat KOCHERVS in *Vindicc.* p. 71., Chaldaicum intellexisse verbum ירע de imaginationibus et placitis vani superbique Ephraimitarum animi, vt et Abarbenel in suo Commentario fecit. — DOEDERLEIN ad ירע supplet רבר, et hunc verum vertit: *sed eam (sententiam) omnis populus, Ephraimitae ciuesque Samariae superbiante ac fastuoso animo accepere, dititantes etc.* לאמר. (בנאורה—לאמר) SCHULTZENS in *Animadversiff. Philologg. ad Ierem.* L, 11. interpunctione Masorethica neglecta, vertit: *Poenas luct omnis populus — ob superbiam et fastum eius.* Aptius vero iuxta accentus haec verba coniunguntur cum לאמר, *in fastu et superbia dicentes.*

9. Inducuntur loquentes ipsi Ephraimitae per prophetarum minas nequiquam deterriti a proposito inuadendae Iudaeae. Quamquam variis casibus afflicti olim a Syris magnam fecerant iacturam, et valde etiam imminuti fuerunt post mortem Ieroboami secundi; nunc tamen, consiliis et armis regis Syriae, socii sui, confidentes, tam sibi in sua potentia placent, vt pristinas calamitates prae sua facultate et opibus leuissimas reputent. (לבנים—נבנה) Opus lateritium, antea ex latere crudo exstructum, nunc vero hostium iniuria dirutum, pro latere crudo sectis quadratisque lapidibus instaurabimus. ו אבני גזית elliptice pro גזית גזית, 1 Regg. V, 17. גזית vero a verbo גזז, quod *vellere* significat, seu *detondere*, denotabit *lapidum durorum elegantem dedolationem* siue *laeuigationem*. Vulgatus sensum docte vertit, *quadris lapidibus*, scilicet *poliris et laeuigatis*. (שקמים—נחליה) שקמים esse *sycomoros*, arborum genus in Oriente longe frequentissimum, CELSIVS ostendit *Hierobot.* T. I. pag. 310. cui addendus HASSELQVIST *Iter Palaestinae.* pag. 535. vers. germ. NORDEN *Voyage d'Egypte et de Nubie*, p. 57. qui et iconem adieci:

Tab. XXXVIII. Arbor est vastæ, ramosa et in latum extensa, quæ incolis terrarum, sub feruido coelo sitarum insignem præstat vsum. In Aegypto et Palæstina frequentissime in littoribus et ad vias iuxta pagos plantata invenitur. Ab Aegyptiis veteribus adhibita fuit ad construenda conditoria, in quibus corpora mortuorum balsamo condita reponerent. Arbor huic vsui et omnino omnibus aedificiis valde apta, quippe quæ putredinem per plurima secula non admittit, et non nisi vetustissima corruptioni obnoxia. צדרא, *cedrus*, vid. not. supra ad Cap. II, 13. Lignum huius arboris durissimum ad aedificandum vsurpatum esse, स्पन्द्रेत ex 2 Chron. II, 7. Conf. FABER *Archäologie der Hebræer*. T. I. p. 368. 369. — Si ceciderint domus e latere crudo vilique sycomoro extructæ, pro illis aliae e quadrato lapide cedrinaque materia excitabuntur, in quas neque vis, neque tempus quidquam habeant iuris.

יֹשֶׁבֵי עֲלֵיוֹ (וישנב עליו) Qui Rezinum et eius regnum expugnabit, rex Assyriorum (vid. 2 Regg. XVI, 9.), idem victrices copias in vos quoque conuertet, et eodem victoriæ cursu vestram quoque regionem populabitur. Ergo exitium inuenietis, vbi quaesueratis salutem. שָׁנֵב, si locos consideres, in quibus legitur hoc verbum, significat, *altriorum esse, quam ut transcendendi aut capi possit* (vt Deut. II, 36. Proverb. XVIII, 10. Pf. CXXXIX, 6.); in secunda autem actiuum est. *Exaltare* itaque *hostes* est, superiores seu potentiores reddere. Pro צרי רצין Hubigantius, Doederlein et Henslerus triginta codicum auctoritate legunt שרי רצין, quasi vates perfidiam Syrorum denuntiet; vt hæc verba vertenda sint: *futurum est, vt Rezini principes etiam aduersus Ephraimitas excitet*. MICHAELIS, Alexandrinorum versione, ὄργος Σισω, permotus, legit צין הר. Lessionem vulgarem viri illi docti igitur censent mutandam, quod ea retenta, non bene intelligi possit, quomodo, si *Rezini* siue Syrorum *hostes*, i. e. Assyrii, Israelitas aggressuri sint; de Syris,
Israe-

Israelitarum focis, commate sequenti dici possit, eos inuafuros esse Israelitas. De ea re dicemus ad vers. seq. (וְאֵת-אֹיְבֵי יִסְכֶּסֶךְ) Verbum כִּכְכַּךְ veterum plerique interpretantur *veprium instar commiscere*. Quod FORERIVS ita explicat: „repetendum est autem illud *super cum*; vt scilicet conglomerati ipsum adoriantur; vel quod eodem tempore ex diuersis partibus eum adoriantur: quod versu seq. mox exponit.“ VATABLVS: „*permiscebit* subint. *populo ipsius*, i. e. efficiet, vt inimici regis Syriae veniant Damascum, et illic habitent, ac in toto regno eius.“ Verum propria radicis כִּכְכַּךְ vis est *tegere* (vid. e. c. Thren. III, 44.); nominationem *tegere*, inducere, *armis*, h. e. *armare*. Qui significatus, Arabibus quoque vsitatus (أَرْمِيهِ totum se operuit armis, vnde أَرْمِيهِ, arma, panoplia, vid. SCHVLTENSIVM ad Job. XL, 16. p. 1178. CLODII *Lexic. Hebr. Select.* pag. 354. seq. MICHAELIS *Supplementt. ad Lexx. Hebr.* P. III. pag. 1742 seq.) tam ad hunc locum, quam infra XIX, 2. aptissimus est.

II. (אֲרָם מְקָרָם) Cum Syrii fuerint focii Ephraimitarum, aliqua difficultas oritur, si אֲרָם hic *Syros* reddas; quoniam hi ipsi quoque ab Assyriis subacti sunt. Non placet quod GROTIVS habet: „nam Syri post mortem Rasinis adiunxerant se Assyriis.“ Melius videtur, quod VITRINGA monet, sub *Aramaeis* siue *Syris*, tam a Graecis et Romanis, quam ab Hebraeis aliisque Orientalibus scriptoribus saepe intelligi *Affyrios*. Id quod magis adhuc confirmauit MICHAELIS in *Spicil. Geograph. Hebraeor. Exterae*, T. II. p. 119., vbi et ex medii aevi scriptoribus Syriacis plura loca adfert, in quibus sub *Aramaea* manifeste intelligitur *Affyria*, omninoque *universa trans Tigrim regio*. Conf. BOCHARTI *Geogr. Sacr.* Lib. II. Cap. III. Sic apud Ieremiam, XXXV, 11. Rechabitae, postquam dixissent, se ex praescripto patris sui, Ionadabi, habi-

habitaſſe in tentoriis, vsque ad expeditionem Nebucadnezaris primam in hanc terram, addunt: *agedum, conferamus nos Hierosolyma, propter copias Chaldaeorum*, תַּמְּבֵי הַיָּל אַרְם, *et propter copias Syrorum*. Intelliguntur hic sine omni dubitatione tam *Cis-Euphratenses*, quam *Trans-Euphratenses Syri*. (פלשתיים מאחר) In libris Hebraeorum historicis, nobis seruat, nusquam quidem traditur, Philisthaeos illis temporibus inuasisse Israelitas; nec tamen inde colligi potest, id non factum esse. Nam Philisthaei, ab antiquo infesti Israelitis, omnes occasiones eis nocendi capiebant. Et solet sic fieri: *Δενος πεσσης πας ανηρ ευλευεται*. (בכל פה) *ὄλα τῶ σοματι, τοιο ορε, plenis faucibus*; sumta metaphora a deuorantibus animalibus, cum vehementi cibi desiderio tenentur. LOWTHVS vertit: *in omni angulo*, quasi scriptum esset, בכל פה. Alii haud multo aliter *undiquaque* reddunt, conferentes *פה לפה*, 2 Regg. X, 21. (בכל זאח—נטויה) Hac calamitate nondum expiata sunt delicta populi Israelitici; imminent grauiora; conf. supra V, 25.

12. *Causa additur, cur Deus illorum poenis nondum sit satiatus. Quia culpam nec agnouerunt, nec emendauerunt.* (עד המכה) *עד המכה, usque ad percutientem*, legit vnus codex Rossianus, priori manu sine suffixo, quod praefixum ה demonstrativum non patitur.

13. (ויכרה יהוה מישראל ראש רונב) *Dictio prouerbialis, qua significatur, omnia esse delenda, summa atque infima.* Conf. Deut. XXVIII, 13. 44. *Quid sit caput*, statim explicat, ii nempe, qui praesunt, quorum consilio atque auctoritate omnia administrantur. *Cauda vero propheta dicitur, nempe falsus, qui mendaci securitate laetatur populum, et coelestium minarum vim, et terrorem infringit.* (ככה ראגמן) *Alia similitudo, idem exprimens. Per ramum aliquid durum et forte, per iuncum, qui et ipse tenuis est, et palustris, adde etiam inanis, quae debilia sunt, et vilia, significantur.* — DOEDERLEIN ככה intelligit de *palmis* (conferens

rens haud dubie Chald. כַּיִפָּה, quod absolute quoque de *palmarum spathis* ponitur, et Levit. XXI, 40. (כַּפּוֹחַ-חֲמָרִים), et in nota addit: „palmae altius excreſcunt et firmitate et pulchritudine non minus quam proceritate reliquas arbores ſuperant (vid. KÄEMPFER *Amoenitt. Exort.* p. 676.). Arundo vilis eſt et humilis herba: huic ignobiles et exhausti comparantur (vf. 16. pupilli et viduae): palmae ii qui in vigore ſunt (iuventus, vf. 16.).“

14. Hunc verſum Koppius glosſema exiſtimat, a Iudaeo quodam, qui dictionem prouerbialem ראש רזב explicare vellet, inſcite additum. Legitur tamen in omnibus verſionibus antiquis, omnibusque codicibus adhuc collatis. נְשֹׂא פָנָיו propr. *elatus facie*, i. e. ſuperbus, quia ſuperbi capite alte erecto incedere ſolent. Alii intelligunt *viros honoratos, ſpectabiles*, conf. ſupra Cap. III, 3.

15. Conf. ſupra Cap. III, 12. מַבְלָעִים, *abſorbentur*, lacunis et foraminibus mergentur, vid. not. ad loc. citat.

16. (עַל כֵּן אֲרָנִי) Qui familiae alicui praeeſt, illamque vt pater amat, ſi quid recte agatur, aut feſtiue, laetitiam illam domeſticam amat, et cum laetis exultat: ſi quid vero accidat incommodum, aut triſte, ipſe quoque triſtatur, ac miſeretur. Quae laeta ſunt, et feſtius, ab adoleſcentulis induci ſolent, et exerceri; vt Thren. V, 14. *ceſſant a cantilenis ſuis iuvenes*. Sed triſtia familiaria paene ſunt viduis, et pupillis, quorum illae maritis, hi parentibus orbati, cum praefidium nullum habeant domeſticum, ad quod confugiant, aliena indigent miſericordia. Deus ergo, quaſi iam populum iſtum repulerit, alienumque putauerit, dicit, neque ſibi voluptati futuros feſtos iuuenum luluſ, neque dolori miſerorum atque lugentium ſolitudinem et calumniam.— HERM. MÜNTEGHE in *Differenz. ad quaedam V. T. loca*, Groning. 1775. Obſeruat. VIII. ob parallelismum membrorum haec verba vertit: *ideo erga iuvenes eorum nulla utetur clementia.*

mentia. Nempe verbum שמח, quod, vt variis locis docuit SCHVLTENSIVS, e. c. ad *Harir. Confess. II.* pag. 100. *Confess. III.* p. 146. *Commentar. ad Iob.* p. 76. cet. proprie dicitur de ligno glabro siue *enodi*, non tantum frequentissima gaudii summi, nullisque curarum ac sollicitudinum *nodis constricti*, metaphora vsurpatur apud Hebræos; sed etiam, apud Arabes, ad *clementiam, benignitatem, et liberalitatem*, qua quis se non *difficilem et asperum, sed facilem*; quasi *enodem*, praeferat, traductum est. Sic apud HARIRIVM *Confess. VI.*

pag. 234. ^{والمسح يغني} *et liberalis largitor alimenta*

praebet. Hac *liberalitatis* notione שמח et apud Hebraeos 2 Chron. XXIV, 10. occurrit. Verum haec non probant, verbum שמח *clementiae* significationem habere. כן כלר חנה non est *hypocrita*, vt vertere solent, nam haec significatio nullo plane argumento nititur; sed *profanus, irreligiosus*, coll. Syr. ^{وهدف}, *ethnicus, idololatra*, conf. infra Cap. XXXII, 6., et MICHAELIS *Supplementr. ad Lexx. Hebr.* P. III. p. 848—850. Quae interpretatio firmatur quoque per illud, quod חנה hic coniunctum est cum כבלה, quae vox saepe de *irreligiosorum et ethnicorum erroribus* vsurpari solet; conf. infra Cap. XXXII, 6.

17. Similitudine eleganti explicat propheta, quam late impietas Israeliticis peruaserit fines, et quam misere omnia prostrauerit. Cum magnam cladem, aut infortunium accidisse significare volumus, ab igne atque incendio nomina mutuumur. Quia ab aliis saepe plurima, ab incendio non nisi pauca, eaque perraro, tuta sunt. Vt autem ignis, vbi vibratus e coelo, siue pastorum incuria, aut etiam studio, in syluam incidit, primum quidem humilem, aridamque materiam corripit, quales sunt vepres et spinae: deinde vero maiore quodam impetu ex incendio concepto syluam totam comburit: interim omnia obuolvente et obnubilante fumo

funio, atque ad coelum vsque sursum vndante (נארה עשן, vid. mox infra): sic impietas, late grassata in populo Israelitico, ipsa pessimos istos homines misere perdit. (והצח בסככי היער) Pro רתציה Codex Noricus I. legit רתציה, quam lectionem expressit Doederlein, qui vertit: *sylvam densissimam corripiet*. Mihi vero lectio Masorethica bonum omnino sensum efficere videtur; vid. version. (יהאככו נארה עשן) Verbum אבך, ἀπὸ λέγομενοι, varie interpretantur. 10. HENR. MICHAELIS: *expandent, eleuent se elevatione fumi*; ex mera coniectura. Alexandrini et Chaldaeus vertunt *consumere*, quasi legissent ויהאככו. CASTELLVS

in *Lex. Heptagl.* confert Syr. אבך, *fastuose, superbe incedit*, vertitque: *et superbiunt, fastuose se gerunt, at superbia fumus*, h. e. superbia eorum (ipsi superbi), fumi instar evanescet, interibit. Placet id Michaeli quoque, qui vertit: *und die so stolz in die Höhe steigen, sind Rauch*. Meliorem, ex meo quidem sensu, interpretationem, Doederlein affert ex SCHULTENSII, Patris, *Lexico Hebraico*, cuius duae tantummodo plagulae prelo mandatae sunt. In his Schultensius sub voce אבך monet: „sciatur, בוך et אבך unius esse originis et potestatis apud Arabes, *in spissitate per conuolutionem*. Vertendum igitur, et dense *conuoluntur elatione fumi*. Metaphora desumpta a densis fumi voluminibus, ex vasto incendio submissis in coelum, totumque aëra obscurantibus.“

18. (בעברה ארץ) De עתם, quod nusquam alias occurrit, iterum discrepant interpretes. Chaldaeus et Graecus vertunt, *adusta est* (תרוכת, συγκαυεται), Syrus ⁷Δαδ, *contremiscit*, eodemque modo Vulgatus, *conturbata est terra*. Videntur sensum hariolati esse ex orationis nexu. Equidem cum Michaele et Lowtho confero Arab.

عتم, *obscurus fuit*, vnde ¹⁰آسماء, *tenebrae nocturnae*. Cum ¹⁰عتم fit tertia persona singularis masculini generis, et ארץ

les. Var.

P

nomen

nomen *generis feminei*; MICHAELIS in *Biblioth. Orient.* T. XIV. pag. 136. efferendum existimat נַעֲקָם, quod esset nomen ex Participio Niphal formatum. Nihil tamen non opus videtur, lectionem receptam sollicitare. Erant enim personae verborum, eodem modo, quo nomina et pronomina, olim *generis communis*; cuius archaismi varia in V. T. deprehenduntur vestigia; veluti 1 Paralipom. II, 48. בְּרָכָה אֲשֶׁר-הָיְיָ בָּהּ; פֶּלֶךְ גֶּשׁ כָּלֵב מֵעֵבֶר יָלַד שִׁבְרָה; 1 Sam. XXV, 27. וְעֵבֶר לָא יִגְעַל (vacca eius concipit, nec respuit semen). Describuntur dissidia interna, bella ciuilia. Sic Hoseas quoque VII, 7. *Omnes illi calent ut fornax, et comedent iudices suos; omnes reges illorum ceciderunt*, scil. mutuis dissidiis et factionibus. — Illustrat noster, quae hic dixerat, versu sequenti, pingens imaginem viuam infelicitum illorum temporum.

19. יגוד (יגוד-ולא שביעו), *maficabit, vorabit*, coll. Arab. جف, *secuit, maclauit, comedit*; respondet אכל, membro posteriori. Interpretes bene multi, inter quos et Grotius, haec verba acceperunt de *fame*, quae calamitatis temporum partem faceret. Aliis vero, rectius fortasse, sub his verbis haec sententia latere videtur, *nullam caedis et furoris interni satietatem fore*. Ciues se mutuo trucidant; familia in familiam consurgit, absque vlla aut amicitiae aut consanguinitatis ratione; vnusquisque ea saeuitia in quosvis fertur, qua leo, aut alia fera bellua, quae inter armenta *ad dextram et sinistram* iugulat, neque *sanguine satiatur*. (איש בשר זרע יאכל) Id propriis verbis enunciatur versu sequenti. רע hic haud dubie respondet רע in loco parallelo Ierem. XIX, 9. וְאִישׁ בֶּשֶׂר רֵעֵהוּ יֹאכְלוּ „Quisque carnem socii sui comedet.“ Sic apud Arabes ^عصا, *brachium*, saepe denotat *adiutorem, socium*, e. c. Coran Sur. XVIII, 49. Alii proprie haec intelligunt, vt idem hic ex-
pri-

primatur, quod OVIDIUS dicit *Metamorphos.* Lib. VIII. de Erichthonio, fame impulso :

Ipse suos artus lacero diuellere morfu
Coepit, et infelix minuendo corpus alebat.

20. (מנשה— על יהודה) Fratres uterini, discordes inter se, alii hostibus se aggregabunt, alii se opponent. Nomina *Manasse, Ephraim et Iuda*, h. l. plane eodem sensu usurpata esse videntur, ut nos nominibus *Caius, Titius, Maenius*, si tres diuersos homines indicare volumus, uti solemus.

CAP. X.

1. (הרי החקקים הקקראון) Redarguit nunc vates iudices et rectores populi iniquos, qui populum premunt et exhauriunt, atque in iudiciis publicis ius peruertunt, et pro utilitatis suae rationibus inflectunt ad spoliandos orphanos et viduas; vid. VI. seq. (ומכחבים אשר) עמל כחבר Non est vertendum: (vae) *scribis, qui scribunt molestiam*, sed: *scribere facientibus, qui molestiam scribere faciunt*, i. e. qui decreta iniqua consignare curant: designantur igitur non *scribae*, sed *iudices*; quod flagitat quoque membrorum parallelismus. Nam פקדו et פקדוּן sunt *Piel*, et *significatione transitiua* sumenda.

2. (להטוח מדין דלים) *Vt auertant a iudicio pauperes*, qui torquent iudicium, et faciunt, ut pauperes causa cadant. (ולגזול טשפט עניי) *Vt rapiant ius pauperum*, ut spolient pauperes iure suo.

3. (מה העשו) *Quid facietis!* quomodo vos geretis, ad quem confugietis? (ליום פקדו) פקדו, *visitauit*, modo in *bonam* (ut Genes. XXI, 1.), modo in *malam* partem sumitur, ut hic, vbi Deus *visitaturus* dicitur *peccata, scelera*, h. e. ea

pro merito puniturus, metaphora desumpta a patre familias, qui subinde seruatorum operas inspicit, et si qui eorum deliquerint, de malefactis cognoscit, et in meritos animaduertit. Conf. Ierem. XXIII, 12. XLVI, 21. Hof. IX, 7.

אשר (ולשואה ממרחק חבוא) שואה, א, שאה, צַלַּי, cum fragore diffiliit, est procella, cum fragore subito erumpens, Ezech. XXXVIII, 9. Pl. XXXV, 8. Vid. SCHVLTENSII Clav. Dialectorr. pag. 303. et Eiusdem Commentar. ad Proverb. I, 27. אשר לְשׂוֹאָה pro לְשׂוֹאָה, et ante ממרחק est supplendum אשר, ut saepe, hoc sensu: quomodo vos geretis, ad quem confugietis, adueniente tempestate. Tempestates autem, quae e longinquo adueniunt, impetuosiores sunt. (ואנה העזבו כבודכם) כבוד interpretes nonnulli, ut Forerius et Cubius in nott., intelligunt de proceribus et nobilibus populi, qua significatione ea vox saepe occurrit, ut infra vs. 16. et supra V, 13., vertuntque: *vbi relinquētis proceres vestros, quo se proripient nobiles vestri?* Principes enim et magistratus, Forerius ait, plerumque euadere solent ex praelio, et ad loca tuta, natura et arte munita confugere, aut etiam auxilia ab amicis regibus petere, quibus amissam provinciam rursus recipiant: quando autem ipsi quoque principes in potestatem hostium veniunt, actum est de regno. STRUENSEE vertit: *Wo werdet ihr bleiben?* et in nota subiecta addit, כבוד hic et saepe alias eodem vsurpari modo, quo apud Graecos βία et ἰς vsurpatur, e. c. ἰς Τελεμαχίῳ, i. e. Telemachus ipse. Verum Struensee nec alium adducit locum, quo כבוד ea, qua dicit, significatione, occurrit; nec, si alias hanc significationem habet, ea hic apta videtur. — Equidem hic accedo Vitrinae, qui sub כבוד intelligit dignitatem, honorem, bona, et maxime decus reipublicae, suis se viribus, absque seruitute aut inhonesta subiectione sustententis. Sic Holeas sumit vocem Cap. IX, 11. *Ephraim quod adtinet, instar auis auolat* כבודם, gloria illorum, et noster infra XVII, 4. *Et futurum est illo die, ut gloria Iacobi*

cobi atteratur, et pinguedo carnis eius macrescat. Verbum עֲבַר in hoc contextu idem valet, quod, *cui committere depositum*, sic usurpatur Job. XXXIX, 14. vnde עֲבַרְתָּ Ezech. XXVII, 12. est *apotheca*. Si Deum non propitium habueritis, Vates ait, cui tandem res pretiosissimas vestras, bona, honorem, libertatem, reipublicae vestrae committetis? quis vobis praesidio, quis munimento erit?

4. בְּלַחֲיִּיפְלוֹ (בלחי יפלו) Magna interpretum discrepantia in horum verborum explicatione, maxime ob vocabulum בְּלַחֲיִּי. Sumi enim id potest duplici modo; *vel* vt י ultima vocis littera sit Jod mere *paragogicum* et (vt loquuntur Grammatici) *terminativum*; et tunc nullam in significatione potestatem habet; *vel*, vt Jod sit *affixum relativum*, *praeter me*, vt Hof. XIII, 4. וְנֹאֲלָהִים וְזִלְתִּי לֹא תִדְרַע וּמִי־שִׁיבָה אֲנִי בְּלַחֲיִּי, *et Deum praeter me non nosti; quia Ieruans est nemo, praeter me.* 1) Qui בְּלַחֲיִּי priore modo accipiunt, iterum variant, a) Alii enim id (cum Vulgata) vertunt: *ne*, et hunc verum coniungunt cum praecedente. Sic FORERIVS: *quo se praeripient principes tui (conf. not. ad vl. antec.), ne tanquam vincti curuentur, et tanquam interfecti cadant.* DATHIVS: *ne ad mortem abripiamini et inter alios occisos trucidemini?* b) Alii בְּלַחֲיִּי reddunt *nisi: nisi curuabuntur (curuabitur) tanquam vincti; cadent tanquam interfecti*, i. e. qui non captiui abducentur, interficientur; partim captiui abducentur, partim occidentur. Eundem sensum expressit Syrus:
 וְאִלֵּי לְבַבְכֶם לֹא תִבְּרַחְוּ אֶתְכֶם אֶתְכֶם אֶתְכֶם אֶתְכֶם אֶתְכֶם אֶתְכֶם,
qui non incuruabimini sub vinctis, sub occisis cadetis, et inter recentiores WALTHERVS: *Wer sich nicht gefangen geben will, wird niedergemacht werden.* Quem sensum et ego expressi. c) Sunt quoque, qui בְּלַחֲיִּי reddant: *non*. Sic COCCIVS: *Non flexit se pro vincto? Ergo pro occisis cadent.* Verum in interrogatione לֹא usurpari solet, vid. NOLDII *Concordant. Particularr.* sub לֹא, §. 3. d) LVDOV. DE DIEU (cuius interpretationem minus recte refert Vitringa) בְּלַחֲיִּי vertit *praeter*,

et ante כרע statuit ellipsin pronominis אָפּשׁר, Hebraeis vfitatissimam, vt verba ita sint reddenda: *praeter cum, qui incuruabitur sub vinculis etiam sub occisis cadent*, h. e. non tantum captiui abducentur, sed praeter eos etiam alii occidentur. Duriuscule, si quid sentio. 2) Qui בלתי reddunt *praeter me*, ii hunc locum interpretari solent ita: (quandoquidem) *absque* siue *praeter me* (i. e. meo, denudatus auxilio), *incuruabitur omnis inter vinclos, aut inter caesos cadet*. Sic Vitringa, quem sequuntur Lowthus, Cubius, alii. MICHAELIS בלתי reddit quidem *praeter me*, sed id refert ad vs. 3., hoc sensu: *ad quem fugietis auxilium petentes, cui relinquetis (seruandas) diuitias vestras, praeter me?* Verum huic interpretationi obstare videtur, quod nec in iis quae antecedunt, nec in iis, quae sequuntur, *Iehouae* loquentis vestigium apparet. Ea, quam nos elegimus, explicatio (1) d)), contextui aptissima videtur. Ceterum כרע, proprie talem denotat *curuationem*, qua *pectus incuruatur super genibus* (vid. *Schultensium* ad Job. IV, 4.), vt si leaena futura in antro cubat, Genes. XLIX, 9. Hinc vsurpatur de animalibus, *incuruantibus se in aqua* bibendi causa, (Arab. *في الماء* genua posuit, *incuruauit se in aqua*), Iud. VII, 5. 6. Eleganter igitur hoc verbum hic ponitur de *vinculis captiuus*, qui *incuruantur*, quando compedibus vinciantur et cippis includuntur pedes eorum, vt in terra iacere vel sedere cogantur. Non opus est, vt cum Vitringa et EB. SCHEIDIO in *Specim. Observat. ad quaedam V. T. loca*, Groning. 1763. §. 3. h. l. cogitemus de lignis curuis, quae instar iugi captiuorum collis imponebantur. כרע *incuruabit se*, scil. quisque vestrum, impersonaliter, vt קרא, *vocauit* quisque, Genes. XVI, 14. אמר, *dixit* quisque, I Sam. XXXIII, 22. coll. I Sam. IX, 9. חתח plerique hic vertunt loco, *pro*, vinclo, occiso, i. e. statu et conditione vinciti, instar vinciti, occisi. Alii: *in loco vincitorum* h. e. carere, et, *in loco occisorum*, i. e. in campo proelii. Ego cum

eum Ludov. de Dieu חנה hic verto *infra*, *deorsum*, vt Genes. XLIX, 25. *benedicet tibi בְּרַכָּהּ הַהוּם רַבְּצָהּ תַּחַת בְּנֵדִיקְוֹנִיבּוּס אַבְיִסִי יַאֲעִנְזִי אִנְפְּרָא s. deorsum.* Vnde hic locus vertendus erit: *qui non incuruabitur deorsum vinculus, is deorsum occisus cadet.*

CAP. IX. 7. *Oraculum misit Dominus in Iacobum; feriit Israelem.*

8. *Poenas dabit totus populus; Ephraimitae et Samariae incolae; superbe et elato animo dictitantes:*

9. *Lateres ceciderunt; sed lapidibus caesis rursus aedificabimus; sycomori caesae sunt; cedros pro eis reponemus.*

10. *Propterea Iehoua contra eos excitabit Rezini hostes; hostes eorum armabit.*

11. *Syros ab oriente, et Philisthaeos ab occidente, qui Israelem plenis faucibus vorabunt. — Verum hoc omni non est auersa ira eius; manus eius adhuc est extensa!*

12. *Neque enim populus conuertit se ad eum, a quo castigatur; nec Iehouam omnipotentem curant.*

13. *Ideo rescindet Iehoua ab Israele caput et caudam; palmas et arundinem, vno die:*

14. *Caput — senatores et autoritate pollentes; caudam — vates falsarios.*

15. *Etenim duces huius populi sunt seductores; et qui ab eis ducuntur, percunt.*

16. *Propterea iuuenibus eius non delectabitur Iehoua; pupillarum et viduarum eius non miserebitur; quia omnes impii sunt et malefici; omnes impie et flagitiose loquuntur. — Verum hoc omni non est auersa ira eius; manus eius adhuc est extensa!*

17. *Improbilas enim exarsit tanquam ignis, sentes et vepres consumit; accensa est improbitas in condensis saltus; (illi improbi) alto sese glomerante fumo efferentur.*

18. *Per Iehouæ omnipotentis aestum terra obscuratur, et populus fit vt pabulum ignis; alter alteri non parceret.*

19. *Hic caedit ad dextram, et esurit; ille deuorat ad sinistram, nec satiatur. Quisque carnem brachii sui comedet;*

20. *Manasse Ephraimum, et Ephraim Manassen; atque hi vna Iudam adorientur. — Verum hoc omni non est auersa ira eius; manus eius adhuc est extensa!*

CAP. X. I. *Vae his, qui leges ferunt iniquas; et mandata violenta pronunciant;*

2. *Vt tenuium causas inuertant, et defraudent iure suo pauperes mei populi; vt viduas diripiant et pupillos deprædentur. —*

3. *At quid facietis die censorio? — die venturi procul turbinis? — cuius tunc petetis præsidium? — vbinam relinquetis dignitates diuitiasque vestras? —*

4. *Qui non curuabuntur deorsum vincti; ii deorsum occisi cadent. — Verum hoc omni non est auersa ira eius; manus eius adhuc est extensa!*

CARMEN OCTAVVM.

(CAP. X, 5. vsque ad fin.)

A r g u m e n t u m.

*P*rior huius carminis pars (vs. 5—27.) continet declamationem in regem Assyriae. Minatur vates grauissimas calamitates, quibus Iehoua deprimere decreuerat fastum et arrogantiam potentissimorum illorum Orientis principum, qui, postquam Syros cum Ephraimitis aliosque regulos deuicissent, cogitabant de inuadenda Iudaea, expugnandis Hierosolymis, et re publica sacrisque huius populi, ad exemplum aliarum a se domitarum gentium, excindendis. Sed horum principum aliquis dum in eo erit, ut efficiat, quod sibi proposuerat animo, ab ipsa Iehouae manu, absque ope humana corripietur, prosterneretur, et maxima affectus clade liberam relinquet rempublicam Israeliticam. — Cui promissioni ut eo maiorem addat vim, rursus ad calamitates redit, quae populo Israelitico ab Assyriis imminent. Hostis adest, multos sternit, sed non penitus extirpat gentem Iudaeam. Subito enim a Iehoua perditur (X, 28—34.).

Carmen hoc ad eandem (Ahafi) aetatem, qua carmina superiora edita fuerant, esse referendum, Vitringa censet hac potissimum ex causa, quod in eo haud pauca iis, quae in antecedentibus dicta fuere, similia deprehendantur; veluti si conferas vs. 24. 25. 26. Capitis decimi cum Cap. VIII. vs. 8. 9. 10.; porro Cap. X. vs. 6. cum Cap. VIII, 1. 4.; et Cap. X, 27. cum Cap. IX. vs. 3. Verum ex unius aut alterius vo-

cis et locutionis similitudine, quae in duobus carminibus deprehenditur, non sequitur, ea uno eodemque tempore edita esse. — Ex indiciis temporis in hoc carmine passim obtuiss, colligere licet, primo, Samariam hoc vaticinio edito iam fuisse excisam, quod aperte indicatur vs. 11. ubi non quidem propheta (vt dici possit, ex styli prophetici consuetudine praeteritum tempus hic adhiberi loco futuri), sed rex Assyrius ipse potentiam suam in expugnatione Samariae demonstratam iactans, et ex ea superbiens, inquit: annon sicut feci Samariae et vanis illius diis, sic facere licebit Hierosolymis eorumque idolis? quae verba aperte innuunt, de ea Samariae expugnatione esse sermonem, qua Israelitae in captiuitatem fuere abducti, idolis illorum destructis; ex cuius expeditionis successu Assyrius maiora adhuc ausurus, idem excidium intentabat Hierosolymis et templo Iehouac. Samaria vero expugnata est anno Hiskiae sexto, vid. 2 Regg. XVIII, 9. 10. — Deinde considerandus est versus vigesimus Capitis decimi: et futurum est illa die, vt non pergant amplius reliquiae Israelis, et residuum domus Iacobi niti percussore suo; sed nitentur Iehoua Sancto Israelis. Quando propheta hic loquitur de reliquis Israelis, vel in ipsa phrasi, clarum est indicium, decem tribus tunc ab Assyriis in exilium iam fuisse abductas. Eodem illo nomine Iudaeos ab Hiskia tunc fuisse designatos videmus 2 Regg. XIX, 4., qui tunc in percussore suo, Sanheribo fiduciam collocarunt. Hiskias enim, aduentum illius non exspectans, nuntios misit Lachis Cham, per quos defectionem deprecatus est, et multam trecentorum talentorum argenti, et triginta talentorum auri exsoluit; vid. 2 Regg. XVIII, 14 seq. Cum itaque pacem eo tempore redemisset; Sennacheribum sibi et populo Iudaeo credidit esse placatum; vt vere Iudaei dici potuerint niti percussore suo; quae procul dubio occasionem dederunt, vt Iehoua per Iesaiam hoc carmine significauerit, spem illam de incolunitate per fauorem regis Assyrii tuenda, esse vanissimam. Iam cum expeditio Sennacheribi per Palaestinam in Aegyptum, quae anno decimo quarto Hiskiae suscepta erat,

vid.

vid. 2 Regg. XVIII, 13., unius tantummodo anni fuerit, ut videbinus infra ad Cap. XX.; a vero non aberrabimus, si hoc carmen ad id tempus, quod proxime praecessit reditum Assyriorum ex Aegypto, qui circa finem anni Hiskiae decimi quarti contigit, referamus.

5. שבט אפי (הוי—ועמי), *virga irae meae*, i. e. *virga*, instrumentum, quo poenas exercebo in populum improbum. *ira spumans*, coll. Arab. *نُزْمٌ*, *spumavit*, vid. Schultens ad Proverb. XXIV, 24. Pro *ומטה הוה* codd. Kennicott. quinque et tres Rossiani membri posterioris *ומטה* legunt. — In verborum constructione et totius interpretatione discrepant viri docti. Hieronymus: *vae Assur: virga furoris meis et baculus ipse est, in manu eorum indignatio mea*. Ita et Forerius, Ludovicus de Dieu, Cocceius, alii. Verum in hac interpretatione parallelismus membrorum non obseruatur; ex quo *שבט אפי הוה* respondet: *ומטה הוה בידם ועמי*; membrum posterius plenius enuntiat sensum prioris. Vnde equidem praefero Schmidii interpretationem: *vae Assyriis, qui sunt virga irae meae; et baculus, qui est in manibus eorum, baculus indignationis meae*. Nulla plane vis linguae hebraeae infertur. Nam, ut haecenus saepius, relativum frequentissime subintelligitur; nec minus frequens hoc est, ut nomen prius positum, ut h. l. *ומטה*, cum repetendum est, omittatur. — VITRINGA, quem sequitur quoque Michaelis, vertit: *vae Assyrio, qui est virga meae irae, et in quorum manu qui est baculus, est seueritas mea; siue, baculus, qui est in manu eorum, est seueritas mea*, h. e.: quicquid apud ipsos virium, et imperii et potestatis est, quo vsi fuerunt, in populo meo affligendo et caedendo, nullum esset, nisi populus meus meam prouocasset seueritatem; ut adeo populus meus non ab Assyriis, sed *ira et seueritate mea* percussus esse putandus sit. — Minus recte alii vertunt:

vertunt: *et baculo furoris mei, qui est in manu ipsorum;* quod non conuenit regulis Grammaticis. Nam vox מטה si hic acciperetur in statu constructo, proxime iungi debuit voci דעמי, et pro Segol positum esset Zere, vid. SCHROEDERI *Instit. Lingu. Hebr. Reg. CVIII.* -- Regem Assyriæ, qui hic innuitur, non esse *Nebucadnezarem*, vt interpretes nonnulli voluerunt; sed *Sennacheribum*, patet ex vs 9. 11. cf. Argument.

6. בניי הנה אשל חמו ב (בניי הנה אשל חמו ב) hic est idem quod על, coniunctum cum nomine עם, membro sequenti, *aduersus populum improbum* (sic enim vertendum הנה, vid. not. ad IX, 16.). Vtrum *Ephraimitæ* an *Iudæi* per *populum profanum* intelligantur; interpretes magna diligentia disquirunt. Mihi quidem vates in toto hoc carmine vniuersum populum Israeliticum, tam *Ephraimiticum*, quam *Iudæicum* intelligere videtur. Vtrumque populum respicit quoque supra Cap. VIII. vs 6. et seq. עם עברתי (על עם עבתי אצורו) *populus furoris mei*, i. e. in quem furorem meum effundere, et quem duriter tractare decreui; conf. דור עברתי *generationem excauescentiæ suæ*. (ולשימו מרטם כחמר חוצהו) Hæc locutione summa reipublicæ subuersio exprimitur, cf. Mich. VII, 10. Zachar. X, 5.

7. (והוא לא כן ידמה) *Veruntamen ipse Assyrius non ita cogitabit*, se instrumentum tantummodo esse Iehouæ, in populum improbum poenas exercentis, superbe sese efferet et cum ad prædam missus sit, et ad conculcandos atque humiliandos Israelitarum spiritus; ipse tamen plus sibi iuris in eum assumet, dum statuit illos non solum spoliare atque deprimere, verum etiam ad interuersionem vsque delere. Cf. Zachariæ I, 15. *Gentibus istis, quiete degentibus, vehementer irascor; nam cum ego leuiter irascerer (Iudæis), grauius eos afflixerunt, quam ferebat ira mea.* Verbi דמה vera et propria significatio, quæ etiam apud Syros obtinet, est, *similis*

lis fuit. Hinc *cogitare* notat, vt hic, et Num. XXXIII, 56. Iud. XX, 5. infra XIV, 24., quod ideae nostrae tanquam imagines rerum sunt, quas animo concipimus, quasi, *formare similitudinem in animo.* (כי להשמיר בלבבו) Nam ad *perdendum*, scil. לא כועט in membro sequenti, *in corde suo*, scil. יחשב, ex praecedenti. Scopus eius est, vt satiet ambitionem et crudelitatem suam.

8. (הלא שרי יחדו מלכים) *Nonne principes mei omnes reges?* Pertinet id ad maiestatem et amplitudinem imperii. Possunt autem verba duplici sensu accipi: vel, satrapas, siue proceres, quos reges Assyriae gentibus a se deuictis imposuerant, esse regia praeditos potestate; vel, se, vt regem magnum, subiectos sibi habuisse minores plures, fiduciarios et tributarios. Solebant enim reges Orientis ob id maxime superbire, quod ipsis imperarent regibus, vnde μεγαλοι βασιλευς, *reges magni*, (quod nomen Senacheribo tribuitur a Rabfakē 2 Regg. XVIII, 19.) et βασιλευς βασιλεων dicebantur.

9. Sensus est, nullam harum urbium, in quas arma sua conuerterat, potentiae viribusque eius potuisse resistere; omnes, vnam aequae ac alteram, se sub iugum misisse. Isdem, quae hic leguntur, verbis Sanheribi legati Hiskiae deditionem suaserē, vid. Cap. XXXVI, 19. et 2 Regg. XVIII, 34. כלנו, *Ctesiphon*, ad Tigrini ab Oriente, cui ab occidente opposita Seleucia; quae duae vrbes postea in vnam, communi nomine ^{Madain} ^{Madain} ^{Madain}, *Madain*, dictas, coaluerunt; vid. not. ad Genes. X, 10. כרכמיש ad Euphratem sitam esse, ex Ierem. XLVI, 2. et 2 Paral. XXXV, 20. manifestum. Perquam verisimile, *Cercusium* esse, Arab.

كركميشة, *Kerkisite*, ad Euphratem, vbi Chaboras in illum influit; in delineationibus d'Anvillanis paulo post gradum latitudinis 35. Conf. SCHVLTENSII *Indic. ad vitam Sa-*

ladini

ladini sub *Carkifia*; et MICHAELIS *Supplementt.* P. V. pag. 1352 seq. (כארפר) Interpretes haud pauci, inter quos et Doederlein, nostrum ארפר eundem locum esse opinantur, ac אררר, Genes. X, 18., i. e. *Aradum*, conf. not. ad loc. cit.; Vau, vt volunt, in Pe immutato. Sed vix vnum certum exemplum permutationis ו et פ ex toto adferri Hebraismo poterit, at Vau quiescens in אררר, Vau quod omitti salua voce potest, quia sonum vocalem habet, cum Pe permutari, plane insolens. Accedit, quod nemo veterum ארפר *Aradum* vertit, aut iisdem litteris, quibus אררר, scripsit: Syrus vero, cui nomen urbis et regni Syriaci non plane ignotum fuisse credideris, רפוד, *Refod*, habet, non descriptis litteris Hebraicis, sed illis positis, quibus urbs in Syria noscebatur. Videtur *Arpada*, clara Syriae urbs, fuisse, vid. 2 Regg. XVIII, 34. XIX, 13. Ierem. XLIX, 23. Hodie vero nullum eius vestigium superest. De חמה vid. ad Genes. X, 18.

10. (כאשר—כאליל) Vbi אשׁר cum ל coniungitur, vt hic, significatio eius videtur esse eadem cum Syriaco אשׁר, *perzingere*, vnde *inuenire* deinde dictum, quod proprie est, *venire in rem quaesitam*. Vid. MICHAELIS *Supplementt.* ad *Lexx. Hebr.* P. V. p. 1537. et STORRH *Observatt.* p. 272. not. אשׁר ממלכות האליל *regna idoli*, i. e. *regna quae idola colebant*; quae consecrata erant diis, diuersis a numine Assyriorum. Oratio est figurata, qua pro eo, quod *requirebat* το *περσον* *personae*, *substituitur*, quod *requirit veritas rei*, vt recte monet Cocceius; sicuti *Beth-El* Hof. IV, 15. dicitur בית און Assyrius rex de diis praesidibus horum populorum loquitur pro praesidio suo tanquam de Diis, vt patet ex 2 Regg. XIX, 12. 13.; sed tanquam de Diis, qui essent potentia inferiores Diis tutelaribus imperii Assyriaci. At Propheta orationem conuertit ad rei veritatem, et *idola* hic vocat אשׁר האליל *nihilum*. Poterat dicere *regna אשׁר האליל Deorum non Deorum*;

Deorum; sed efficacius vsus est singulari, ad imitationem *neurrius collectiui*, vt apud Job, XIII, 4. רפאי אליל *medici nihili*. Est autem אליל ab אל, *negandi particula*, et proprie valer; *id quod omnino nihil est*, ex gemino אל: verum eo sumtam sensu, quo hic occurrit, eleganter inuoluit peculiarisrem significationis vim, secundum quam אליל est אל-אל, vel לא-אל *non Deus*. Conf. Pl. XCVI, 5. *Quoniam omnes דיי העמים Dii populorum, אלילים Dii, Non dsi, dsi nulli.* (ופסיליהם טורושלם ומשמרון) *Et quorum dsi sunt prae Hierosolymorum et Samariae diis*, fortiores sunt Diis, qui coluntur Hierosolymis et Samariae. מ ante ירושלם et שמרון est comparativum. — Hieronymus vero illud מ vertit *ex*; *quomodo inuenit manus mea regna idoli, sic et simulacra eorum de Ierusalem et de Samaria*; quod ita explicat: quomodo cetera regna, quae idolorum cultui seruebant, meis subiici pedibus; sic et Hierosolymam et Samariam, in qua eadem idola sunt, mese subiiciam potestati. Eodem fere modo Paraphrastes Chaldaeus. Ceterum verba nostra elliptice posita sunt pro: פסיליהם טובים לפסילי ירושלם שמרון, פסיליהם et ירושלם in genitiuo posita sunt, nominibus regentibus omisiss, de qua constructione vid. STORRII *Observatt. ad Analog. et Synt. Hebr.* pag. 280. not. Praeterea quisque videt, orationem in hoc versu esse ἀναποδοστου, i. e. deesse partem sententiae posteriorem, τη ἀποδοσιν. Integra esse debuit: *quemadmodumprehendit manus mea regna illa idolorum, quorum sculptilia praestantiora sunt sculptilibus Hierosolymorum et Samariae: sic facileprehendet Hierosolyma.* Nec tamen cum Koppio suspicari velim, in textu quidquam omisissum esse. Innuit potius eiusmodi ellipsis in loquente aut scribente concitationem et ardorem animi. Alexandrini inde a versu octauo paraphrasin magis quam versionem exhibent.

12. Nunc vates Assyrii poenas minatur, quas Deus ob eorum arrogantiam et fastum ipsis sit inflicurus.

והיה—מעשהו) כי יבצע *cum absoluerit*. Cum בצע, Arab. **بَضَع**, Hebraeis significet *abrumpere, rescindere*; pl. h. que interpretes *consumendi* significationem, quam verbum illud hic habet, ex metaphora, sumta a textore, qui tela ad finem perducta, *tramam* vel *stamen* *refecat* aut *abrumpit*, accepisse putant. Cappellus tamen ad h. l. et MICHAELIS IN *supplementi, ad Lexx. Hebr.* P. I. pag. 207. conserunt Arabic. **بَضَع**, *collegit, comportauit* (vnde Habac. II, 9. **בָּצַע** ^{וְכָסַף} **בָּצַע** ^{וְכָסַף} **בָּצַע** ^{וְכָסַף} **בָּצַע** ^{וְכָסַף} *colligens lucrum*). A colligendo Arabes faciunt **أَبْضَع**, *omnes, uniuersi*; hinc iam בצע erit *absolue*, omnibus tanquam collectis *perficere*, et finire. Sensus est: cum Iehoua Iudaeos, quantum satis erit, castigauerit. (אִפְקֹד—אֲשׁוּר) *Vistabo super fructum magnitudinis cordis regis Assur, i. e. animaduertam in cogitata ac verba eius insolentia, puniam eum propter arrogantiam. Fructus magnitudinis cordis sunt ea, quae ex arrogantia cordis et elatione animi ac superbia proueniunt; est enim cor veluti radix cogitationum et actionum nostrarum. In hoc igitur contextu significatur gloriatio et blasphemia regis Assyrii, in antecedentibus descripta. DOEDERLEIN: „notanda h. l. infrequens vocis פָּרַר significatio, synonyma תְּפַאֲרָה, *superbia*. Nam in origine פָּרַר et פָּאָר conueniunt.“ (ועל תְּפַאֲרָה רָם עֵינֶיךָ) Interpretes nonnulli, vt Kimchius, Vitrinḡa, Doederlein, תְּפַאֲרָה ex significatione radicis פָּאָר, de qua vid. infra ad vl. 15., vertunt *gloriationem, iactantiam*, vt infra Cap. XX, 5. vbi Aegyptus dicitur תְּפַאֲרָה, *gloriatio*, siue *argumentum gloriationis* Israelitarum. Qui vero תְּפַאֲרָה hic eo significatu sumunt, quo saepissime in V. T. occurrit, ii *ornatum elationis oculorum* interpretantur de *venustate* et *gratia*, quam qui sibi placent, et quibus omnia ex votis succedunt, in oculis prae se ferunt. Similiter Schmidius: *ornatus elationis oculorum* est *ferenatio vultus ex superbia*, quam Latini vocant *supercilium*, quia *supercilia* altius eriguntur, quam alias solent.*

13. (נבנוחי) *Prudens fui*, vltus sum magna prudentia. (ואסיר נבולוח עמים) *Amoui fines populorum*, i. e. vicinorum populorum agros in ditionem meam redegi; nam quae sunt in vnus potestate, non indigent amplius finibus aut terminis, quibus a ceteris eiusdem domini agris distinguantur. Alii cum FORERIO הָסִיר hic reddunt *transferre* (vt Genes. XLVIII, 17.); *finium populorum* autem *translationem* fieri dicunt ab eo, qui ad libitum dominatur, qui miscet regna et diuidit praefecturas ad suam vtilitatem et libidinem; et habitatores sedes mutare compellit, quo reddat regiones pacatas, et rebellionum ac defectionum occasiones demat. Hunc sensum expressit quoque Chaldaeus: (ועחירהיהם שושהי) *et transmigrare feci populos e prouincia in prouinciam.* In harum vocum interpretatione discrepant viri docti. Et ante omnia quidem monendum, quod Masorethae legere iubent, עתוריהם, in significatione non differre ab eo quod in textu exstat. Nam formae פָּקִיד et פְּקִיד plerumque in significatione conueniunt, vnde et saepissime in *Kethib* et *Keri* inter se permutantur. Exempla collegit SIMONIS in *Arcano Formarr.* Sect. II. Cap. IV. §. 13. pag. 90. 91. עתוריהם siue עתירהו, vero, ex potestate radicis, *parauit* (Prov. XXIV, 27. coll. Arab. ^{أراد} et ^{أراد}, *paratus, fuit, adfuit, collegit, reposuit*), proprie sunt *res paratae, praesentes, hinc diuitiae, thesauri, facultates, opes*, Graec. ἡ εὐσεία, τα ὑπαρχοντα, coll. Syr. ^{ܩܘܢܝܢܐ}, *copia.* Ita et Syrus vertit: ^{ܩܘܢܝܢܐ} ^{ܩܘܢܝܢܐ}, *et opes eorum diripui.* An idem intellexerint Alexandrini, qui עתירהו *εχου* verterunt, equidem non ausim definire. — COCCEIUS: *constituta, parata, fixa eorum diruo*, quae populi parauerunt, et exaptauerunt. — GATAKERUS vertit: *instructissimos terminos videlicet eorum, i. e. regiones munitissimas, depraedatus sum.* Ita inter veteres Chaldaeus, (וְקָרָרִי הַיְשָׁבְתָהוֹן בְּיָמָיו) *et ciuitates eorum*

Ies. Vat. Q lauda-

laudabiles deprædatus sum. — Quia ab hac ipsa radice עמד venit nomen עמורים, quod *hircos et arietes*, et per translationem *duces et gubernatores populi* significat, vid. infra XIV, 9.; idcirco Vulgatus hic *princeps* vertit; quali legitur in masculino: ועמוריהם. — שוכתי (pro שוכתי) significatione conuenit cum שסס, quod conferendum cum Arab.

س, cuius potestas est in *pressione, compressione, expressione*, et quidem *succi, aeris, ventique ex utre*, vnde accepit significationem *exspoliationis grauissimæ*, qua quidquid est *succi*, siue *opum*, non *exinanitur* tantummodo, sed et *exprimitur*, atque adeo *extorquetur*. Vid. SCHVLTENSII *Clauem Dialect.* p. 304. Et Hof. XIII, 15. usurpatur idem verbum de *direptione thesaurorum*. MICHAELIS in *Biblioth. Orient.* P. XIV. p. 138. efferre mallet שוכתי *turbauit*, conf. not. ad Cap. VIII, 5. — Quam plures codd. שוכתי cum ס, vt verbum hoc scribi solet, multi שוכתי, inserto *iod*; alii defeciuæ שוכתי, quibus adstipulantur Biblia Soncinenfia. — (ואוריד כאביר יושבים) De voce כאביר hic est controuersia. a) Alii hanc vocem pro כאביר, quod Keri legere iubet, scriptam putant cum Aleph epenthético; vnde et כאביר in textu habent XIV codices Kennicottiani. Discrepant tamen et illi, qui hanc lectionem sequuntur. a) Nam כאביר primo ex vsu linguae Arabicae (س magnus corpore et opibus) denotat *magnum*, qua significatione occurrit Job. XXXVI, 5.; hinc *superbum* (Arab. س et ساء *superbia*), Job. VIII, 2. (האליץ רוח כאביר *halitus superbus sunt verba oris tui*). Hanc si hic adhibeas significationem, cum MICHAELE in *Supplement.* ad *Lexx. Hebr.* P. IV. p. 1204. vertere possis: *et humi prostrauit superbum*, i. e. *superbiam, incolarum: cum sublimi sederent in solio, inde eos ad puluerem usque deiecti*; vt sensum expressit Sanctius in paraphrasi. b) Quam

b) Quum vero vocis כביר apud Hebraeos significatio magis vilitior videatur esse *multus*, *copiosus*, vt inde maxime apparet, quod Job. XXXI, 25. synonymum est כביר רב, et Ies. XVI, 14. רב מניחם opponitur; interpretes haud pauci verba nostra reddunt: *et prostravi multum incolarum*, incolas multos. c) Singularem plane interpretationem FORERIVS protulit. Is עהידרה in membro praecedenti vertit *cubilia* (nam radici עהר *incumbendi* notionem inesse dicit), et כביר *stragulum*, sicut מְכַבֵּר 2 Regg. VIII, 15., quasi ex multiplicibus pilis contextum. Hinc vertit: *cubilia eorum diripui, et deposui stragulum habitatorum*, seu, *quiete habitantium*: quibus vates significet subitum aduentum et omnimodam direptionem, quae non est difficilis illis, qui super iacentes in cubilibus irruunt. Quae interpretatio, quamquam nullis argumentis solidis nititur, satis ingeniosa tamen est.

2) Alii כביר positum censent pro כַּבִּיר ex scriptura Syriaca, iuxta quam Aleph nunquam ante se fert *Schva*, sed in huius locum suam vocalem transfert, et in ea quiescit, aut etiam plane occultatur; vt הַטָּאח peccatum, pro הַטָּאח Genes. IV, 7.; מְלֶאכָה opus, pro מְלֶאכָה Genes. II, 2. Plura exempla vide apud ALTINGIUM in *Fundament. Punctat. Ling. Saut.* §. 163. pag. 369. a) Iam, cum אביר frequentissime significet *fortem heroem*; multi hoc membrum reddunt: *deieci sicuti heros sedentes siue habitatores*. Ita et Michaelis, qui post Schmidium sub *forte*, *heroe* hic Iehouam intelligit, quasi hac voce Assyrius se Deum faceret. b) בוררים in *Animaduers.* אביר hic pro *tauro* sumi ratus, locum nostrum sic reddit: *et habitatores eorum deieci siue stravi* (vt verbum הָרִיר sumitur Ierem. I, 40.), *instar tauri*, siue *taurorum*. Solennis est, inquit, litugarum omnium phrasim, vt magnae hominum strages macerationi pecudum, vel etiam taurorum siue iuvenorum comparentur, et viri militares: vocantur *uri*, *iuvenci*, *tauri*, vt Ps. LXVIII, 31. Ierem. L, 27. Ezech. XXXIX, 18. Neque credibile est, regem hunc gloriaturum de regionibus et thesauris direptis,

non autem de hominibus a se occisis. — Mihi quidem *to Keri* satis arguere videtur, duplicem olim lectionem h. l. fuisse; *ynam*: כָּבִיר (qua assumpta equidem praetulerim eam interpretationem quae sub 1) b) legitur); *alteram*: כְּאֲבִיר, quae si vera est, mihi praeplacet *Bootii* explicatio. — יושבים aliis sunt *sedentes* in *foliis*, in alto honorum et potentiae gradu constituti; aliis supplere placet: *in validissimis arcibus et munimentis*; ii conferunt Obsd. v. 3 *Fastus animi tui te decepit, qui tenes tractus, plenos rupibus, edita gaudes sede* (מְרוֹם שְׁבֵחָה) siue potius מְרוֹם (מְרוֹם), *cogitas, quis me deiiciat in planum* (מִי יוֹרִידֵנִי אֶרֶץ)? Tale quid fortasse supplerunt quoque Alexandrini, Syrus et Chaldaeus, qui hunc locum de *urbium, castellarum et munitorum destructione* intellexerunt. MICHAELIS in *Supplementr. ad Lexx. Hebr.* P. IV. p. 1204. opinatur, eos legisse כָּבִיר *superbus* (vid. supra), eumque pro inuisito munimento poni censuisse, vt מררה *rebelle, castellum inuisitum* denotat. — Koppius suspicabatur, eos עיר legisse, verisimilius esset בִּיר; neutrum-vero vliius codicis auctoritate confirmatur.

14. Pulchra similitudine explicat, quanta facilitate regna plurima lustrauerit, non tam passibus quam victoriis; vt regna deleuerit non operosius, aut longiori mora, quam oua, seu pullos in nido relictos, rusticus colligit. (וחטצא-העמים) De מצא cum ל coniuncto vid. supra ad vl. 10. קן, *nidus*, hic ponitur pro pullis auium, qui adhuc nido continentur; vt Deut. XXXII, 11. כְּעֵיר קָנִי *sicut aquila fuscitat nidum suum*. — Quum היל proprie significet *fortitudinem*; multi interpretes sub עמים h. l. *vires, robur, exercitus populorum* intellexerunt; Clericus *propugnacula, moenia* vertit. Verum parallelismus membrorum (כָּל-הָאָרֶץ) nos docet, היל hic quoque comprehendere *facultates, opes, diuitias*, vt Pl. LXII, 11. Job. XX, 15. 18. XXX, 25. Pro להיל codd. nonnulli habent לכל. (כאסה ביצים) Propr. *sicut colligere oua*, i. e. sicuti colliguntur

tur oua. Infinitivus pro praeterito vel futuro saepe vsurpatur sic, vt *actio* pro suo *obiecto*, vel pro *paciente* actionem ponatur, e. c. Proverb. XII, 7. הַפֹּהֶר הַשְּׁעִים *euertere impii*, i. e. euerterentur impii: XV, 22. הַפֶּר מִהַשְׁבוּחַ *rumpere*, i. e. irrita fient *consilia*. ביצית עזברה *oua relicta*, a quibus matres abierunt, vel ablatae sunt. (כל הארץ) Omnem populum et bona terrae. (ולא-רומצפא) Quemadmodum cum implumes et derelicti pulli capiuntur, non est, qui strepat aut pennam moueat; ita ciuitatibus, vltro Assyriae potentiae deditis, aut metu ab habitatore desertis, non fuit, qui contra victrices copias hiscere auderet. נרר כנף Michaelis vertit *diffugiens alis*, praeuentibus Alexandrinis, ὅς διαφευ-

ξεται, coll. Arab. نرد et נרר Aramaeorum, quod *diffugere* denotat. Aptius vero haud dubie de *commotione alarum* acceperunt Vulgatus et Syrus, *qui mouerat pennam*,

יָטַעַט אַלָּא *qui eleuat alam*. Sic idem erit cum נרר (Arab. زاد, *morus, agitatus fuit*, cuius quinta coniugatio,

تَنَوَّد, de *ramorum agitatione* ponitur) Pf. LVI, 9. vbi de *cordis palpitatione* ponitur. (רפצה פה) *Aperiens os*,

ad sonum edendum; פצה coll. Arab. فصي propr. est *separauit*. צפצה est ὀνοματὸ ποιητικὸν Iesaiæ proprium, vox

auium querula; vnde Arab. صرَّصَف, *passer*.

15. Nunc vates grauitè reprehendit superbiam atque vesaniam regis Assyriae, qui sibi adscribebat id, quod diuinæ virtuti ac beneficio acceptum referre debuisset; neque ipse tam victoriæ auctor, quam Dei vincentis instrumentum erat. Vt ergo securis, ac serra gloriari non posset de insigni aliquo, atque admirabili artificio, quia illud opus non tam est instrumenti, quam artificis; sic neque rex Assyrius, qui virga erat in manu Iehouae (supra vers. 5. 6.).

בר (היהפאר) Verbum פאר coll. Arab. فاء propr. est *ae-*

stauit, efferbuit vt bulliando olla, interprete Genhario. Hæc tumoris significatio non tantum transfertur ad indicandum *fastum turgentem* et *vanam superbiam*, sed et in bonam partem accepta denotat *excellentiã*, *dignitatẽ* omnemque ornatum et gloriam, quasi in *altum exsurgens*, et prae aliis *emiuens*. Hinc in Hiithpsel notat, vel, *ornauit se ipsum*, vel *decorum et gloriosum se exhibuit* aut *demonstrauit*, quo sensu aliquoties de Deo usurpatur, Ies. XLIV, 23. XLIX, 3. Peculiaris vero emphasis, et manifestior ad vim primariam alusio in הפאר cernitur, quando coniungitur cum particula על, quam phrasin vertere solent, *gloriatuſ fuit contra aliquem*. Pressius reddendum videtur: *intumuit fastu contra aliquem*, quasi *ebulliuit contra aliquem*, se alio praestantiorẽ et excellentiorẽ iactitauit. Hinc vertendum erit: *an intumescet et fastu inflabitur securis supra eum, qui caedit ipsa?* Vid. SCHROEDERI *Comment. de vestitu mulier. Hebr. Cap. VII. §. 5. p. 99.* כַּסְרָה est *ferra*; collato Chald. et Syriaco כַּסְרָה, *secuit, dissecuit*, indeque כַּסְרָה; Arabibus quoque كَسْرٌ est *ferrauit*, كَسْرٌ, *ferra*, quod nomen tam Saadias, quam Arabs in Polyglottis hic posuerunt. כַּסְרָה non tam significat *agiraui*, vt vertere solent, quam *demisit* (coll. Syriaco كَسַר, *incurvatus, inclinatus est*), vt Ps. LXVIII, 10. כַּסְרָה הַגִּיף. *pluuiam volentem, i. e. largam, demittes super illos.* In multis aliis locis quoque hanc significationem verbo nostro inesse ostendit MICHAELIS in *Supplement. ad Lexx. Hebr.* P. V. p. 1615 seq. Hinc comma hoc erit reddendum: *ac si baculus demitteret, qui ipsum tollunt, i. e. ac si baculus putaret, se hominem attollere, a quo demittitur, se viuere, se ferire, non hominem, a quo geritur.* Ita hic locus est vertendus ex lectione malorethica. Verum codices multi (Kennicott. quadraginta duo Ross. triginta quatuor) multi- que libri impressi pro כַּסְרָה אה מרימור legunt כַּסְרָה אה מרימור, ex qua lectione

lectione Raschius haec verba sic interpretatur: *quasi agira-*
ret virga, se ipsam, et manum attollentis ipsam. Michaelis
 vero, qui hanc lectionem in vers. germanica secutus est,
 שבט de *manubrio, ansa ferrae* intelligens, vertit: *als wenn*
sie den Griff, und die, die sie führen, bewegte. — Tres
 codices Kennicottiani, et duo Rossiani habent על-כריכורי,
contra extollentes ipsam. Si hanc admittas lectionem, ver-
 bum כרה hic apte in ea significatione sumes, quam
 نوفي habet apud Arabes, *elata fuit res, eminuit, siue*
 نيفي *imminuit rei, eminuit super eam.* Vertendum hinc
 erit: *quasi efferreret sese virga contra eos, qui eam attollunt.*
 Placet id quoque Hubigantio, vt respondeat על החוצב בן טף
 membro priori. Legerunt ita quoque haud dubie Vulga-
 tus et Syrus, quorum ille habet: *quomodo si cleuetur virga,*
contra eleuantem se: hic: *אָס טאַמאַט זיך אַגגן דאַ זאַץ*
אָס זיך אַגגן דאַ זאַץ, aut superbiret virga contra eum, qui at-
rollit eam? — (כּהררים מטה לא עץ) *Quasi virga eleuaret non*
lignum, i. e. eum, qui nihil minus est quam lignum, qui
se mouere suapte vi potest, i. e. hominem. Nempe obser-
 uanda linguae Hebraeae proprietas, qua particula לא con-
 struitur cum nomine ad rem eam exaggerandam et augen-
 dam; v. c. לא אלהים, *non Deus*, h. e. in quo nihil minus
 est, quam diuini aliquid; conf. Job. XXVI, 2. 3. Amos VI,
 13. Hof. XI, 9. Ief. XXXI, 8. Ief. LV, 2. Ita post Grotium
 plerique et optimi interpretes haec verba acceperunt. Ce-
 terae interpretationes tam vanae sunt et contortae, vt eas
 referre taedeat; veluti ea quam Ludovicus de Dieu protu-
 lit: *ac si montes esset baculus, non lignum, quasi baculus su-*
perbe se efferreret, oblitus, se non esse baculum sed lignum.
 Veteres haec verba partim non expresserunt, vt Syrus, par-
 tim sensum eorum hariolati sunt, vt Vulgatus: *et*
exaltetur baculus, qui vtiqve lignum est; Chaldaeus:
 כּאָרמא הוּטראּ לַמּטאָר לא הוּטראּ מתי אֶלְתוּן מן דְּמַתּוּי בּיּתּוּ
 quando

quando eleuatur virga ad percutiendum, non virga percutit, sed ille, qui ea percutit; Saadins: ^{وَرِيعُ الْعَصَاةِ كَيْسُ مَنْدٍ} et (quasi) sublatio baculi non proficisceretur ab eo, qui illum sustulit (^{مَنْ مِنْ رِيعًا} pro ^{مَنْدٍ}). Alexandrini habent ^{ὡς ἂν τὸ ἀρῆ εἰσβδον ἢ ζυλον,} quasi pro ^{γ ε λ} legisset ^{א ר ע}.

16. (לכֹּן-רוּחַ) Habes in his versibus poenam arrogantiae regis Assyriorum, variis imaginibus expressam. Et primo quidem, dum floreret, et victor aliorum regna inuaderet, vates eum comparat corpori pingui, cui scilicet integrae sunt vires, quas solet amittere, dum in maciem et tenuitatem, ex aliquo morbo aut inedia deuenit. (האדון) *Dominus ille*, hic non sine emphasi positum videtur, vt significetur, successus omnes et victorias Assyrii a Iehoua fuisse. Sub משמנים multi intelligunt *principes vel robustos*, vt Iud. III, 29. (כָּל-שָׂמֶן וְכָל-אִישׁ תָּהִל), Pf. LXXVII, 31. vbi ipsa nostra vox *iuuenibus electis*, בְּהַרְיִים, respondet. DOEDERLEIN sub משמנים *opes et diuitias* indicari putat. Sed malim hic intelligi vastum et numerosum eius exercitum, qui animali pinguiissimo confertur. רוּחַ i. q. רֹחַ infra XXIV,

16., *macies*, coll. Arab. ^{رَئِي}, *extenuatus, encruatus, iritus fuit morbo aut labore*. *Maciei* significatio, quam huic verbo inesse negauit CASTELLVS *Lex. Heptagl.* pag. 3557., manifesta est ex Num. XIII, 20. et Ezech. XXXIV, 20. Quod hic ad *pestem*, in exercitum Assyriorum missam, respici existimant, atque vs. seq. continuari, videtur longius petitum. Verum quidem est, Psalmo CVI, 15. רוּחַ de *morbo* dictum esse, magnam hominum copiam breui corripiente; sed hoc loco *macies* videtur tantum continuare tropum; quia principes seu exercitum Assyriorum vocauit *pingues*, ideo interitum eorum dicit *maciem*. (וְהָיָה כְּבוֹדוֹ יִקַּד כִּי קָרַד אֵשׁ)

Altera

Altera metaphora est petita ab igne, exercitum egregie instructum breui tempore deuoraturum et conlunturum. כבורר post Tremellium quidam vertunt loco gloriae eius, i. e. in loco, in quo gloriabatur Assyrius. Rectius autem mihi videtur reddi, *subter gloriam eius*, quia comparatio defumta est ab igne, qui aridae materiae (vs. 17.), aut saltui (vs. 18.) subiicitur. כבורר hic nec *speciem egregiam* (vt supra Cap. III, 25.), vt *Schmiedius*, nec *vestes pretiosas Assyriorum* (coll. Ezech. XXIII, 12., vbi Assyrii מְלִישַׁי מְקַלְלִים, *egregie vestiti* dicuntur), vt *Gatakerus* voluit, sed *exercitum Assyriorum bene instructum* notat, sicuti supra Cap. VIII, 7. Eodem autem significato כבורר et hic sumendum esse, membrorum parallelismus nos docet: respondet enim haec vox תוֹס משמנים membro קִיָּוִרִי. MICHAELIS pro כבורר legendum censet כְּבֵד, *iecur*. „De peste,“ inquit in *Supplement. ad Lexx. Hebr.* P. IV. p. 1198., „Assyriis immissa, „sermo esse videtur, pergiturque (sed alias vocales adscribam), וְתַחַת כְּבֵדוֹ יָקָר, *et sub iecore (aut si malis), felle, „eius exardescet, vt incendium ignis etc.* Pestilentium morborum haud paucorum sedes iecur et fel, ex medicorum „disciplina.“ Quae interpretatio ingeniosa magis, quam vera videtur. Nam de peste sermonem hic esse, frustra sumi, antea iam obseruauimus. Nec Michaelis ipse dissimulat, XXXIII. codices Kennicottianos, cum editione Stephani anni 1539. et Nisselii, כבורר cum Vau legere, cui lectioni sua interpretatio aptari nequeat. יָקָר hic est formae Kal, vt יָרַד, *descendet*, Ps. XVIII, 10. יָקָר vero non videtur esse forma *infinitiui, ardebit ardendo*, vt Buxtorfius et Cocceius opinantur, sed nomen formae כבורר 1 Chron. XXVIII, 17.

17. Quoniam ignis et combustionis mentionem! fecerat, hac comparatione perguit, et Assyrios facit materiam ignis, spinas, vepres, syluam, arbores; Deum vero sistit vt eum, qui hanc materiam incendit. (אור ישראל) Vt *Santus Israelis Deus est*, vt saepe legimus apud hunc propheta;

tam; sic etiam idem *lumen* hic vocatur *Israëlis*, qui et alio loco (Deut. IX, 3.) dicitur *ignis consumens*. Hic ergo, qui populi sui protector est, et vindex, in Assyriorum castris ita vehementer grassabitur, ut ad vnum pene omnes conficiat. FORERIVS: Forte alludit propheta ad cultum ignis, qui perpetuo ardebat et conseruabatur in templo. Cum enim ibi esset perpetuus ignis ad perpetua sacrificia, et sanctitas in cultu vigeret, essent autem Assyrii in circuitu Ierusalem veluti spinetum quoddam, fingitur veluti e templo egressus ignis, qui milites absumserit, exercitumque deleuerit. Huic sententiæ fauere videtur membrorum parallelismus; nam אור ישראל et אור קדוש haud dubie sibi inuicem respondent. — Sunt, qui sub אור ישראל *Dei filium* intelligant, hoc maxime ducti argumento, quod infra Cap. XXXVII, 36. מלאך יהוה exercitum Assyriorum percussisse dicatur. Qua de re conf. not. ad eum locum. Sub שיה ושמר quidam intelligunt *infimos* Assyriorum; nimis argute fortassis.

18. (כבוד ישרו וברמל) Conferuntur Assyrii cum sylua et monte, arbutis denso; quibus pulcritudo et amoenitas omnis detraherentur, si subitum incendium virorem omnem depasceretur. *Syluam* metaphorice vocat constipationem armatorum militum, qui crisis, galeis et hastis densissimam syluam imitantur. ברמל Hieronymus hic pro nomine proprio montis notissimi habet. Placet haec sententia Gatakeri quoque, qui in *Annotat. Anglic.* dicit: „forlan his verbis respicit Deus gloriationes illas Assyrii, Esai. XXXVII, 24., de inuadendis Libano et Carmel, montibus Israeliticis; q. d. imo vero tui Libanus et Carmel ante excidentur.“ Aptius vero haud dubie ברמל hic pro *sylua speciosa* et *amoena* accipitur. Scilicet mons *Carmel* oliuetis et syluis densissimis vestitus est. Vide geographos et itineraria, Hieronymumque, qui ad Ierem. IV, 26. ipse, inquit, *Carmelus, qui mari imminet magno, oleis confitus et arbutis, vineisque*

neisque condensus; conf. SCHVLZII *Leitungen des Höchsten*. T. V. p. 186. Nomen proprium autem montis amoenissimi ac pulcherrimi, de omni monte amoeno, syluis lactissimmo, positum esse, eodem modo quo apud scriptores barbaros *Thessala tempe*, pro omni regione amoenia, nemini mirum videbitur. Conf. infra XVI, 10. Ierem. II, 5. 2 Regg. XIX, 23. et MICHAELIS *Supplement. ad Lexx. Hebr. P. V. pag. 1358 seq.* (מנפס ועד בשר) *Ab anima ad carnen usque*, i. e. penitus, dictio prouerbialis. Non satis quidem haec conuenit montis et syluae arboribus et virgultis; sed sermo est de hominibus perituris, quorum ambusta carne vita perit. Πρωτασις et ἀποδοσις comparationis miscentur. (והיה כמסס כמסס) Magna interpretationis varietas in his verbis, maxime ob dubiam vocis כמסס significationem. Veterum plerique eam retulerunt ad כמסס, *fugere*: sic Alexandrinus: και ἔσαι ὁ φεύγων ὡς ὁ φεύγων ἀπο φλογος κακαμομενης, ac si legissent: הנס כמסס אש, פננס מנפס, quod Lowthus lectioni Masorethicae praefendum censet. Chaldaeus: ויהי הבריר מעציק, *et erit confectus et profugus*. Symmachus: και ἔσαι ὡς τετραμηενος φεύγων. Vulgatus: *et eris terrore profugus*. Ex recentioribus multi sequuntur interpretationem Kimchii, כמסס per כמסס, כרשא הנס, *vexillifer*, reddentis, כמסס autem (pro ימסס), *liquefcere*, de summo metu et terrore intelligentis, qua significatione verbum illud saepe occurrit, e. c. Deut. I, 28. (המסס אהד-לכבננו), Ios. V, 1. (והמסס ללבבם) *liquefactum est cor eorum, neque quidquam spiritus iis reliquum, prae metu Israelis*: et absolute quoque כמסס, *liquefcens*, de eo, *qui moerore, aegritudine et tabe quadam aegroti animi exeditur* Job. VI, 14. Hinc vertendum: *quasi dissolutio signiferi*, quod ita exponunt: tantam cladem fore, quanta esse solet in exercitu, cuius vexillifer cecidit; tunc enim omnes fugiunt. Verum vt taceam, hanc interpretationem non satis planam et facilem esse, hic sensus nullo modo congruit cum similitudine, quam vates antea inceperat. Idem dicendum est de COCCII sententia: *erit vt tabes, quod eminet, quod in-*
signe

signe est (סס) propr. *eminuit*, vnde, *signum erexit* Pf. IV, 7.); *omne eminens tabescet et colliquescet*: et de HEZELII versione: *sicut aegrotus tabescet, wie ein Kranker dahin schwinder*: scilicet סס confert cum Syriaco ܠܘܥܘܘܢ, *aegrotus, infirmus*. — STRVENSEE: *et qui effugit (סס a נס) animo liquefactus erit (ססס, liquefecit, effluxit)*. VITRINGA: *et erit ut dissolutio siue liquefactio fugientis*. WALTHERVS: *sicut agmen fugiens abit*. DATHE: *sicut cum signifer fugit*. DOEDERLEIN hunc versum vertit ita: *eiusque (Assyrii) syluam, Carmelo similem, qua corticem, qua medullam, conficiet, ut sit velut pertica, quae procul emineat*. Quod in nota subiecta ita illustrat: „Carmelus quidem *mons*, confitus „sylvuis, apta est imago exercitus numerosi; qui dum interit, caesam dixeris sylvam. Restat tamen rara arbor, h. e. pauci superstites erunt. Eandem imaginem repetit vates Cap. XXX, 17. Vocabulum ססס deducendum videtur „a סס, ac equipollet nomini ס, *vexillum*, siue *pertica*; „quae in monte defigitur, et emicat (ססס ex Arab. *emicare*).“ — Allegoriae continuandae nulla interpretatio magis conueniret, quam BOYSENI ad h. l.: *sicut arida virgula concremantur*, sed certa praesidia desunt. SCHVLTEMS in *Origg. Hebr.* Lib. I. Cap. V. §. XXIII. p. m. 67.: „Radix „Arabica ^سذس, quae respondet Hebraeorum ססס, non tantum exponitur (a Grammaticis Arabum) *extulit, eleuauit in altum*, vnde ס, *vexillum*; verum etiam, *crepuit imposita igni caro, dumque vehementius assatur stricuras sparsit*: „quasi dicas, *emicit, seque extulit inter assandum*. Hinc „vehemens oritur tralatio, et orationi susceptae mirifice „congruens: *et erit, ut quum liquefcit, et in tabem datur, „caro in igne crepitans*.“ — Sed carnem assando liqueferi, quis hoc vnquam audiuit? Hinc equidem accedo sententiae MICHAELIS in *Supplementt. ad Lexx. Hebr.* P. V. p. 1647.:

„Mutatis punctis, ססס כססס, confero Arabicum, نُنَسَّ,
„bulliru,

„bullitu, vel feruore suo sonuit aqua, بُشْبُش, bullientis
 „aquae sonus, vertoque, erit v. liquefcere, bullire. Summus
 „feruor describitur, qui non modo liquefcere, sed et bulli-
 „re faciat. Amant Orientales duo verba, sono vicina,
 „componere: sic Talmudici, non noui Chillek et Eillek,
 „Arabes, حَلَّ بَلَّ, licitum, ipse Moles statim ab initio
 „הוֹדוּ וְבוֹדוּ.“ Huc fortasse referendus quoque est Syrus:
לֹא־וָסַלְוָה אִמְרֵי יְהוָה וְלֹא־וָסַלְוָה, et erit ac si numquam fuisset.
 Bulliendo enim res liquefactae euaporantur et quasi euane-
 scunt.

19. (ושאר עץ יערו) *Quod vero adinet ad residuum arborum siluae.* (מספר יהיו) *Numerus erunt*, i. e. pauci. *Numerus* apud Hebraeos pro paucis poni solet, e. c. Pl. CV, 12. מִתְּהֵי מִסְפָּר, vid. quoque Deut. XXXIII, 6. Quod enim numeramus, exiguum est; iuxta illud Ouidii: *pauperis est numerare pecus.* Quod vero additur, נער יכחבם, *puer scribet eos*, amplificatio paucitatis est. Puer enim non magnam summam numerando assequitur, illam nempe, quam manuum digitis notare potest. Et hinc, opinor, conieciarunt Hebraei, decem e toto exercitu fuisse residuos.

20. (והיה באמת) Ahasus regem Assyriae contra duos reges Syriae et Israelis in auxilium vocauerat. Quod foedus malo publico futurum esse, saepe iam minatus est vates. Ait igitur nunc, eos, qui effugerint Assyriorum arma, qui erunt paucissimi (ideo enim dicuntur *residuum* Israel), post eam plagam, qua Deus regem Assyrium affecerit, spem suam in Deo locaturos potius, quam in illo, quem tam facile vidissent posse deleri. *Nisi in re aliqua* est, in ea fiduciam ponere. (באמת) *Vere* Iehouam colent; non sicut alii ex eadem gente, qui dubio gradu vacillantes, modo ad veri Dei, modo ad inanium Deorum cultum ferebantur.

21. שאר ישרב) Nomen est alterius filiorum Iesaiæ, ad quod hic alludit, sicut vs. 6. ad nomen alterius. *Redi-
tus ad Deum* eius est, qui ab eo discesserat, quod duplici ra-
tione fit. Altera quidem est eius, qui ad commenticios
Deos defecit, quales haud dubie permulti fuere sub regibus
idololatriæ; altera vero eius, qui cultum veri Dei professus,
tamen ex legibus diuinis vitam suam non instituit. Ad
Deum igitur *redit*, qui, idololatriæ nuncio remisso, solum
verum Deum colere denuo incipit, et qui, improbis mori-
bus exutis, vitam ad leges diuinas iterum exigit.

22. שאר ישרב בו (כי אם-בו), *reliquiae conuertentur ex
eo*, reliquiae eius reuertentur ad te; ac si dicat: quamuis
plurimi perituri sint, tandem tamen aliquot seruabuntur, et
conuertentur ad Dominum Deum. (כליון הרץ שטף צרקה)
Horum verborum tam variae sunt et multae explicationes,
vt sine taedio lectorum eas omnes enarrare vix possimus. Ita-
que nunc eum tantummodo sensum exponemus, qui verbo-
rum singulorum significationibus et totius orationis nexui
conuenientissimus nobis videtur; ceteras interpretationes in
Excursu singulari recensaturi. Equidem cum VITRINGA ver-
to: *consumtio decisa est, exundans iustitia*, i. e. totalis per-
niciens pro summa Dei iustitia decreta est. כליון est *consum-
tio*, vid. Deut. XXVIII, 65. Verbum הרץ de *sententia iu-
dicis certissime decreta et definita* vlrpatur I Regg. XX, 40.
vbi Achabad prophetam: *rectum est iudicium tuum* אָתָּה הִרְצָתָּ
tu ipse definiuisti. בצרקה positum pro בצרקה, *iusse, seuerè*.
שטף *exundans erit*, absumet omnia. Metaphora desumpta
est vel a *torrente* exuberante (נחל שיטף, infra Cap. XXX,
28.), qui omnia secum rapit et deuastat; vel ab *imbre*, plu-
uias instar torrentis confertim dimittente, vt supra humum
exudent et stagnet aquae.

23. כי כלה-הארץ, Propri. *Consumtionem et excidium Iehoua
faciet in omni terra*, i. e. certissime Iehoua decreuit omnem
populum absumere. נחרצה non est adiectivum siue partici-
pium,

pium, vt multis videtur, sed substantivum a verbo הרץ, *excidit*, vt Dan. IX, 27. XI, 36. Cum praecedenti substantivo כלה per ו copulatur, et vtrumque construitur cum verbo עשה. Sic etiam Vulgatus, Syrus et Chaldæus vertunt. *Consumtio* vero et *excidium* est Hendiadys in Substantivis: *excidium consumens*, siue maxima vastatio. כל omittunt codd. Kennicott. sexaginta nouem, Rossiani septemdecim; nec non Biblia Soncinenfis, Brixienfis, antiqua sine anno et loco, Bombergiana vtraque 1518. ad marg., Prophetæ posteriores Soncinenfes, Pisaur. 1516. Pisaurenses 1520. Sensus semper idem manet. Notum enim est, כל etiam de singulis regionibus saepe poni.

24. Digressus paulum Propheta, redit ad proprium orationis suae scopum; consolatur pios, nec plane deletum iri populum Israeliticum promittit. (עמי יושב ציון) Haec blanda appellatione alloqui videtur paucos sinceros Jehouae cultores superstites de quibus vers. 21. 22. (בשפט יככה ומטהו ישא עליה) *Quando baculo te percutiet, et iugum suum super te tollet*, i. e. quando te vt seruum tractabit aut tractare instituet, et siue edictis suis, siue imperiosis edictorum suorum executionibus, te vexabit. Metaphora desumpta est partim a iumentis, quae, dum graua onera portant, ab actoribus baculo, fuste, stinulo, agi, caedi et citari solent; partim a seruis, in operibus seruilibus versatis, quibus adsunt επιιστατοι, operarum inspectores et exactores, fustibus instructi. Vtrumque hic respici, patet ex collata phrasi Cap. IX, 3. et 27 seq. Caeterum haec verba ad Assyrium referenda sunt, non ad Deum, vt nonnulli volunt, quasi sensus sit: *et baculum suum attollet* (Deus) עליך *supra te*, vel, propter te, i. e. ad te vindicandum, et puniendum Assyrium, qui te percutit; quod durius videtur. (בדרך מצרים) Haec verba interpretes haud pauci vertunt: *in via Aegypti*, i. e. cum rex Assyrius exercitum suum in Aegyptum duxerit, eum percutiet. Et respici quidem existimant

istimant expeditionem Sanheribi, qui primum ibat, vt Tarachae occurreret; deinde, bello Aegyptiaco confecto, per Palaestinam redibat, et, captis vrbibus Iudaeae munitis, legatos misit ad Hezechiam Lachiso, vnde pecuniam extorsisse non contentus sibi Ierosolyma dedi postulavit, vid. 2 Regg. III, et infra XXXVII. Alii vertunt: *more, modo, ritu Aegyptiorum*, i. e. eo modo, quo affligerunt te Aegyptii, sic te affligent Assyrii; q. d. sicut ab Aegyptiis olim indigna passi estis, non tamen afflictio illa perpetua fuit; sed finem habuit, eundemque gloriosum vobis; ne despondeatis quoque animum, cum videtis Assyriorum aduersus vos crudelitatem et ferociam. Habitatores enim Hierosolymitani obsidione pressi sunt, et omnia, quae extra muros possidebant, vastata, sed non diu duravit ista vexatio. *In via alicuius* idem est saepe, atque *instar*, seu *ad morem et similitudinem* alicuius, quia *via* Hebraeis ratio est aut modus viuendi et operandi. Sic Amos IV, 10. Immisi vobis pestilentiam *בדרך מצרים via Aegypti*, i. e. ad exemplum pestilentiae Aegyptiacae; vid. et Ezech. XX, 30. Praeferenda mihi videtur haec interpretatio propter vs. 26. vbi *בדרך* eodem significatu occurrit; et quod prophetae nostro imprimis frequentes sunt allusiones ad historiam populi sui, vt in eodem versu ad historiam Gideonis, et Cap. seq. vers. 16.

25. *כִּי עוֹר מֵעַט מִזֶּעַר* (*כי עור מעט מזער*) *Post parum* perficietur ira mea et furor meus, ad eos, Assyrios, consumendos. Intra brevissimum tempus perdam Assyrios, et ita irae meae finis imponetur. *מעט* saepius, simpliciter sumtum, de *tempore* vsurpatur, e. c. Hagg. II, 6. Sed phrasis *מעט מזער* non reperitur alibi, quam apud nostrum, et quidem praeter hunc locum Cap. XXIX, 17. *זעם* Lowthus legi mallet; sine auctoritate. Nam ex eo, quod Hieronymus et Syrus pronomen addiderunt, non certo colligere licet, id in suis codicibus extitisse. Vid. ceterum de hac voce not. ad vs. 5. Capit.

Capit. nostri. Gatakerus et Vitranga hoc nomen intelligunt de *ira* et *seueritate* Dei erga populum suum, vt sensus huius versiculi sit, *indignationem*, quam Deus conceperat in populum suum, *breui tempore cessaturam* esse. Verum totius orationis nexus suadet potius de Assyriis hunc verum interpretari. כלה, si de Assyriis est sermo, *consummabitur* reddendum erit, i. e. ad summum perueniet, explebitur, satiabitur. Si autem de Iudaeis, *consumetur*, *finietur*, cessabit, indignatio mea, vt Proverb. XXII, 8. — (על הבליהם הכליהם, cum כ, legunt tres codd. Kennicott., totidemque de Rossiani; Biblia Brixienfis, Veneta 1551., Veneta 1563., Veneta 1613., Veneta Lombrosi 1639., Iesaias Polyglottus Basileensis, 4. sine anno, Iesaias cum comment. Veronae, 1652. Dubia Biblia Veneta 1566., nonnullique codd. Mss. In bibliis Nisselianis haec vox circulo est notata, ad indigitandam codicum et editionum discrepantiam. Lectionem hanc sequitur quoque in suis Commentariis in h. l. Abarbenel. הכליה interpretari solent *consumtionem*. Michaelis vero vocem ad Arab. كالي, *mensurauit*, refert veritque, *et ira mea erit ad mensuram eorum*, i. e. modica, vt eos non absumat, sed ferri possit. Mihi tamen הכליה a manu Iesaias esse videtur: primo quidem, quod הכליה emphatica magis, et insolentioris sit vltus, quam הכליה; constat autem, prophetam nostrum selectas voces amare: deinde quod non facile in mentem venisset librariis, הכליה mutare in הכליהם, si haec posterior scriptura non esset antiquissima, quia prius magis notum est, quam posterius. Ad quae accedit, vocem הכליה hic minus eleganter adhiberi, cum in eadem hac sententia iam adhibita esset verbum כלה. Ceterum vox הכליה ipsa quoque diuersimode accipitur. Sunt, qui significationem eius repetant a voce הכל, quam deriuant a כלל, notatque *scelus*, *flagitium*, iuxta phrasin Mosaicam, quae non semel occurrit, הכל עשי, *scelus*, *flagitium*, rem abominandam perpetrarunt. Sic Vulgatus: *et furor meus super scelus eorum*. Hunc sensum haud dubie

expressit Jarchius; designari scribit *conuicia* et *maledicta*, quibus legati Assyrii Deum laecerant. Praefert quoque hanc interpretationem Abarbenel, si legendum sit הבליות; mallet enim ipse הכליות. Aben-Esra: ואפי בהם על רוב שהשהיתו *et ira mea inter ipsos exardescet, propterea quod abominanda perpetrarint*. Sic fere Syus: ^ובַּלְיָהִם, ^ובַּלְיָהִם, *contra corruptelam eorum*. Sed alii, et longe piures, significationem vocis הבליות deriuant a בלה, *inueterari, antiquari*, παλαιωσθαι, vnde הבליות παλαιωσις, καταργησις, *consumtio, perditio, abolitio*, vt בלי, apud nostrum infra XXXVIII, 17. et בָּלָה, in Piel, *deterere, consumere*, vt adeo הבליות hic fere idem valeat, quod כליון, *consumtio*, vi. 21. Qui in hac sunt sententia, particulam על reddunt *vsque ad*, vt Ios. II, 7. 2 Regg. XXIII, 29. Ezech. XLI, 17., pro ער (quod hic etiam habent cod. Kennicottianus vnus, vnusque de Rossianus), vt sensus sit: *iram Dei arsuram esse, vsque ad illorum (Assyriorum) perditionem, abolitionem*. Et haec interpretatio mihi quoque vera videtur. Minus placet VITRINGAE explicatio: *ira mea (in populum meum) terminabitur cum (ita על vertendum quoque Exod. XXXV, 22. Levit. II, 2.) ipsorum abolitione (hostium Assyriorum)*. MICHAELIS in *Supplementt. ad Lcxx. Hebr.* P. I. p. 179. nostrum הבליות confert cum Arab. ⁵بَلِيَّةٌ, *vexatio, infortunium*; vertitque hunc versum: *finem habebit ira (contra populum Dei), et vertet se ira mea contra vexatorem eorum*. DOEDERLEIN: *sed breui inermisso spatio ira mea remittit, et vertitur in eorum machinationes*. Sequitur Alexandrinos, qui βελαγη הבליות reddiderunt, ac si esset a בל, Dan. VI, 15.; quod conferendum est cum Arab. ⁵بَالٍ, *cor, animus*.

26. (ועורר) *Et excitabit*. Mutatio personae. Sunt enim verba prophetae, vel ipsius Dei, loquentis de se in tertia persona. (במכת מרין בצור עורר) *Quemadmodum eleuauit*

ad percutiendos Midianitas apud petram *Horeb*; is locus est, ubi Gideon duos reges Midianitas occidit, *Zeeb* et *Horeb*; Iud. VII. VIII. (ומצורו על הים) Ante מצורו repetendum est ἀπο τῆς κόρας particula similitudinis, כ, et iuxta virgam suam super mare, i. e. vt percussit Aegyptios in mari rubro. (בדרך מצרים) Eo modo, quo leuauit super Aegyptios, vt in mari perirent. Versu 24. dixerat, quod Assyrii percussissent Iudaeos sicut Aegyptios; hic autem, quod Deus percussurus sit Assyrios sicut Aegyptios.

27. (סבלו) *Onus eius*, Assyrii; i. e. onus, quod imposuit Assyrius. (רחבל על מכני שמן) Magna interpretum discrepantia, in verborum difficilium explicatione. Interpretes tamen antiquiores fere consentiunt, quod mireris. Alexandrini quidem videri possent paullo aliter legisse, dum vertunt: καὶ καταφθαίσεται ὁ ζυγὸς ἀπο τῶν ἀμῶν ὑμῶν: nempe שכמיכם; sed quoniam haec lectio idem dicit, quod in membro primo, referenda est ad vitia illius codicis, quo hic interpret vsus est, frequentissima. Vulgatus; et *corruptescet iugum a facie olei*; verba sine sensu; Chaldaeus (sub oleo Messiam intelligit, quem nemo h. l. quaesierit. Syrus vertit: *corruptetur iugum* חבל מִיְמֵי מִלְחָמָה a iuuenicis; ita videtur intellexisse שמן, quasi abstractum, pingue, positum esset pro concreto, pingues scil. iuuenici. Saadias: ^איִגְמֵן אֶצְרָה מִן ^בפִּי אֲבָלִיִּם, et *corruptetur iugum eius in conspectu nobilium*. Cum hac interpretatione fere consentit DOEDERLINI: ei כני שמן sunt pingues, h. e. illustres, diuites, qui maxime onere premebantur, tributis impositis; כ vero idem significat, quod in praecedenti membro מַעַל; et חבל accipit in significatione praegnante: *tolletur et confringetur iugum, ne pinguibus amplius molestum sit*. — HVBIGANTIVS more suo lectionem ex ingenio mutat, et pro שמן, vel שִׁמְט, calcitrans, vel שִׁמֵּט legit,

quod Arabice (موسى) equum reluctansem, qui sessorem non admittit, indicat; cum quo regem Hiskiam putat comparari, qui iugum Assyriorum excusserit. — Alias coniecturas proponit SECKERVS, a Lowtho adductus: „Fortasse „legendum מִבְּנֵי שָׂן, vid. Cap. V, 1. Zach. IV, 14. Et „possunt intelligi Iudaei vncti Dei, Ps. CV, 15.; vel Assy- „rii מִשְׂמֵנִים, hic vs. 16., vt dicat propheta depulsam iri iu- „gum ab his impositum; sed hoc durius. Vel potest legi „מִשְׂנֵי שָׂן.“ — MICHAELIS pro הָבֵל legit הָבֵל, hoc sensu: *et funis iugi recedet a collo eius.* Quae coniectura placuit quoque Walthero et Henslero. — GROTIUS שָׂן, *oleum*, metonymice dictum putauit pro *oleo uncto*, scil. Hiskia. „Iu- „gum illud, inquit, quod Assyrii Iudaeae imposuerant, „plane interibit, propter Ezechiam, vnctum sacro oleo. Al- „luditur ad vim olei, quod nodos facile relaxat.“ Hunc sensum in versione expressit quoque DATHIUS: *corrumpetur vero illud iugum propter vnctum oleo regem.* — Quidam ex Hebraeis ita intelligunt: *peribit iugum eius prae pinguedine*, i. e. felicitate; q. d. vt corpora opima sua interdum pinguedine obruuntur, et suffocantur, ita Assyrius opibus et honoribus suis. Imperium eius ob nimias opes et superbiam delebitur. — FORERIVS metaphoram censet, sumtam ab animalibus, quae si pingua sunt, prae pinguedine laxatis nexibus, dissolvuntur iuga; vel ab agricolis, qui nodos iugi induratos adhibito oleo seu pinguedine solvunt. — Verum recte opponit Sanctius, id nec ferre vsum rusticorum, nec lora inde putrescere, aut inutilia fieri, quod tamen propheta significare velit. Hinc sic exponit: *computrescet iugum*, i. e. iugi lora, *defectu olei*, quia oleum deficit, vt שָׂן sit priuativum, vt, Sam. XV, 26. Job. XXXIII, 28. Morem enim esse rusticorum, lora iugorum, quae coriacea esse solent, vt lenta sint et tractabilia, oleo macerare, et subigere, quod si absit, facile arescere et rumpi. Verum tum esse deberet מִשְׂנֵי שָׂן. VITRINGA vertit: *et computrescet iugum ob oleum*, quod ita explanat, iugum intelligi ferreum, olei

olei autem eam esse naturam, ut ferri interiora penetret atque emolliat, dissoluat, et corrumpat. Quod absens plane est; arcet potius aeruginem. CLERICVS: „prae pinguedine laxabitur iugum; videtur hoc velle propheta, Iudaeorum res „ita conualituras, ut vel sola eorum potentia, quae pinguedine significatur, Assyrii post tantam cladem omnia Iudaeis „onera sint remissuri.“ Sed ipsa pinguedine corruptum, siue laxatum iri iugum, horrenda sane imago est; nec enim potest pinguedine corrumpi, nisi haec attritu iugi diuturno in saniem resoluatur; nec corrumpi et laxari eadem. KOCHERVS: „Quid si vatis verba per inexpectatum ὄξυμωρον explices hac sententia: iuga pingui inuncta conseruari durare „que solere, istud iugum contraria ratione prae pinguedinis oleiue copia periturum; vberimnis scilicet, spiritualibusque inprimis, Dei beneficiis; nam promissum non ad „illam modo aetatem, sed ultra pertinere arbitror.“ Equidem verba ita intelligo: laedetur, rumpetur, iugum propter pinguedinem, prae pinguedine. Comparatio desumpta videtur a bouibus, adeo saginatis et pinguefactis, ut iugum ipsis impositum non amplius patiantur, sed abiciant et discutiant. Inest igitur his verbis simul laeta promissio felicitis populi Israelitici status.

28. Sequitur ἐπαροδος, quae describit aduentum hostis alicuius. Intelligenda vero haud dubie est expeditio Senacheribi, de quo in hoc carmine agi, in Argumento euicimus; et quidem ipsa illa, quae Hiskiae regi et Hierosolymitanis tanto terrori fuit. Viuide depingit vates simul incolarum Iudaeae metum, fugam, trepidationem, desolationem agrorum, aliasque belli mala et calamitates. — Et de Senacheribo quidem hic agi, in eo interpretes plerique consentiunt, et Chaldaeus aperte, licet in describendo exercitu et copiis Senacheribi valde luxurietur, nisi forte, ut Vitringa suspicatur, hic paraphrasi aliquid ex allegoricis interpretationibus aevi recentioris insertum sit. — Sunt tamen

alii, qui existiment, prophetam hic transferre orationem ad aliud subiectum, et cum hac vsque de Sennacheribo egisset, nunc describere expeditionem recentiorum Nebucadnezaris, Hierosolyma tandem expugnantis, totamque rempublicam subuertentis. Rationem petunt ex vs. 33, 34., quos de *Iudæis* intelligunt. Hanc sententiam defenderunt Cocceius et Altingius, et ex recentioribus Michaelis et Koppius, qui hanc ipsam ob causam, ea quae sequuntur, cum Cap. XI. XII., a praecedentibus seiungenda censet. At enim vero de Sennacheribo non esse discedendum, Vitringa his probat argumentis: *primum*, quia in oratione prophetae nullum indicium est, transitum fieri ad aliud subiectum. Egerat in superioribus de Sennacheribo; quare, cum hic ait, *venit Aiatham*, intelligendus erit idem ille, de quo antea dixerat. *Deinde* in tota hac descriptione non memoratur, Hierosolyma ab hoc rege capta et expugnata; sed circumiacentia tantum loca occupata et infessa esse; quod conuenit expeditioni Sennacheribi. *Tum*, qui verba prophetae diligenter expendit, videbit, illum describere expeditionem aliquam transitoriam, qualis fuit expeditio Sennacheribi, raptim cum exercitu mouentis in Aegyptum; non sane Nebucadnezaris, qui vltima expeditione tertio demum anno Hierosolyma expugnauit, cuiusque adeo copiae locis circa urbem omnibus occupatis, fixas certasque habuerunt castrorum metationes. — Ceterum expeditio Sennacheribi, quae hic describitur, non est illa *Rabfacis*, cum manu aliqua militum ab imperatore missi ad Hierosolyma denuo tentanda; postquam missam fecisset Aegyptum; sed est expeditio Sennacheribi ipsius, e terra sua primum aduenientis, ad Hiskiam in ordinem cogendum et Aegyptum inuadendam. Pleraque enim, quae hic memorantur, loca, Hierosolymis ad *aquilonem* sunt, patetque, iter ab aquilone flecti ad Occidentem et Austrum. Videtur igitur Sennacheribus, postquam cum copiis Euphratem traiecisset et in Syriam venisset, mox Iordanem traiecisse, medio fere spatio
inter

inter *Lacum Genesarethicum* et *Asphaltites*, in ditioe tribus *Ephraim*, ubi alias etiam, haud dubie ob commoditatem maiorem loci, celebris fuit traiectus, dictus בְּרֵיהַ בְּרֵיהַ, pro בְּרֵיהַ בְּרֵיהַ; cuius mentio fit Iud. VII, 24., de quo LIGHT-FOOTVS in *Disquisit. Chorograph. Ioanni praemissa*, Cap. I. §. I. III. IV. videndus. (עֵי) Haec vox, vti hic scripta est, alias non occurrit; sed non est dubium, quin formata sit ex עֵי, *Ai*, oppido satis celebri in historia Israelitarum, Palaestinam occupantium, Ios. VII, 1. 2., atque adeo עֵי sit oppidum cum agro circumiacente a Iosua plane dirutum et subuersum, sed deinceps rursus instauratum, dictum עֵי, vt videtur, a עֵי, quod in *tumulo*, siue loco editiore situm fuerit, vt aliae vrbes ob hanc rationem insignitae sunt nomine רְמֵה, *locus editus*; et liquet ex historia (Ios. VIII, 11.), *Ai* urbem fuisse in colle aut tumulo sitam; et quidem in extremis *limitibus septentrionalibus* fortis *Beniaminis*, e regione *Bethelis* ad *Orrum*, Genes. XII, 8. Ios. VII, 2., Hierichunti autem ad *Occidentem* et *Septentrionem*. Conf. BACHIENE *Descript. Palaest.* P. II. T. II. §. 235 (seq. מְנָרָן) Loci huius nulla mentio alia est, praeter I Sam. XIV, 2. vnde patet, fuisse locum, proximum *Gibae*, quae ipsa quoque sita est in limitibus septentrionalibus *Beniaminis*, ad *Occiduum Australe*, *Ai* et *Bethelis*, habebatque ad *Australe* clima *Ramam* et *Hierosolyma*; vid. Iud. XIX, 12. 13. Alexandrini in loco Samuelis citato, Μαγγεδων scribunt, hic Μαγγεδω, Theodotion: Μαγγεδων. Conf. BACHIENE §. 252. l. c. מַכְמַשׁ) Alias מַכְמַשׁ, Esr. II, 27. Nehem. VII, 31., sicque et Syrus, librum Maccabaeorum ex Hebraico textu vertens, I Macc. IX, 73.

מִגְרוֹנִי habet. Locus est, proximus *Migroni* et *Gibae*, et huic quidem ad *Septentrionem*, vid. I Sam. XV, 5. Vid. BACHIENE §. 253. l. c. (יִפְקִיד כְּלִיר) Quum יִפְקִיד Pl. XXXI, 6. Ierem. XXXVI, 20. XXXVII, 21. 2 Parall. XII, 10. *deponere*, *mandare*, significet; Alexandrini verterunt: ἐν Μαχμας θησει τα σκευη αυτου. Quos secutus est Syrus: In

Michmasch מִיכַמְשַׁח וְשָׂדִיָּאִים *ponet impedimenta sua, et*
Sadaias : וְאוֹדַע סָלֶדֶתָּ *et deponet arma eius in Mich-*
masch. Huc fortasse referendus quoque Vulgatus: *apud*
Michmas commendabit vasa sua. Et hanc interpretationem
 etiam multi inter recentiores sequuntur. Quod autem rex
 Assyrius sarcinas suas in Michmasch reposuit, huius rei
 Kimchius hanc adfert causam, quod persuasus ille fuerit,
 se Hierosolyma sine magno rei bellicae apparatu expugnare
 posse. Vitringa vero illud ideo potius factum putat, quod
 Michmasch locus fuerit bene munitus natura et situ; quip-
 pe ad quem nisi per *angustum traiectum*, quem duae rupes,
 sibi inuicem aduersae, faciebant, iter expediri non poterat,
 vt liquet ex historia Saulis et Philisthaeorum 1 Sam. XIII,
 2. 3. 16. 23. — Equidem tamen cum Clerico verbum in
 significatione v̄sitatiore accipere, et de *recensione armorum*
 intelligere mallet; ita vt duces inspecturi illic et probaturi
 arma militum essent.

29. מעברה (עברר מעברה) non solum *vadum, traiectum fluminis*,
 denotat, sed de *montibus* quoque dicitur, sicut Hispanorum *por-*
to, i. e. locus asper, angustus et difficilis ad transeundum.
 Conferendum est 1 Sam. XIII, 23. *Et exiit statio Philis-*
thaeorum מִבְּמַטְּ מֵעֵבֶר אֶל-מִיכַמְשַׁח *ad traiectum Michmasch.* Qui
 traiectus describitur Cap. XIV, 4. 5. Medius erat et angu-
 stus inter rupes duas *Bofetz et Sene*, quarum alter in Sep-
 tentrione respexit *Michmascham*, alter in Austro *Gibeam*.
 Erant eiusmodi loca in Iudaea et Beniaminitide plura, qualia
 etiam erant, ab Occedente Hierosolymorum, qua iter est ad
Bethoronem inferiorem: *Τὰς κατὰ σεία καταβάσεις*, *descensus*,
qui ad praerupta et angusta loca sunt, appellat IOSEPHVS de
Bello Iud. Lib. II. Cap. XXVI. (גִּבְעָה מִלִּוּן לְנֵר) *Geba est di-*
verforium, quo pernoctant. Ita omnino לְנֵר est vertendum,
 אֶל-לִוּן, nec, vt quidam fecerunt, *nobis*, Vulgato duce, qui
 habet:

habet: *Gaba sedes nostra*. Lowthus, Chaldaei auctoritate permotus, גַּבָּא legendum censet; quod etiam Dathius et Doederlein probant. — Ceterum *Geba*, quae hic nominatur, est Michmaschae proxima nec confundenda cum *Gibe* s. *Gabaa Saulis* seu *Beniaminis*, quae mox occurret. תררה רמה, i. e. *alta, excelsa*, plurium urbium in Iudaea nomen erat, ideo haud dubie, quod in *collibus* aut *locis editis* sitae essent. Nostro loco illa designatur *Rama*, quae inter *Gebam* et *Gibeam* media fuit, ad Septentrionem Hierosolymorum et *Gibee* Saulis. Non est confundenda cum *Rama Samuelis*, siue *Ramathaim Zophim*, in tractu occiduo montium Ephraim sita. Nostrae *Ramae* mentio fit in historia Levitae Iud. XIX, 11. 12. 14., in qua Levita, cum Hierosolymis pernoctare recusaret, die iam valde praecipite, famulo dicit: *pergamus ad Gibeam, non longe videlicet Hierosolymis distantem*. Item: *age, et fac appropinquemus uni locorum istorum, ut pernoctemus Gibee aut Ramae*; unde colligere licet, esse *Ramam* ab *Hierosolymis* *Gibe* remotiorem; quod confirmatur loco 1. Regg. XV, 22. גבעת שאול *Gibeath Saulis*, quia *Saulis*, regis, patria fuit, 1 Sam. XI, 4., *Ramae* ad Austrum, ubi ad Occidentem vergit.

30. צהלי קולך בה גלים. *Exalta vocem tuam*, ut aliae urbes exaudiant, *filia*, i. e. oppidum (conf. not. ad Cap. I, 8.) *Gallim*. Mentio fit huius loci alias semel tantummodo, 1 Sam. XXV, 44.; verum ibi nihil de eius situ dicitur. גלילימ (הקשיבי לישא) Grotius, vim formae Hiphil respiciens, vertit, *fac audire Laifam*, ita altum eiulatum tolle (tu, *Gallim*), ut ad ultimos fines exaudiatur, ubi *Laisa*. Intelligit celebrem illam urbem, antea *Lefem* dictam, in extremo limite Septentrionali Cananaeae, ad Libani radices sitam, a *Danitis* expugnatam, Iudic. XVIII, 7. seq. Verum cum גלילימ in plurimis aliis locis attendere, sicuti in *Kal*, denotat, praeferenda haud dubie est Vulgati interpretatio: *ar-*

rende *Laisa*; vt moneat vates habitatores *Lisifae*, ne despiciant clamorem oppidi vicini Gallim. Qua interpretatione assumpta, non intelligenda erit celebris illa ad Libanum *Laisa*, sed alia eiusdem nominis vrbs; sita in proximo Hierosolymorum, milliari circiter germanico ab vrbe, Ramam inter, quae septem, et Anathothem, quae tria milliaria Romana ab Hierosolymis septentrionem versus. Satis verisimiliter suspicatur WERNSDORFIVS in scripto de *fide historica libros I Maccab.* §. 80., eam esse *Laisam*, quae I Maccab. IX, 9. in Vulgata, pro Graeco Ἐλεωσα, vel Ἀλωσα, legitur, ad quam Iudas ante praelium commissum castra habuit. Situs sane locorum concinit. Conf. MICHAELIS *Annotatt.* ad loc. ill. Maccab. et *Backiene Descript. Palaest.* P. II. Tom. II. §. 280. Vitringa, Cocceium secutus, verba nostra ita coniungit cum sequentibus, vt sensus sit: *o misera Anathoth, attende Laisam versus!* Verum interpretatio vulgaris haud dubie elegantior est. ענייה ענחה) Vulgo: *misera Anathoth: o miseram Anathoth!* seu, vt Doederlein: *Anathoth affligetur.* Sensu bono et apto. Syrus vero vertit: אֲנִיָּה עֲנִיָּה, *responde Anathoth.* Idemque placuit Lowtho, qui vertit: *hall's wieder, Anathoth!* Epithetum ad significationem nominis alludere putat, tanquam si diceret: *Ah! nimis ex vero nunc tibi nomen erit!* Michaelis effert: עֲנִיָּה, *respondens*, iuxta formam פִּרְיָה. SIMONIS in *Quomast. V. T.*, sub hac voce: „עֲנִיָּה, *responsiones*: eadem ratio nominis, quae in בית ענח, *locus echus*; nam „hodieum eius rudera ostenduntur in valle, scilicet in „medio montium, vt referunt *Robertus* in *Itiner.* p. 70. et „*Monconysius*, p. 301.“

31. כררה מרמנה) Recte Vatablus: *fugit, mora est.* Nam verbum כרר *mozum celerem, commotionem celerem, fugam* seu *agitationem* significat. *Madmena*, quae hic nominatur, nullo alio loco occurrit. Nam illa *Madmanna*, quae

memora-

memoratur Iof. XV, 31., in australibus tribus Iudae sita, huc non pertinet. Alexandrini Μαδεβηνα habent. (ישבי הגבים העיר) גבים, pro quo Alexandrini Γιββουε ponunt, locus nobis ignotus est. *Sanctius* quidem גבים deducit a גב, quae vox inter alia *aliquid excelsum* notat, vnde verisimile ei est, *habitatores Gabi* dici *ciues Hierosolymitanos*, quia hi incolunt loca excelsa. Nam vrbs sita erat in edito loco, et intra moenia aliquot habebat colles, vt Sion et Moriam. Verum si vates sub גבים *Hierosolyma* intellexisset, versu seq. non nominasset *Nob*. Verbum העיר non vno modo verterunt interpretes. Plerique id retulerunt ad

עזר, *conualescere, inualescere*. Ita Syrus: عِزًا, *confortari sunt*, et Vulgatus, *confortamini*; quod Sanctius, qui, vt dictum est, de Hierosolymis sermonem esse, putat, ita accipit, obsidionem adeo fore angustam, tam copiosas atque alacres obsidentium vires, vt obsessi ad resistendum omne robur ac studium aduocare debeant. *Forerio* haec cum versu seq. ita cohaerere videntur: *obfirmemini: nam vnus diei spatium habetis, quo in Nob exercitus hostium subsistet*. Alii, vt Vatablus et Grotius reddunt, *congregauerunt se*, scilicet vt fugerent. Sine ratione. Rectum Gatackerus vidit in *Nozz. Anglicc.* ad h. l. Vertendum est *fugerunt*, vt Ierem. IV, 6. הָעִיר אֶל-תְּצַמְרוּ, *fugite, nec consistite*. Sic et Ierem. VI, 1. Et apud nostrum XXX, 2. Radix est עזר, quod conferendum cum Arab. أَعَزَّ, *fugit*. Sic in Carmine *Ali-Ben Abi-Taleb*, p. 58. يَا مَنْ بَدَأَ أَعَزَّ,

o is, ad quem confugio! *Coran* Sur. II, 63. أَعُوذُ بِاللَّهِ, *confugio ad Deum*. *Conf.* Sur. CXIII, 1. CXIV, 1. Sic et

Chaldaeus: גָּלָהּ, *transmigrarunt*; et Saadias: أَنْصَبَانُوا, *se se recondiderunt*. *DATHIYS: Gebimenses* loca in accessu petunt.

32. עור היום בנב ל'עמר. *Nob* erat vrbs tribus Beniamin, Nehem. XI, 32., inhabitata a *Sacerdotibus*, vt notum ex historia Dauidis et Achimelechi, 1 Sam. XXI, 1. Ita vicina erat Hierosolymis, vt ea illinc cerni possent; referente Hieronymo. Ceterum dissentiunt interpretes de his verbis; vtrum dicantur de *incolis Nob*, an de *hostibus*? Qui prius illud sumunt, hunc sensum iis inesse dicunt: vnum adhuc diem habitatores *Nob* in vrbe manere posse; vnum adhuc diem ab hostibus tutos fore. Interpretes tamen longe plures haec verba ad hostem referunt; quamuis ipsi quidem in diuersas iterum sententias abeant. Vatablus: *adhuc die ipsa in Nob stare poterit*. Alii, ex Hebraeis: *cum adhuc dies erit, deueniet in Nob, vt illic subsistat, vel interquiescat*. Similiter Grotius: post tot loca capta restabit adhuc satis diei, vt *Nobam* perueniatur. Eundem sensum Dathius secutus videtur: *hodienuum Nobam veniet*. GATACKERVS: *adhuc dies illi est, ad standum apud Nob*, i. e. iter vnus diei illum cum exercitu eius *Nobam* deducet. — LVDOVIC. DE DIEU: *adhuc diem in Nob consistendum erit, agitabit manum suam ad montem filiae Zionis*; i. e. tanto flagrabit odio in urbem Hierosolymorum, vt minas suas aduersus eam differre non possit, donec eam obsederit, sed quum adhuc diem morandum erit *Nobi*, iam tum agitaturus est manum contra eam. Ita etiam Vitringa et Doederlein. ינבֿה ידר הר ביה (ציון) Dictio נובה tam in bonam, vt 2 Regg. XV, 11., quam in malam partem, vt h. l. adhibetur, de manu ad verbera infligenda sublata. Sic Jobus XXXI, 21. inter alia de se ipso praedicat: אִם־הִנִּיפֹתִי עַל־נְחֹם יָדַי, num eleuavi contra pupillum manum meam, quando videbam me habere in iudicio praesidium? Non modo ferisse se negat, sed et gestum fecisse ferientis et minantis. Conf. etiam 1 Regg. XIII, 4. Job. XXXI, 21. Zach. II, 13. Recte igitur Dathius sensum expressit: *parat iam omnia ad oppugnandum Sionem*. Omissum est על ante הר, vt saepius. Hariolantur igitur Forerius et Clericus, quorum ille vertit: *agitabit manus suas*

suas mons filiae Zion, i. e. concussi sunt timore habitatores Ierusalem: hic, eodem modo verba reddens, iis significari putat, ab Hierosolymitanis signum esse dandum, quo moneant eos, qui extra urbem metu hostium vagabantur, in urbem potius venirent, ut eam secum contra Assyrios defenderent. Intelligendam autem esse manum non nudam, sed vexillo instructam, quod e longinquo, ex altissimis turribus agitatum, a pluribus conspici, eosque de ingressu in urbem, moenibus et propugnatoribus tutam, monere posset. Pro בית, quod in textu scriptum est, habent ביה, *filia*, versiones veteres omnes, praeter Chaldaeam, in textu codices innumeri, Hispani ipsi accuratiores et masorethici, Biblia Soncinenfis, Brixienfis, Prophetæ posteriores Soncinenfes, Pisaurenses 1516., Pisaurenses 1520., Iesaias Vlyssiponensis 1492., Iesaias Thessalonicensis 1600, Pentateuchus 1518. in Haphthar. Equidem tamen praetulerim כהיב. Nempe בית, uti notum est, Aramaeis inter alia urbem significat. Sic Hof. X, 14. בית ארבאל *urbs Arbela* dicitur.

33. Versus duos sequentes *alii* referunt ad Iudaeos, quibus vates hic denunciaret calamitates ipsis imminentes, quod non tantum perveniet in Nob, sed per totam regionem grassabitur. Tunc Cap. seq. consolatio ad leniendum hunc dolorem afferretur. Inter recentiores hanc sententiam defendunt Vogelius, Waltherus, Doederlein, Koppius et Cubius. *Alii* contra hos versus referunt ad *Assyrios*, quasi vates dicat: videte miram mutationem; audiistis furiosos hostis insultus; expectate paulisper, et superbiam eius prostratam videbitis. Ita Vitringa, Dathius, Hezelius, alii. Quum e textu ipso non definire liceat, utra exponendi ratio praeferranda sit, suum quisque sensum sequatur. Equidem adstipulor Dathio, qui haec habet: „magna est huius „loci, elegantia. Descripserat inde a versu 28. propheta iter „Sancheribi aduersus Hierosolymam, varias exercitus statio-

„nes nominarat, dixerat, omnia iam ab eo ad oppugnanda
 „dam urbem parari. Et en! subita fit rerum catastrophe.
 „Deus magnam terribilis huius exercitus partem miraculosa
 „clade prosternit. Describit vero propheta hanc cladem eadem
 „fere imagine adhibita, qua iam ante vsus fuerat versu 18. 19.
 „cum leui tamen mutatione. In illo loco dixerat, siluam
 „istam combustum iri paucis arboribus relictis. In hoc ve-
 „ro, eam cum arboribus altis et proceris a manu Dei omni-
 „potentis caesum iri. — *Noli timere*, dixerat propheta vs.
 „24., *mi popule, habitans in Sione, ab Assyriis.* Hos As-
 „syrios propheta deduxerat vsque ad portas Sionis vs. 32.
 „Quid igitur? num dicere potest propheta Assyrios infi-
 „gnem inter nobiliores incolas urbis stragem edituros? non-
 „ne pugnat hoc cum ipsa historia? — (מסע פארך)
 Quum מסע sit ἀπαξ λεγομενον, non est mirum, interpretes
 de eo dissentire. Alexandrini: συνταρασσει τας ἐδοξας. Nem-
 pe פָּאָר, *diedema*, pro *honoratis*, in summo constitutis *fasti-*
gio, intellexisse videntur. Verbo מסע vero utrum significa-
 tionem Hebraei שָׁעָ, שָׁעָ, *furere*, tribuerint, vnde in
 Piel מסע *furere fecit, dementavit; turbavit*, quae Michaelis
 est coniectura; an eam, quam posuerunt significationem
 tantummodo conieciarint, equidem definire non ausim.

Syrus: ܠܫܐܢܐ ܠܡܫܐܢܐ, *perdidit honoratos*. Pu-
 tabat fortasse, מסע et פָּאָר, litteris modo permutatis, idem
 esse. Vulgatus: *confringet lagunculam*. Quum מסע sit
vertex, MICHAELIS in *Supplementis ad Lexx. Hebr.* P. IV. p.
 1781. vocem nostram interpretari mallet, *capiti detrahere*,
 vel, *ex cacumine arboris excutere*; praeterea addit Arabibus
 verbum ܠܫܐܢܐ *de pilorum defluvio vsitatum esse*. — Ego
 tamen cum interpretibus longe plurimis *deramificare* verte-
 rim. Scilicet מסע *ramum* significat, vid. Ies. XVII, 6.
 XXVII, 10. Ezech. XXXI, 6. Ab hoc nomine est verbum
 פָּאָר, quod contrariam nomini significationem accipit, ut
 saepe fit, *deramificare, caedere ramos*; plane sicut a שָׁעָ,
radix,

radix, est יַעֲרֵשׁ, *cradicare*, Pf. LII, 7., Job. XXXI, 12. et פָּאָר, *ramos excutere*, Deut. XXIV, 40. פֶּאֶרֶה est *ramus*, vel a פָּאָר, *decorauit*; vel a פָּרָה, *protulit fructus*, qui e ramis pendent. Conf. Syriac. פְּרִיָּה, *fructus*. Pro פֶּאֶרֶה Codd. Kennicott. *viginti sex*, Rossiani *viginti duo*, nec non Biblia Soncinenfis פֶּרָה, *torcular*, habent. Idemque exprefferunt Symmachus et Theodotion, ἀγλαῖς ponentes, et Chaldaeus, qui vertit: *proiiciet interfectos in castris eius*, כַּפְּעִיט דְּמַחְבְּעִיט פְּמַעְצָרְתָּא, *sicut cum uuae calcantur in torculari*. Verum lectionem receptam esse praefendam, quisque sponte sentiet. Exercitus Assyriorum confertur cum sylua densa et ramis referta. (בְּמַעֲרָצָה) *Cum terrore*, i. e. magna vi, potenter, cum violentia. (רַמֵי הַקֹּמָה) *Alti staturae*, i. e. excelsae staturae arbores. (הַנְּבֹהִים יִשְׁפֹּלוּ) *Sublimia*, i. e. arbores altae, *deiciuntur*. — Reges et proceres humilius de se et suis sentient, cum antea non hominibus tantum, sed et ipsis Diis, tam vero, quam falsis, insultare stolide solerent. Vid. infra XXXVI, 14 seq.

34. Sunt, qui ex hoc verlu colligant, prophetam Iudaeis minari; neque enim Assyrio congruere Libani excidium, sed Iudaeis, quorum limes hic erat, vid. Deut. XI, 24., quibus etiam, et specialiter Hierosolymis, applicatur Ierem. XXII, 6. 23. Zach. X, 10. XI, 1. Sed *Libanus* adhibetur ad designandum alios quoque status et populos praeter Iudaeos. Immo rex Assyrius vocatur *cedrus Libani* Ezech. XXXI, 3., et *Carmel* de ipso et exercitu eius dicitur vs. 18. Capitis nostri. Quare Libanon, vt Iudaei bene notant, nihil aliud hic significat, quam exercitum Assyriacum, qui Libano eiusque arboribus robore et multitudine confertur. (וַיִּנְקֶה סִבְכֵי הַיַּעַר בְּכַרְזֵל) Ita succissi sunt, quasi si quis magna vi ramos arborum in terram trahat, aut ferro arbores syluae prosterнат. סִבְכֵי non tam sunt *arbores densae*, sed potius rami perplexi et densi, virgulta. (וְהֵל בְּכֹן בְּאֵדִיר יִפֹּלוּ)

אריך, potentem, non esse Messiam, sed Iehouam, ipse contextus docet.

CAP. X, 5. *Vae Assyrio, qui est virga irae meae! Baculus, qui est in manibus eorum, baculus indignationis meae!*

6. *Contra gentem improbam eum mittam; contra gentem, cui vehementer irascor, mandata ei dabo; ut spolia auferat, et praedam diripiat; ut conculcet eam instar luti plateae. —*

7. *At ille ita non cogitat, nec sic reputat; sed destruere ac perdere gentes non paucas proposuit sibi.*

8. *Nonne, inquit, duces mei omnes reges?*

9. *Nonne Calano idem eucnit, quod Carchamisch? idem Chamatho, quod Arpado? idem Samariae, quod Damasco?*

10. *Quemadmodum manus mea prehendit regna illa variis diis consecrata, quae tamen praestant diis Hierosolymorum et Samariae —*

11. *Nonne idem, quod Samariae, eiusque idolis feci, Hierosolymis quoque eorumque simulacris faciam? —*

12. *Sed postquam Dominus opus suum in monte Zion et Hierosolymis perfecit, animaduertet in iactantiam et arrogantiam regis Assyrii.*

13. *Qui ita gloriatur: robore manus meae haec gessi et sapientia mea, nam prudens fui! Fines populorum amoui, thesauros eorum diripui; prostravi incolas multos (Alii: instar tauri deieci habitatores eorum).*

14. *Sicut nidum manus mea prehendit gentium opes; sicut oue ab auibus relicta colliguntur, omnem terram corrasit; nec fuit (avis), quae alam motitaret, aut os aperiret, aut pipiret.*

15. Quid autem? Anne securim fas est gloriari aduersus eum, qui illa caedit? aut ferram iactare se aduersus illum, qui illam agitat? quasi vero fustis agitare eum a quo regitur, quasi baculus eum, qui non est ligneus, extollat.

16. Ideo Dominus, summus imperator, in pingua eius maciem mittet, et loco gloriae eorum subiiciet flammam incendii, ut accenditur ignis.

17. Atque lux Israelis erit is ignis, et Deus eius verendus flamma, quae sentes et spinas eius uno die incendet et consumet.

18. Syluam eius adeo celebrem et arua penitus conficiam; quasi si quid ab igne liquefactum euaporatur.

19. Reliquae arbores huius syluae admodum paucae erunt, ut puer eas numerare possit. —

20. Tunc vero reliquiae Israelitarum, et residui Iacobarum non amplius nitentur eo, a quo plagas acceperunt, sed spem suam animo sincero et constanti ponent in Iehoua, uenerando Israelitarum numine.

21. Reliquiae reuertentur; reliquiae Iacobi ad Deum fortem.

22. Nam etsi fuerit populus tuus, o Israel, instar arenae maris, reliquiae tantum ex eo seruabuntur. Totalis perniciēs pro summa Dei iustitia decreta est.

23. Immo grauissimam vastationem Dominus Iehoua omnipotens huic terrae inferet.

24. Propterea Dominus, summus imperator, haec dicit: ne tibi timeas, popule mi, qui habitas Sionem, ab Assyrio, qui te uirga percutit, et fustem suum in te tollit, sicut Aegyptii.

25. Sed paululum adhuc temporis superest, et seueritas ista et indignatio (in populum meum) perditione eorum (Assyriorum) terminabitur.

26. Concitabit contra eos Iehoua, Deus exercituum flagellum, quo, ut olim Midianitæ ad rupem Horebi, caedentur; extendet baculum suum super mare, eumque tollet, sicut olim factum est cum Aegyptiis.

27. Tunc onus eorum ab humeris tuis auferetur, et iugum eius a collo tuo; rumpetur iugum prae pinguedine. —

28. Venit Aiatham; transiit per Migronem; Michmasæ deposuit sua impedimenta.

29. Transierunt traiectam; Gebæ pernoctant; trepidat Rama; Gibea Saulis fugit.

30. Exalta vocem tuam, filia Gallim! attende Laisa! O miseram Anathotham!

31. Migravit Madmena; Gebimenses fugerunt.

32. Adhuc diem consistent Nobi; tollit manum suam super filiam Sion, collesque Hierosolymitanos. —

33. Ecce! — Dominus Iehoua, summus imperator, violenter amputabit ramos; atque in altitudinem ascendentes et elati deticientur.

34. Caedet densissimam illam syluam; cadent cedri Libani per fortem!

CARMEN NONVM,

(CAP. XI. XII.)

A r g u m e n t u m.

*I*nterpretes tantum non omnes, Dathio excepto, hoc caput connectunt cum praecedente, quod propheta metaphoram ab arboribus caesis ductam in versu primo continuare videtur, dum sarculum ex stirpe Iſaei oriturum promittit. — Verum ego, cum ex meo sensu extremi Capitis decimi versus non ad Iudaeos sed ad Assyrios pertineant, duo quae sequuntur, Capita non cum praecedente cohaerere, sed novum vaticinium constituere censeo. At id eo magis statuendum puto, quod in hac sectione indicia non obscura senioris Iesaiæ ætatis deprehendisse mihi visus sum. — Scilicet versu 11. 12. 15. 16. Iudaeos in Assyria et Aegypto dispersos, inde reuersuros esse vates dicit. Id vero quomodo Iesaiæ ætati conueniat, me non perspicere ingenue fateor. Nec tale quid in declamationibus praecedentibus, quas indicia æterna Iesaiæ asserunt, inuenitur. — Summo gaudio atque spe lætissima de meliore reipublicæ et religionis vicissitudine plenum est, hoc carmen. Quare ad illud tempus, quo Iſraelitis in Assyria degenentibus, in patriam redeundi spes erat facta a Cyro, si carmen nostrum referamus, fortasse a vero non aberrabimus.

In descriptione vero felicissimorum temporum vates ita versatur, ut primum depingat regem, omni virtute regia instructum (vs. 1—5.); deinde altam et inconcussam pacem (vs. 6—9.); tum regii nominis celebrizatem summam (10.), resti-

tutos in patriam exules (vs. 11. 12.); finitum triste inter Iudaeos et Israelitas dissidium (vs. 13.), victorias denique de gentibus vicinis amplissimas (vs. 14.). Quorum temporum felicissimorum cogitatione summa laetitia commotus, vates crumpit in laudes Iehouae maxime sublimes (Cap. XII. tot.). — Ceterum in hac seculi aurei descriptione vates artificio egregio imaginibus utitur ex antiquissima populi Israelitici historia petitis, et huic genti plane propriis, imprimis inde a versu 11. Capitis undecimi; quae posterior carminis pars ex meo quidem sensu omnino ingenium paullo diuersum spirat. Vnde suborta est suspicio, Capitis undecimi versus decem priores olim vel singulum carmen effecisse, vel ex carmine longiore desumptos esse, quibus reliqua, usque ad finem Capitis duodecimi, ab eo, qui plura vaticinia antiquiora in hunc librum conscripserit, ob argumenti similitudinem adsuta essent. Quam suspicionem haud leuiter confirmare videtur illud, quod versus decimus et undecimus uterque incipiat formula eadem: יהיה ביום ההוא.

I. ייצא הטר מנוד ישי (יצא הטר est ramus, furculus, coll. Arab. ⁵⁰حظير, ramus. נוד vero conferendum cum Arab. ⁵⁰جذع, caudex, stirps, truncus, qui resecta arbore adhuc cum radicibus manet in terra, vnde temporis successu propullulant furculi. ישי, Isai, fuit Dauidis pater, Vir Ephraimita, siue Bethlehemo ortus. — Nascetur magnus ille rex, sub quo aurea aetas redibit, quando nemo cogitabit de tribu Dauid. Multi existimant, vatem de Hiskia cogitasse. Mihi vero Messias describi videtur, eadem fere ratione, qua supra IX, 5 seq. ad quem locum not. vide. Conf. HERDERI Geist der hebräischen Poesie. P. II. p. 432. 433. 434. ויצא משושן ישרה hic est furculus virens, coll. Arab.

Arab. *فَصِحٌّ*, *viruit*. יפרה, *germinabit*, nascetur, fruticabit, proueniet.

2. Dotibus eximiis instructus erit. (נחה עליו) *Quiescet super eo*, perpetuo ipsi aderit. (רוח הכמה ובינה) Inter *רוח הכמה* et *בינה* distinguunt ita, vt illud sit lux et cognitio rerum, quae dicitur *sapientia*, hoc vero iudicium, quod ex hac sapientia oritur, quo inter res discernimus, quod Graeci *δυσωσις* vocant, et Latini *intelligentiam* seu *prudentiam*. (רוח עצה וגבורה) *Spiritus consilii et fortitudinis*. Duo haec iudici summopere necessaria sunt, vt optimum scilicet consilium sequatur, neque inter deliberandum apparentibus rationibus cedat; et vt *fortitudine animi* vel *robore* ceteris superior factus, quod statuerit faciendum nulla difficultate territus constanter exsequatur. (ירוח רעה ויראה יהוה) *Spiritus scientiae et pietatis*. Haec duo, ne cum superioribus, *sapientia* et *prudencia* confundamus, ad diuinae legis cognitionem et scripturarum intelligentiam, et quae ex huiusmodi studio et cognitione oriuntur, reuerentiam, religionem, cultum, quae vna voce יראה יהוה (conf. Proverb. I, 7. et Ziegleri not. ad loc.) Hebraei significant, referenda sunt. רעה, licet in genere vniuersam scientiam denotet; tamen Malach. III, 1. et alias *cognitioni* voluntatis diuinae ex scripturis tribuitur.

3. (והריהו ביראה יהוה) Non prorsus consentiant interpretes in explicatione verbi הריהו. Veterum nonnulli id non inepte verterunt: *spiritu implere*. Ita Alexandrini: *ἐμπλησσει αὐτον πνευμα φοβου θεου*, Vulgatus, *replebit eum spiritus timoris Domini*. Saadias: ^ו^ו^ו *וילגהו*, *inspirabit eum*. Ii

igitur extulerunt הריהו, quod est praeteritum in Hiphil. An huc quoque referendus sit Chaldaeus, qui vertit: *וְיִקְרַבְיָהּ לְרוּחַתִּיהּ*, et *applicabit eum ad timorem suum Dominus*, dubitant. Koppius suspicatur, cum legil-

se וְהִקְדִּיבוּ. Verum cum alias fere semper textum Masorethicum sequatur, haud dubie nostro quoque loco eundem expressit. Syrus: וְנִמְיָ אֲנִי , et *fulgebit*, quasi legisset וְהִקְדִּיבוּ. — Sed non est opus, ut a lectione Masorethica recedamus. וְהִקְדִּיבוּ enim commode reddi potest, *respirare eius* (ut Arabicum أَرَّاح , *spirare*); ut totius incisi sensus sit: *respirare ipsius erit in, cum, timore Domini*, nihil nisi timorem, religionem ac pietatem spirabit. Ita et HERDERVS: *sein Athmen selbst ist in der Furcht Iehova's*. — Ceterum cum וְהִקְדִּיבוּ saepe quoque *olfacere* significet; nonnulli cum Vatablo vertunt: *et faciet odorari eum in timore Iehonae*, i. e. erit praeditus acerrimo ac infallibili iudicio, quod erit coniunctum cum timore Domini, nec recedet ab eo. — Est etiam alius sensus non contemnendus: *olfacere ipsius erit cum timore Domini*, ut *olfacere* metaphorice accipiatur pro *praesentificare*, seu *iudicium ferre*, quod Latini dicunt *sagire*; unde *sagae anus*, et *sagaces caues*. Sic Job. XXXIX, 25. de equo dicitur, *eminus olfacit pugnam*; et Iud. XVI, 9. quod Simlon *disrupit funes, sicut dissolvitur stupa, quando olfacit, sentit, ignem*. Opponitur ergo hoc iudicio oculorum. Aliam interpretationem Vogelius proponit: וְהִקְדִּיבוּ inquit, *et odorari eius*, ex loco parallelo Amos V, 21. optime illustrari potest: ubi eo sensu adhibitum est, ut *bene placitum habere* significet. Si haec notio nostro loco adhibetur, admodum commodus hic enascetur sensus: Non nisi in religione atque pietate beneplacitum habebit; i. e. nemo civium suorum, nisi sit verus Dei cultor, gratiam apud illum obtinebit; cuique secundum legum divinarum normam ius dicitur. Verum cum *odor* h. l. aperte respondeat *visui* et *auditui*, equidem illam praetulerim interpretationem, quam supra probavi et in versione quoque expressi. — (וְלֹא יִזְכֶּיחַ) Non ex apparentia et signis externis iudicium feret: vel: non respiciet ad personam et ea, quae extra causam sunt.

4. (ושפט בצדק דלים) Multi particulam η hic reddunt *fed.* Quamquam interdum hanc vim habet, hic tamen propriam suam potestatem retinere potest, vt vates a genere in speciem descendat. Si enim *non feret iudicium*, nisi *distante timore Domini*, nec iudicia hominum curabit, *fed*, vt in lege scriptum est, *Dei iudicium iudicabit*; certe etiam pauperes a vi liberabit, et derelictorum erit patronus. (והוכיח במשור לעניי ארץ) respondere verbo שפט, in membro priori (conf. supra not. ad II, 4.), et עניי הארץ $\tau\epsilon\iota\varsigma$ docet membrorum parallelismus in toto hoc carmine diligenter obseruatus. (והכה ארץ בשבט פיר) Per *terram* haud dubie intelligendi sunt *impii*, vt ex membro sequenti, eundem sensum verbis aliis exprimente, apparet. Non eget armis ad profligandos hostes, sufficit vel *verbum oris*. Id enim significatur dictione פיר בשבט פיר. Eodem sensu Arabes *سابل* fumere solent. In Lexico enim, cui *Camus* nomen, inter cetera exponitur per ألسن et لسان , quorum illud *castigationem*, hoc *linguam* denotat. Conf. Proverb. XIV, 3. et Schultensium ad eum locum. — Non igitur necesse est, vt cum Hubigantio, quem et Lowthus sequitur, vertamus: *spiritu, halitu, oris sui*; quasi *שבט* esset nomen a *כשב* *flauit, spirauit*. Quod Alexandrini exhibent, $\tau\eta\ \lambda\omicron\gamma\omega\ \tau\epsilon\ \sigma\omicron\mu\alpha\tau\omicron\varsigma\ \omicron\upsilon\tau\epsilon\varsigma$, et Chaldaeus, $\text{בְּמִינֵי הַכֶּשֶׁב}$, *verbo oris sui*; quam vtramque interpretationem pro sua tanquam testes adducit Hubigantius, nil probat. Simplicem sensum expresse-
 runt pro metaphorico. Nam et quae sequuntur, *et spiritu oris sui occidet impium*, eodem modo libere idem Chaldaeus vertit: *et eloquio labiorum suorum occidet armillum impium*. Vt taceam verbum הִכָּה aptius congruere *baculo*, quam *flauti seu halitui*; conf. Jerem. XVIII, 18.

5. Iustitia et fide instructus erit. Ciuibus suis semper vt iustissimum fidelissimumque regem sese exhibebit. אָוֶרֶר , *cingulum* indicat hic arctissimam coniunctionem; q. d. virtutes illae

tam arcte ei adhaerebunt, quam cingulum corpori, quod numquam deponit. Eaedem locutiones in eundem sensum adhibentur Ierem. XIII. 11. Ps. CIX, 19. Job. XXIX, 14.— אֲבִיבֹתָא, *constantia*, veritas, firmitas, scilicet promissa seu pacto seruans. — Pro אֲבִיבֹתָא in membro posteriori Lowthus legere mallet אֲבִיבֹתָא, ne *ταυτολογία* his verbis inesset. Verum saepius Isaias iisdem vitur vocibus in vno comitate; e. c. XV, 6. XVI, 7. XVII, 12. 13. Symmachus quoque suum *περιζωμια* repetiit. Ceteri interpretes paullo liberius synonymis vtuntur.

6. Inimicitiae omnes finitae erunt, adeo vt belluae feritatem depositurae sint. Opus enim iustitiae est pax. Tanta igitur erit illius temporis aequitas et iustitia, vt si fieri posset, animalia inuicem aduersa simul pastum itura essent. Poetae Orientales recentiores, cum effectus iustitiae et aequitatis describere volunt, similes imagines adhibent. Vt Iba Onein, Poeta Arabs apud IONES, *Commentar. Poet. Jeos Asiaz.* p. 380.

Iustitia, a qua mansuetus fit lupus fame astrictus
Esuriens, licet hinnuleum candidum videat.

Et *Ferdusi*, Persarum nobilis poeta, apud eund. *ibid.*

Rerum Dominus, Mahmud, rex potens,

Ad cuius aquam potum veniunt simul agnus et lupo,

Hinc poetae barbari similibus imaginibus sunt vsi in aureas aetatis felicitate describenda. Sic VIRGILIUS *Eclog.* IV, 21.

Ipsae lacte domum referent distenta capellae
Vbera; nec magnos metuent armenta leones.

Et paulo post:

Occidet et serpens, et fallax herba veneni

Occidet — — — — —

Et *Eclog.* V, 60.

Nec lupo insidias pecori, nec retia cervis

Villa dolum meditantur, amat bonus etia Daphnis.

Sic

Sic et CLAVDIANVS, in Proleg. Lib. II. de *raptu Proserpinae*, ubi describit effectum lyrae Orphei alterius, post Hercule[m], orbis pacificatoris:

Securum blandi leporem fouere molossi,
Vicinumque lupo praebuit agnae latus.
Concordes varia ludunt cum tigride damae,
Marsalam cerui non timuere iubam.

Sed ante eos THEOCRITVS *Idyll. XXIV, 84.* in vaticinio de tempore, quo pacatus foret orbis ab Hercule:

Εγχι δὴ τὸτ' ἄμπερ, ὀπηικὰ νεβρον εὐνα.

Καρχαροδων σινεδου ἰδων λυκος ἔκ' ἐβελησει.

Erit ille dies quando hinnulum in suo strato lupo, dentibus ferratis, videns laedere nolet. — כבקר est pardus, coll. rad. Arab. et Samarit. כבקר, *variegatus fuit*; et Jerem. XIII, 23. *An mutat Aethiops pellem suam, וכבקר et pardus maculas suas?* Vid. BOCHARTI *Hieroz. P. I. L. III. c. 7.*

7. (ואריה כבקר יאכל הבן) *Et leo, sicut bos, vescetur palca*; non amplius praeda laceratarum pecudum vescetur.

8. צפסרי esse *Cerastem*, ostendit BOCHARTVS *Hieroz. P. II. Lib. III. Cap. IX. p. 379.* Verterunt quoque ita Aquila (*βρασιλισκον*) et Hieronymus, *regulum* ponens. Vide ce-
terum quae de hoc serpente notauimus ad Genes. XLIX, 17:

הרה conferendum est cum Arabico *دليلي*, *direxit*: hinc, *manum suam dirigere ad aliquid*, idem erit ac, eam extendere, porrigere.

9. (לא ירעו ולא ישחיתו) *Non malo afficient nec perditae agent*, vt prius ad iniustitiam in alterum referatur, posterius ad perditos cuiusque mores, quod scilicet neque alios, neque se ipsos perdituri sint. (כמים לים כבסים) *Sicut aquae mare operientes*, quae operiunt profunda maris. Eadem plane locutio de re eadem adhibita occurrit Habac. II, 14.

10. Gentes exteræ ad illum regem consultum venient. שרש (שרש ישא), quod alias *radicem* denotat, hic usurpatur de *furculo, qui ex radice pullulat*. Et infra quoque LIII, 2. Hof. XIV, 6. *radix* ponitur pro eo, quod ex radice germinat atque exoritur. (אשר עמד לכם עמים) Vitrinæ aliisque id desumptum videtur a *vexillis* siue signis, quæ in montibus aut altis quibuscunque locis eriguntur tempore necessitatis, aut imminentis alicuius periculi, ut ad ea concursus fiat. Mihi tamen hoc loco præferenda videtur sententia Michaelis, hanc imaginem desumptam esse vel inde, quod arbores altæ, cum solæ stant, et eminus prospici possunt, iis, qui in regione circumiecta habitant, signo, quo conueniant, esse possint; vel inde, quod eiusmodi arbores, præsertim vetustas, sanctæ essent, et oracula sub iis ederentur. (אלוי גוים ידרשו) דרש coniunctam cum אל siue ב significat *consulere aliquem religiose per modum Oraculi*, a quo diuina petuntur responsa. Vid. supra VIII, 19., coll. cum 2 Regg. I, 3. et infra LXV, 1. Conf. AVRIVILLII *Dissertatt. de varia constructione verbi דרש*, in eius *Dissertatt.* a MICHAËLE ed. p. 441 seq. גוים, scil. exteræ, barbaræ, ut supra II, 3. 4. LI, 4. LXIII, 3. 6. (והיתה מנחתו כבוד) Et erit *requies eius gloria*, i. e. gloria plena. Nam Substantivum כבוד hic usurpatur pro *adiectiuo*, ut Pf. XXXIX, 6. *omnis homo vanitas*, הבל, i. e. vanus; et I Sam. XXV, 6. *domus tua sit* שלום, *prosperitas*, i. e. prospera. Vide GLASSII *Philolog. S. Lib. I. Tract. I. Cap. VII. p. 19 seq.* edit. Dath. Sensus igitur erit, locum, ubi rex ille habitaturus sit, palatium eius, gloriosum fore; ita et Chaldaeus: *et erit locus mansionis in gloria*. מנחה enim *habitationem*, proprie, *locum quietis* designat. Vnde Vulgatus vertit: *et erit sepulchrum eius gloriosum*. — Michaelis pro מנחתו legere mallet מנחתו; id quod iam placuit FORERIO, cuius verba hæc sunt: „mallem tamen lubentius efferre מנחתו, i. e. *donarium*, seu *donum*, quod homini aut Deo honoris causa offertur; *oblationem Deo factam* significat Genes. IV, 4. 5. de *donario* autem homini

homini factio Genes. XXXII, 14. XLIII, 15. Ex quibus locis, aliisque quamplurimis intelligitur, consuetum fuisse, deferre regibus ac principibus, illisque quibus placere velent, munera atque donaria. Dicerem ergo, et hic esse sermonem de *muneribus gloriosis*, quae gentes exterae regi illi pio et iusto afferrent. “Haec Forerius. Mihi quidem haec vulgaris lectionis mutatio et inde deriuata interpretatio ingeniola magis, quam necessaria et vera videtur. Nec vilius ex interpretibus veteribus se tale quid legisse innuit.

II. Altera vice Iehoua liberabit populum suum ex captiuitate. Alludit hic noster ad liberationem populi Israelitici ex Aegypto; hinc utitur quoque verbo קנה, propr. *aliquid sibi comparare*, siue pretio id fiat, siue manu, siue vindictis, quibus quis quid vindicat vt suum; et hoc significato, de vindicatione ex hostibus hoc verbū vſurpat Moſes, Exod. XV, 16., vbi liberationem populi ex Aegypto canit: *usque quo traſſeret עם דר קנה עמך populus, quem tibi comparasti*: et Pl. LXXIV, 2, de eadem re: *recordare gentis tuae, quam pridem קנה, tibi comparasti, tribus hereditatis tuae, quam באלה vindicasti.* (ימסכרם) Multi enim Iudaei in Aegyptum profugerant; vid. Ierem. XLI. XLII. (פחרוס) Vid. ad Genes. X, 14. (כוש) Vid. ad Genes. X, 7. (עילם) Vid. ad Genes. X, 22. (שנער) Vid. ad Genes. X, 10. (חקה) Vid. supra ad Cap. X, 9. (אני הים) Propr. *regiones maris* (de אני vid. ad Genes. X, 5.), i. e. littora. Michaelis hanc dictionem intelligit de littoribus Palaestinae septentrionalibus, siue de Europa et Asia minore. Mihi vero *omnes* omnino *terrae et regiones remotiores* indicari videntur vt infra XXIV, 15.: — *von fernem Küsten her.* — Ceterum verissimum mihi videtur, quod ad hunc locum Doederlein monet: „nolim de Iudaeorum conuersione religiosa et vniuersali, quam vocant, intelligere, nec ad Christianam aeram transferre locum, qui totus figuratus est, et vario sub emblemate felicem reipublicae Iudaicae statum depingit, internis

diffidiis pacatis, hostibus subactis, exulibus in patriam, nova quasi ex Aegypto liberatione, deducendis. In prouinciis, quas memorat, sine dubio tunc iam multi Israelitarum translati erant.“

12. כשא נט) *Signum extollet.* Desamtum a more imperatorum, qui collecturi milites signum siue vexillum ponunt in colle aut monte, ad quod copiae confluent. CAESAR, *de Bello Gall.* Lib. II. Cap. X. *Caesari omnia uno tempore erant agenda. VEXILLVM proponendum, quod erat insigne, cum ad arma concurrere oporteret.* AMMIANVS in *Histor. Valentin.* Lib. XXVII. Cap. X. *signis ilico fixis ex more, cum undique ad arma conelamarctur, imperio principis et ductorum stetit regibilis miles.* (כהתי ישראל) *Pulsos Israelis, i. e.* Hebraeos, e decem tribubus quaquauerfum disiectos per vicinas et remotiores gentes. כנפשות, כנפשות, *animas*; siue, vt Clericus vult, כשפחות, *familias*. Positum tamen esse potest h. l. abstractum pro concreto, vt saepissime alias. (כנפוח הארץ) *Alis, regionibus, terrae.* Dicitur כנפוח a *curuitate* de volucribus, de vestibus et de coelis.

13. (וטרר קנאח אפרים) *Adscribam hic, quae VITRINGA ad h. l. habet, quod nullus interpretum causas et progressum huius aemulationis tam bene exposuit.* „Constat ex historia Gentis Iudæae, *Ephraimitas* sibi iam ab initiis reipublicae fere primas tribuisse inter Israelis posteros, atque adeo facile, etiam temporibus *Iudicum*, exarsisse, si quid maioris consilii et operis absque se gereretur; cuius *aemulationis* argumenta sunt in historia Gideonis Iud. VIII, 1. et Jephthae, Iud. XII, 1. Sic enim recte verto vocem קנאח, quae idem hic valet, quod in simili casu Graecorum ζήλος, et quid minus quam φθόνος. Est enim hoc in loco aemulatio, quae inter pares nascitur ex ambitione, qua quisque sibi plurimum cum deberi censeat, tribui vult; cuius *ambitionis* in Ephraimitis hae haud dubie fuerunt causae. α) Quod cum *Manassitis* et *Beniaminitis* quoque, quos sibi primo tempore

tempore accensebant, vt patet ex historia Simeï 2 Samuel. XIX, 20. (quia nimirum Iosephus et Benjamin eadem geniti erant matre), maximam et florentissimam Israelitarum partem facerent. β) Mediam et munitissimam partem Iudaeae, inter Iudam et reliquas tribus, iate occuparent. γ) Per Iosuaam, Nunis filium, qui Ephraïmo ortus erat, imperium in reliquas tribus obtinuissent et magna iis procurassent comoda. δ) Ipsum quoque Sanctuarium *Silure* longum tempus in ditione sua habuissent, et conuentus siue comitia populi publica in dubiis casibus ibidem loci celebrata essent. Quibus moti rationibus cum Saulem regem, veluti a Deo electum, et suae quodammodo gentis, tolerassent: aegre et non nisi sero se subiecerunt Dauidi, Iuda orto, et post Absalomi rebellionem, ad ipsum inuitum redierunt. Etsi vero nullam inuenerint occasionem se mouendi et statum reipublicae turbandi sub Salomone, ob vim et robur imperii omni modo florentis: tamen ipso fati functo, erupit *acmulatio* Sichemi, Ephraimiticae ditionis oppido; et cum Rehabeamus ipsorum non satisfaceret desideriis: -oblata Iero-boamo, Ephraimitae (1 Regg. IX, 26.), est occasio, *decem tribus* auellendi a Iuda, cui permixti erant Beniaminitae, et alterum inter Iacobi posteros fundandi regnum, aemulum et regno domus Dauidis aduersarium; in quo cum praeualerent Ephraimitae, in quorum ditione erat sedes regni, passim in Prophetiis populus huius regni Ephraim et Israel dicitur, *Iudae* contradistinctus, vt omnibus notum. Ab illo autem tempore rara inter duos hos populos pax erat et concordia; sed flagrarunt vtrinque aemulatione et inuidia, quae cum tempore vertit in odium acre; vnde bella, in longum protracta, subinde a Deo et mutuo metu repressa, subinde etiam cum mutuis cladibus palam gesta. Hacc *Vitringa*. Conferri quoque potest MICHAELIS in *Iure Moisaico* §. 47. Promittit igitur hic vates, dissidium istud triste, quod reipublicae effecit perniciem, cessaturum esse in republica restituta. צרותי יהודה יכרתו) Plerique vertunt:

hostes

hostes Iudæ excidentur. Verum hunc sensum in hunc versum, in quo de æmulatione inter Iudæos et Ephraimitas sermo est, nullo modo quadrare, quisque non profusus hebes sponte sentiet. Rectum et hic, vti sæpissime, primus vidit SCHWITENSIVS, qui in *Animadverss. Philolog.* ad h. l., verba nostra vertit, *invidi ex Iuda debentur.* Nempe צרר, et יצר, in membro posteriore, refert ad Arab.

צרר, in III. *צרר*, *Zelotypus fuit*, vnde *צרר* et *צרר* et *צרר*, *Zelotypia.* Deinde, sicuti Hof. XIII, 2.

זכרי אדם sunt *sacrificantes inter homines* siue *ex hominibus*; supra apud nostrum III, 3. חכמי חרשים *sapientes inter artifices* siue *sapientes artifices*; infra XIX, 19. אביוני אדם *mendici hominum* siue *mendici homines*; ita et hic יצררי יהודה erunt *invidi ex Iuda.* Et tunc quoque membra accurate inter se respondent hoc modo: אפרים — קנאת אפרים et לא יקנא אח יהודה ויהודה לא — וצררי יהודה יכרהו; יצר אח אפרים. — Inutilis igitur est Seckeri coniectura, pro יצררי ponentis יצררי *inimicitias.*

14. (ועפר בכחה פלשהים) Veteres hoc incisum variè interpretati sunt. Alexandrini: και πεταθησονται εν πλοιοις αλλοφυλων θαλασσαν αμα προνομευσου. 1) Divulserunt itaque (א) a superioribus; 2) verterunt, quasi legissent (ים); 3) per *humero* Philisthæorum intellexerunt eorum et Phoenicium naues. Eodem modo Abarbanel: *et volabunt humero Philisthæorum: quo designantur naues Philisthæorum, Genuensium et Venerorum, quæ adducunt Israelitas ex Occidente in Orientem.* Idem intellexisse videtur Hieronymus: *et volabunt in humero Philisthæorum per mare.* Chaldaeus vertit: ויהברון כחה חד לוטמהו פלישתאי, *et contangentur humero vno ad delendum Philisthæos.* Sumfit igitur כחה ac si scriptum esset חד כחה, vt Zephan. III, 9. *vt colunt illum Dominum humero vno*, i. e. vno consensu. Syrus: *ava-*
bunt

bunt (נבלגסו) humero Philisthaeorum. Sed vertendum est: *innolabunt in humeros Philisthaeorum*, Iudaei et Ephraimitae subitaneo et celeri motu, instar avium rapacium, innudent Philisthaeos. Kanez in קנהז est *immutabile* (ad formam קנהז, pro קנהז, vid. STORRII *Observat. ad Analog. et Syntax. Hebr.* p. 69.); vnde quoque in statu constructo non permutatur cum vocali brevi. (יחרו-קדם) בני קדם sunt Arabes et Ismaelitae, vid. Job. I, 3. Jerem. XLIX, 28. Ezech. XXV, 4. (אדום-ידם) Dictionem ידים, sequente ב, *mittere manus in aliquid*, de prehensione et invasione hostili vsurpari, notum est; vid. e. c. Pl. LV, 21. Expeditiones facient in Idumaeorum et Moabitarum fines; eos spoliabunt opibus et diuitiis. משמע בני עמון משמעהם abstracte positum pro iis, qui praesto sunt ad nutum et imperium, 2 Sam. XXIII, 23.

15. (וזההים-מצרים) Dicitio לטקן ים מצרים utrum *Nilum* denotet, an *sinum Arabicum*, dissentiunt interpretes. Prius illud Vitringa contendit, his maxime rationibus permotus: *primum*, quod *lingua haec maris* respondeat Euphrati; *deinde* quod Zacharias in vaticinio, nostro plane simili Cap. X, 11. *Nilum*, vt symbolum regni Aegyptiaci opponit *Euphrati*, signo Babylonici; *tum*, quod *Nilus* infra Cap. XIX, 5. *mare* vocatur. Ego vero cum interpretibus longe plerisque intelligerem *sinum Arabicum*. In toto enim hoc vaticinio respicit vates ad educationem Israelitarum ex Aegypto. Et *lingua maris* alias quoque de *sinu maris* sumitur, angustiore scilicet, et in linguae formam desinente. Ponunt etiam ita suum لسان geographi Arabum. Mare Arabicum cum in duos sinus angustiores desinat, Heroopolitanum et Aelaniticum; ABULFEDA *Tab. Aeg.* p. 10. ed. Michaelis Heroopolitanum vocat لسان البحر *linguam maris inter Tor et Aegyptum*: idemque p. 30. num. 62. sinum per quem transferant Israelitae, اللسان الغربي *linguam*

guam occidentalem. Hebraei vero Ios. XV, 2. 5. XVIII, 19. לשון ponunt etiam de septentrionali maris mortui *sinu*, ubi Iordanes in illud influir. החרים plerique vertunt: *anathemate percutiet*. Melius vero haud dubie redditur: *exsiccabit*, vt הרם hic positum sit pro הרב, *siccavit*; vid. infra XIX, 5. Job. XIV, 21. Litterae ב et ט, utpote labiales, saepe inter se permutantur, vid. supra ad III, 20. *Exsiccabit* posuerunt quoque Syrus et Chaldaeus. (והנהך—ררהו) Sub נהר hic non est intelligendus *Nilus*, multo minus *Iordanes*; sed *Euphrates*. Is enim saepissime נהר κατ' ἔξοχον vocatur, quod satis notum est; vid. supra VII, 20. VIII, 7. *Nilus* contra, quem haud pauci interpretum hic intellexerunt, occurrit nomine נאד, Genes. XLI, 1. Exod. I, 2., vel נהל, Num. XXXIV, 5. 2 Regg. XXIV, 7., vel נהר, infra XXIII, 3. Appellat quidem noster *Nilum* quoque שהר, XIX, 5., et Genes. XV, 18. idem fluvius vocatur נהר מצרים; sed posterius restringitur ad subiectum, et prius fit in vaticinio de Aegypto, ubi nemo errare potest in discernenda vocis significatione. Vocabulum ἀπὸς λεγομενον כמים *vehementiam, imperum*, interpretor, partim flagitante contextu, partim veterum autoritate; Alexandrini enim vertunt πνευματι βικιας, Syrus ܩܘܘܿܪܘܿܬܐ ܕܩܘܿܪܘܿܬܐ *potestate venti sui*, Vulgatus, *in fortitudine spiritus sui*. Saadias ܩܘܘܿܪܘܿܬܐ, *calore venti sui*. Quod dicit Dathius, Arabicum سالم quoque *vehementiam* denotare, pro qua significatione testem adducit Castellum in Heptaglotto, in eo erravit Vir alias Doctissimus. Inuenitur quidem in Castello sub verbo سالم (pro سالم), *cupiuit, appetiuit, pec. vehementius, hinc, sitiuit*; et سالم, *appetitur, pec. vehementior*; verum inde nullo modo sequitur vocem illam *vehementiam* denotare. — Cum Syriacum ܩܘܿܪܘܿܬܐ, et Arabicum سالم *nubem* significet;

MICHAELIS in *Biblioth. Orient. P. V.* pag. 168. verba nostra vertit *nube venti*, intelligitque *turbinem* illum, cum tempestate coniunctum, quem nautae *Wasserhose* vocant. Placuit id quoque Doederlein. Sed recte monuit Dathius: „in hac explicatione id dubii mihi imprimis restat, quod effectus huius םע״ h. l. debet esse diuisio et exsiccatio fluminis; quam non memini me legere esse effectum illius tempestatis, quam Michaelis indigitatam putat.“ Ceterum hic vates respicit ad id, quod factum est in aquis sinus Arabici, vehementi vento, a Deo excitato, disiectis, et in partes fissis, Exod. XIV, 21. (והכהו לשבעה כהלים) Percusso Euphrate efficietur via facilis et expedita Israelitis redituris ex Assyria, vt olim egressuris ex Aegypto. כחל proprie est *torrentis*, qui per vallem aut locum depressiorem decurrit, et aestate exsiccat; hinc *rius*, *canalis*. Est autem metaphora desumpta a maioribus fluminibus, quae, aquis in alueos manufactos deductis, exsiccantur, cuiusmodi exemplum HERODOTVS Lib. I. p. 87. ed. Steph. refert editum esse a Cyro in Gyrdē, amne Assyrio, qui supra Choaspen influit in Tigrin; qui fluvius cum expeditionem eius aduersus Babylonem moraretur, et sacrorum equorum aliquem absorpsisset, magni regis prouocauit indignationem, ita vt minatus sit, superbum hunc fluvium, a quo iniuria erat affectus, *ὅτι ὁ μὲν ἀδενεα ποιησευ*, tam tenuem redditurum esse, vt a mulieribus transiri possit, quod ita effecit, vt eum in trecentos et sexaginta riuos deduxerit. — (והרריך בנעלים) Vt calcare possit *calceis*, scil. quisque, subintelligendum est דרך; vt vado transiri possit, tanquam vel totus, vel maiorem partem exsiccatus.

16. De כסילה vid. ad Num. XX, 19.

CAP. XII.

2. עני וזמרה יה) Tota haec sententia conformata est ad illud Mosis Exod. XV, 2. *robur meum et canticum est Jah, qui mihi fuit saluti*; quod repetitur Pl. CXVIII, 14. Vtrobique scribitur perinde ac nostro loco וְזָמְרָה, quod debebat esse vel וְזָמְרָה, vel וְזָמְרָתִי, quod inuenitur in codice Kennicottiano vno, et expressum est in versionibus omnibus antiquis. Praeferunt quoque hanc lectionem Hubigantius, Dathius et Doederlein. Nec ego dubito, hanc lectionem esse genuinam. Nempe syllaba הוּ in multis codicibus veteribus in compendium redacta erat ita, vt littera י vel cum superiore apice litterae ה contracta, vel mediae huic litterae inscripta esset. Vnde littera י postea plane omittebatur. Vid. EICHMORNII *Einleitung in das alte Testamenz*. P. I. §. 96. et 102. edit. sec. cons. MICHAELIS *Colleg. Crit.* in Pl. XVI. pag. 143 seq. ערו hic non est *robur*, sed *laus*, vt I Chron. XVI, 27.: *Maestas et reuerentia coram ipso*, ערו והררה במקומו *robur et laetitia in loco eius*, sensus est, coelum (*locum Dei*) personare laudes et iubila. Pl. XXIX, 1. *Date Iehouae, filii fortium, date Iehouae gloriam et robur*, i. e. laudem. Pl. VIII, 3. *Ex ore infantium et lactentium parasti* ערו, *robur*, vbi recte Alexandrini αἶνος posuerunt. כי hic est *certe, omnino, vere*, vox asseuerationis, quae facit ad confirmandam sententiam, vid. supra VII, 9. Thren. IV, 18. Hof. VII, 6. De voce יה non consentiunt viri docti. Multi hanc vocem referunt ad יָצָה, *pulcher, decorus fuit*, duabus syllabis in vnam contractis, facta compensatione per Mappik vt est in לָה, *lamentatio*, a יָצָה, *lamentatus est*. Hinc יה יהוה esset *excellencia, gloria Dei*. Conferunt Ierem. X, 7. *Quis te non reuereatur*, כי לך יאחה, *quia*

quia tibi est decus, *εὐπρεπία*. Saadias pro יה ponit

⁵
 אֱלֹהִים, *aeternus*. — Duo codd. Kennicottiani יה omit-
 tunt, et vna tantum vice *Domini* nomen exhibent Alexan-
 drini, Syrus, Vulgatus et Arabs in Polyglottis. Hinc Da-
 thio et Doederlinio non improbabilis videtur Hubigantii
 suspicio, יה *σφαλα* esse, ortum ex consuetudine scribarum,
 qua in fine lineae, quae vocem sequentem integram non
 capiebat, duas tresue saltem litteras ponebant, et in linea
 sequenti repetebant, quae litterae deinde ab alio scriba im-
 perito pro noua voce habitae et textui insertae sunt. Af-
 fert quoque Hubigantius exemplum ex Codice sic scripto;
 atque in libris antiquis Basileae impressis e. c. Munsteri Bi-
 bliis, aliisque, id ipsum licet obseruare. Quod confirmat
 de Rossius exemplo ex codice aliquo suae collationis. Mihi
 tamen nihilominus יה rectum videtur. Nempe videtur esse
 Aegyptiacum ΙΑΩ, secundum quod nomen יהוה forma-
 tum esse, satis notum est. Conf. MICHAELIS *Supplement.*
ad Lexx. Hebr. P. II. pag. 525. 526. Inuenitur nomen il-
 lud antiquum, יה, in vetustissimo illo carmine, transitum
 Israelitarum per sinum Arabicum celebrante, Exod. XV, 2.
 Ex hoc autem carmine comma nostrum huc translatum est.
 Omittendum potius mihi videtur יהוה quod haud dubie
 olim aliquis adscripsit vt obsoletum יה interpretaretur.
 Quod mihi ob has maxime rationes verisimile est. 1) יהוה
 non inuenitur in Cantico Mosis, ex quo verba nostra de-
 sumta sunt, sed solum יה; 2) omissum est יהוה in octo co-
 dicibus Kennicottianis et nouem de Rossianis, nec non in
 duobus libris impressis ex Seculo XV.; 3) interpretes vete-
 res vna tantum vice nomen *Domini* exprimunt; 4) Codd.
 Hexaplares notant in Montfauonii Hexaplis: Π. Ια, i. e.
omnes Ia. — Quare et de rossius in *Lect. Variant.* ad h. l.
 dicit: „si vna tantum vice (nomen Domini), vt videtur, le-
 gendum, ego omissionem posterioris, seu יהוה praetulerim,

quae maiorem habet in Mss. codd. auctoritatem; legens זמרתיה, vel זמרתיה contractum, eodem sensu.“

3. „In his quoque allusio fit ad iter in deserto. Egressis ex Aegypto et mare siccum patuit, et in ipso deserto, sicco alias et arido, fontes eruperunt. Posteris eadem providentiae diuinae documenta ominatur. Illud Cap. XI, 15. 16., hoc his verbis. Sed fontium, quo maior sit aeni felicitas, singularis virtus est conferuandae sanitatis. Vtrumque beneficium carmine celebratur: illud vs. i. 2., conf. Exod. XV.; hoc 4. 6. nam iuxta fontes consuetus, vt laetitiae, ita cantuum locus. Sic quidem omnia apte cohaerent.“ Haec *Doederlein* ad h. l.

4. עלילותיה, *inucntiones eius*, i. e. consilia, quibus ad vos liberandos vsus est.

5. באור, *magnificentiam*, i. e. res praeclaras et magnas.

CAP. XI. 1. Prodiabit furculus e stirpe Isai; et germen ex eius radicibus propullulabit.

2. Incumbet ei spiritus Iehouae, spiritus sapientiae et prudentiae, spiritus consilii et fortitudinis; spiritus scientiae et timoris Iehouae.

3. Respirare ipsum eius erit in timore Iehouae; nec ex oculorum adspectu iudicabit; neque ex auditione aurium ius dicet.

4. Iudicabit iuste tenues, ius dicet recte pauperibus terrae: oris sui virga terram percutiet, et spiritu labiorum suorum occidet improbum.

5. Iustitia erit cingulum lumborum eius, fides zona lateris eius.

6. Lupi catulus cum agno, pardus cum hoedo cubabit; vitulus et catulus leonis et pecudes una erunt; parvus puer eos ducet.

7. Vacca et ursula pascentur simul; adcubabunt iuxta catuli eorum, et leo, sicut bos, vescetur palea.

8. Ludet lactans ad foramen aspidis, et in cauernam basilisci ablaetatus manum immittet.

9. Nemo nocet alteri, nemo damnum inferet in toto monte meo sancto; nam terra plena erit cognitione Iehouae, uti profunda maris aqua reguntur.

10. Tunc ad radicem Isai, quae stabit quasi vexillum, gentes consulum ibunt; locus eius gloriosus erit.

11. Tunc Dominus secunda vice manum suam admouebit, ut compareret sibi populi sui reliquias ex Assyria, ex Aegypto, ex Pathros, ex Chus, ex Helam, e Sineare, e Chama-tha, e littoribus longinquis.

12. Adtollet vexillum gentibus, colligetque pulsos Israelitas, et dispersos Iudae e quatuor terrae angulis congregabit.

13. Amouebitur aemulatio Ephraimi, et Zelotypi Iudae excidentur; Ephraimus non erit aemulus Iudae, neque Iuda inuidebit Ephraimo.

14. Inuolabunt in humeros Philisthaeorum, occidentem versus; coniunctim diripient Orientales: Edom et Moab manuum ipsorum praeda erit, et filii Ammon subiecti eorum.

15. Exsiccabit Iehoua linguam maris Aegypti; agitabit manum suam super flumen vehementia spiritus sui; idque percutiet in septem riuos, ut calceatis pedibus possit transiri.

16. Erit strata via reliquiis populi eius, qui supererit in Assyria; quemadmodum fuit Israeli eo die, quo ex Aegyptia terra egressus est.

CAP. XII, 1. Tunc vero ita canes: Laudabo te, Iehoua, quia cum mihi indignatus esses, placata est ira tua, et me solatus es!

2. *En Deum salutis meae! huic confidam, nec pauebo.
Laus mea et canticum meum est Iah! Erit mihi saluti!*

3. *Haurietis aquas laeti e fontibus salubribus!*

4. *Canetis eo tempore: Laudate Iehouam! celebrate no-
men eius! Praedicate inter populos facta eius! Nomen eius
excelsum commemorate.*

5. *Canite Iehouae, quia res magnas gessit! Per totam
terram innotuerunt.*

6. *Tolle vocem, laetos clamores mitte, o tu, quae Sio-
nem habitas! Nam Magnus cognoscitur apud te Venerandus
Israelis.*

CARMEN DECIMUM.

(CAP. XIII—XIV, 28.)

A r g u m e n t u m.

Carmen hoc, ea, quae praecesserunt, sublimitate et magnificentia facile superans, totum in Babylonis excidio versatur, et ita quidem ut primum (inde a vs. 2—22. Cap. XIII.) ipsam urbis expugnationem variis imaginibus depingat. Describit poeta hostilis exercitus ex gentibus multis et barbaris concursum et congregationem, eius aduentum et irruptionem in urbem, Babyloniorum paucem, consternationem, ignaviam et desperationem summam, totius reipublicae subversionem, hostium crudelitatem et saevitiam in omni generis et aetatis homines, plenum denique urbis opulentissimae ac super alias superbe sese esserentis, excidium et regionis circumiacentis vastationem. Haec omnia vates sigillatim sub oculos subiicit, et quidem coloribus viuidissimis. Profligato autem hoc regno reipublicae Israeliticae olim infestissimo, vari laeta affulget spes de meliore gentis et reipublicae Israeliticae vicissitudine; de liberatione a dura illa servitute Babylonica redituque in patriam (Cap. XIV, 1. 2. 3.). Qua dulcissima expectatione in summam laetitiam abreptus, noster protinus ipsos inducit Israelitas, canentes carmen triumphale in occasum regni Babylonici, refertum splendidissimis imaginibus, et perpetuis profopopoeiis, iisque pulcherrimis, continuatum: quod alteram huius carminis partem efficit (Cap. XIV, 4—27.); quam infra diligentius considerabimus.

De tempore, quo carmen hoc editum sit, si quaeras, haec inprimis, in carmine ipso obuia, erunt animaduertenda: primum vs 19. Capitis XIII. Babylon vrbs Chaldaeorum superbia vocatur. Iam vero Iesaiæ tempore Chaldaeos vagam tantummodo, et Nomadum errantium, interdum etiam praedonum (conf. Job.) more terram peragrantiem gentem fuisse constat. Post Iesaiæ demum mortem boreales Chaldaei eruperunt, et sub Nebucadnezare Babylone potiri sunt, quam ingentis imperii metropolim fecerunt. Deinde vs. 17. Capis. eiusd. Medorum crudelitas, qua in vrbs expugnatae incolae saeuissent, memoratur. Hi ipsi vero in ea Babylonis expugnatione, qua Cyrus hanc urbem cepit, principes egerunt partes, ut videbimus infra ad illum versum. Tum ex vers. quatuor prioribus Cap. XIV. apparet, Israelitas eo tempore, quo hoc carmen scriptum est, adhuc quidem in seruitute Babylonica fuisse, verum etiam spem in patriam redeundi iis factam esse; quod ipsum iam obseruauimus in carmine eo quod proxime antecedit. Quae omnia me mouent, ut carmen nostrum referendum existimen ad illud ipsum tempus, quo regnum Chaldaeorum, postquam ab initiis Nebucadnezaris per LXX. fere annos floruiisset, duce et imperatore Cyro, a Medis et Persis est subuersum, et vrbs Babylon, Belsazare, ultimo Chaldaeorum rege, interfecto, ab iisdem illis uicapta et expugnata est. Nec id, quod huic sententiae obuerzi posse video, Babylonem a Cyro non plane excisam esse, immo stetisse et floruisse hanc urbem adhuc diu post Cyrum, tanti mihi videtur, ut propterea ab hac sententia discedam. Nam poetam, cum iam in eo esset, ut vrbs superbissimae expugnationem hostiumque saeuitiam describeret, inde paullo longius progressum esse, et picturae conficiendae causa etiam addidisse imagines vrbs plane destructae, Orientalis poeseos gnaro non tam insolens videbitur. — At Iesaiæ nomen carmen nostrum in fronte gerit? Quasi vero non constaret, esse tam in hoc nostro, cui a Iesaiæ est nomen, vaticiniorum corpore, quam in aliis vaticiniorum collectionibus, plura capita, quibus ab illis, qui

qui hos libros conscripserunt et in unum collegerunt, falsum scriptoris nomen esset praepositum.

1. מִשָּׂא Chaldaeus et Aquila male interpretati sunt *onus*. Illos tamen secuti sunt multi ex recentioribus, qui intelligunt *prophetiam onerosam* seu minacem. Verum ex aliis inscriptionibus, in quibus haec vox occurrit, patet, eam non referri ad vaticinii argumentum, sed ad vaticinii auctorem. Ita est apud Zachariam IX, 1. XII, 1. מִשָּׂא דְבַר יְהוָה, et apud Malachiam I, 1. מִשָּׂא דְבַר יְהוָה אֵל יִשְׂרָאֵל, et infra apud nostrum XIV, 28. Anno quo mortuus erat rex Ahas הָיָה הַמִּשָּׂא הַזֶּה. Male profecto hic verteres *onus verbi Iehouae, factum est onus hoc*. Accedit, quod haec vox etiam iis vaticiniis praepositur, quae nihil minantur, vt Zach. XII, 1. Rectum iam vidit Cocceius, qui obseruauit, מִשָּׂא significare proprie *sententiam*, quae *proferatur*, a נִשָּׂא, *proferre, efferre, eloqui*, dictum qualecunque, vid. Exod. XX, 7. XXIII, 1. Habac. II, 6. infra XIV, 4. Et scriptores Latini hoc sensu vsi sunt voce *tollere*; veluti THAEDRVS Lib. III. Fab. XIII. v. 13. *Tunc illa ralem sustulit sententiam*. Prolixe de hac voce egit AVRIVILLIVS in *Decalogo Hebraeo ex Arabica Dialog. illustr.* in eius *Dissertat.* p. 566 seq. et MICHAELIS in *Supplement.* P. V. pag. 1685. 1686. Alexandrini, Symmachus, Theodotion, λημμεα vertere solent, i. e. *vaticinium*, sed ab accipiendo, quod ipsum מִשָּׂא significare potest, *dictum, acceptum, a Deo*.

2. Hostilis exercitus conuocatur et congregatur. מִשָּׂא (על הר נשפה שאר נס) Alexandrini verterunt: ἐπ' ὄρους πεδινῶν ἀράτε σημεῖον *super montem campestem tollite signum*. Respexerunt fortasse ad eam significationem vocis שֹׁפֵה apud Aramacos, qua notat, *terere, atterere, humiliare, complanare*; Syrus retinuit hoc ipsum verbum. Chaldaeus: *super*, vel potius *contra oppidum secure habitans leuate signum*. Petita

haec significatio ex usu eius apud Talmudicos. Hieronymus: *in montem caliginosum eleuate signum*; respexit haud dubie ad נשף, *crepusculum*, et sub monte *caliginoso* intellexit Babylonem urbem. Verum נשף הר omnino est verendum *mons excelsus, altus, eminens*. Est enim נשף forma Niphthal ex שפה, quod valet (licet obsoletus usus sit in Kal) *eminere, extare, altum esse*, quae verbi significatio servata est Job. XXXIII, 21.; hinc quoque שפי locum denotat *eminentem, elatum*, vid. infra XLI, 18. XLIX, 19. Saadiaz quoque reddidit: *علي جبل الخالس*, *super monte elatiore*. הר על positum est pro בהר; vexilla enim erigi solent in montibus. Desumptum est hoc ab Imperatoribus, qui milites subito convocaturi ad expeditionem, *signum* proponunt in editis locis, ad quod fiat concursus, vid. supra ad XI, 12. — (הרימר קול להם) Videtur intelligendus esse *sonus, clangor tubae*, cuius in his rebus usus est. Sic Ierem. IV, 21. *Quousque videbo נס, signum, quousque audiam קול שופר clangorem tubae?* Et apud eundem LI, 27. *Ponite נס signum, vexillum, in terra; הקעו שופר עליה, clangite aduersus eam buccina, convocare aduersus eam regna, utramque Armeniam et Phrygiam.* להם, *illis*. Quibusnam? nam propheta nondum nominavit eos, quos alloquitur. In eo vero magna est elegantia, qua poetae Orientales saepe vtuntur. Supponunt quasi in aliis notitiam huius rei, cuius ipsi animum plenum habent. Medos et Persas intelligit quos veru 17. demum nominat. (הניפר יד) *Elevatio manus* pertinet ad conuocationem, vt cum quispiam aduocans alterum, quod propter distantiam loci non possit exaudiri, manum eleuat, innuens vt veniat.

אפשרו לפי רוב הדיבורים (ויבאר פתחי נרביים) *Ut intrent portas principum*, i. e. palatia magnatum Babyloniorum, vel, vt ingrediantur portas ipsius urbis Babylonis, quae a principibus, magnatibus et proceribus habitatur. Ita recentiorum interpretum plerique. Veteres autem, Graecus et Chaldaeus sensum loci *והוא יבא אליהם* (אשר הוא בלבב בבל) *non* *והוא יבא אליהם* (אשר הוא בלבב בבל) *non* *והוא יבא אליהם* (אשר הוא בלבב בבל) *non* *והוא יבא אליהם* (אשר הוא בלבב בבל) *non* *והוא יבא אליהם* (אשר הוא בלבב בבל) *non*

non perceperunt, ille enim: ἀνοιχάτε ἀρχαίαι, quasi vates incolas Babylonis alloquatur, ut portas aperiant: hic: וְיָבִיאוּ בְּפִתְחוֹתַי, et ingrediantur per portas eius qui sponte se offerunt. Nec Syrus satis recte:

יָבִיאוּ בְּפִתְחוֹתַי, principes ingrediantur per portas tuas. Babylon enim adhuc non est nominata. Hieronymus etiam male: et ingrediantur portas duces. Nam פָּתְחֵי is in statu constructo. Saadias: יִבְחָלוּ

אֶל־הַנְּוָבִים בְּאֵלֵינוּ, ingrediantur portas proceribus. SCHMI-

DIVS vellet, ut veniant portae principum, i. e. principes et omne robur eorum, fere ut portae inferorum, Matth. XVI, 18., notant inferni robur. Sed phrasis hoc sensu nusquam usurpatur, et dura esset metaphora: veniunt portae. MICHAELIS pro פָּתְחֵי efferre mallet vel פָּתְחֵי vel פָּתְחֵי; vnde vertit, ut conveniant voluntarii mei ante portam meam; daß meine Freywilligen sich vor meiner Pforte versammeln, i. e. ante palatium meum, ut recenseam eos, contra Babylonios a me mittendos. —

Paulo audacius KORREVS verba, uti nunc ea legimus, mutanda censet. Primum enim voce וּבְבָרָא versum secundum finit; deinde pro פָּתְחֵי, Alexandrinorum auctoritate, פָּתְחוּ legit, et verba פָּתְחוּ נְדִיבִים ad v. secundum refert. Vocem נְדִיבִים autem consueta significatione, voluntarius, sumit, vertitque: voluntarii, prompti, portas aperite, ipse ego mandavi sanctificatis meis; öffnet freywillig die Thore. Ich selbst hab' es ihnen geheissen, meinen Erkoehnen. — DOEDERLEIN in Caris Exeget. et Critt. p. 57 seq. ubi totam hanc scenam elegantissime describit, נְדִיבִים intelligit de iis, qui nomen suum sponte dant militiae, et castra sequuntur bello indicto; perpetuas enim copias alere iis gentibus inauditum fuit. פָּתְחֵי autem gladios nudatos significare arbitratur, qua significatione eandem vocem occurrere censet Mich. V, 5. Pl. V, 10. Hinc verba proprie reddenda essent, ut veniant enses euaginati voluntariorum, quorum sen-

sensum ad linguæ latinæ consuetudinem adcommodatius in versione sic expressit: *ut veniant exercitus voluntarii gladio euaginato.* Qui sensus, meo quidem iudicio, artificiosior videtur. Vulgaris interpretatio, quam initio adduximus, bonum sensum dat. Inuitantur Medi et Persæ ad occupanda magnifica Babyloniorum principum palatia, et celsas munitasque Babylonis portas, quæ videbantur vim omnem hostilem facile exclusuræ, vel saltem ab hoste nunquam occupari posse. XENOPHON *Cyropaed.* Lib. VII. expresse mentionem facit τῶν ἀρχαίων, *aedificiorum principum*, quæ Cyrus inter duces, comites, et socios diuisit. Observandum igitur, 1) litteram præfixam ἡ hic sumi significatione consequentis, et vertendam *ut*; ad exemplum Exod. VII, 26. *Dimittite populum meum* ויעבדני, *ut seruiat mihi.* 2) Vocem פתחי hic elliptice positam esse pro בפתחי, quæ ellipsis satis frequens est. Sic Deut XXII, 21. לזנוה ביה לזנוה אביה, *scortando in domo patris sui*, est pro בבית אביה. Et apud vatem nostrum Cap. I, 20. בחרב סך הרב האכלו. 3) Vocem נדיבים, quod proprie *liberales, munificos*, hinc *quosque ingenuos, nobiles*, denotat (vid. Schultenf. ad Hamaf. pag. 310.); hic significare *proceres, principes*, ut Pf. CXIII, 8. עם נדיבי עמר, *cum populi sui principibus*, et alias saepissime.

3. (אני צויהי למקדשי) *Ego mandavi sanctificatis meis*, i. e. instructis et præparatis a me, ad hanc rem tanquam sacramento militari adstrictis. Sunt Medi et Persæ, diuino parentes iussui, et vndique etiam a remotissimis locis concurrentes, atque communi auxilio Babylonem deuastantes. Chaldaeus pro *sanctificatis* recte posuit *praeparatis*, qui scilicet præparati erant ad perdendam Babylonem. *Sanctificari* dicitur omne id, quod Iehouæ secernitur; hinc, vbi de *copiis militaribus* vsurpatur, intelligendæ erunt tales, quæ *sacrum* quasi bellum gerunt, auspice atque auctore Iehoua, quasque Iehoua ipse in eam rem elegit. Sic Ierem. XXII, 7. in

in prophetia aduersus domum regis Iudae: *et sanctificabo* (קדשתי) *aduersus te euerfores.* Et in simili aduersus Iudaeos, apud Zephaniam Cap. I, 7. *file coram Domino Iehoua, quia propinquus est dies Iehouae; quippe Iehoua ordinavit sacrum sacrificii* הקריש קרירי *sanctificauit vocatos suos,* Babylonios videlicet, ad mañtandos Iudaeos, et exequenda in eos Dei iustitia. Sed inprimis hic comparandus est locus huic nostro plane parallelus in prophetia eiusdem argumenti apud Ieremiam: *tollite signum in terra; clangite bucchinà inter gentes.* קדש עליה גוים, *sanctificate aduersus eam gentes.* Nimirum sanctificare hic est, ad opus aliquod eligere ac secernere. Sic noster infra L, 44. רמי בחור אליה *et qui electus est ad eam destruendam, ego disponam et ordinabo illum.* (גם קראחי נבררי לאפי) hic vsurpatur de *militibus* ad bellum euocandis et congregandis qualis vsus est vocis *euocare* apud Latinos, maxime in subitaria militum collectione, vt obseruauit GRAEVIUS ad *Florum* Lib. III. Cap. 17. לאפי, *ad iram meam, i. e. vt irae meae exsequendae inferuiant.* (עליו גאוחי) Affixum primae personae in גאוחי referendum est ad vocem עליו, ex idiotismo linguae, quo in constructione nominum affixum iungi solet nomini posteriori, quod tamen in versione referendum est ad prius vt קדשי, יהר, *mons meus sanctus;* Ies. LII, 10. זרוע קדשי *brachium eius sanctum,* siue potentia eius verenda. Conf. quoque not. supra ad II, 20. Manifeste enim haec respondent praecedentibus גבררי לאפי. Erit igitur vertendum *mei, milites a me delecti, exultabundi fastu.* Hic vero significantur huiusmodi homines qui magnifice de se sentientes, et alios tanquam se longe inferiores, contemnentes, hoc ipso incitantur ad fortitudinem alacritatemque, et fiduciam in negotiis suscipiendis et feliciter gerendis. Atque hanc Persis et Medis indolem fuisse, veterum historiarum scriptorum vnanimis consensus confirmat. Insigne est in hanc rem quod HERODOTVS Lib. I. pag. 64. ed. Stephan. de *Persis* dicit: *καμιζότες ἐαυτὰς ἐνόμιζον ἄφροντα μακρὰ τὰ πάντα ἀρι-*

tas, se ipsos omnium hominum existimantes longe esse praestantissimos in omnibus rebus. Ita quoque, apud eundem illum Lib. I. p. 41. Croesus in oratione ad Cyrum, expresse Persarum indolem describit: Περσῶν φύσις ἰσχυρὴ ὑβριστικὴ, Persae natura cum sint proterui. Id vero multo magis verum est de Medis, gente fastuosa et superba, et hoc nomine celebri.

4. Aduolant citati immensa multitudine, mira celeritate, magno strepitu. (קול המון בהרים) hic sumendum est de sono inarticulato, quem producit strepitus et tumultus magnae et vagae multitudinis hominum. Sic infra XXXIII, 3. מקול המון גדוד עמים, a sono strepitus fugient populi. Elegantissime Doederlein vertit: iam strepitus per montes resonat. Montes autem, qui hic intelliguntur, haud dubie sunt illa montium iuga, quae Mediam ab Assyria dirimunt. (דמוח עם רב) Propr. species, similitudo, populi multi, i. e. ac si magnus exercitus adueniat; es läßt, als wenn ein großes Heer zusammen käme, vt Michaelis reddidit. Obserua, quam viuide noster pingat! Babylonis incolae in montibus extremis insolitum quid contpiciant; — non discernere possunt, quid illud sit: „an arbores? — montium umbrae? — homines? — Turba obscura et inordinata; — exercitus videtur esse, sed non internosci potest.“ — Nec coniectura eos fallit, iam enim propius accedente multitudine, tumultum distinguunt: קול שאון מכל כוח גוים נאספים, sonus est aestuantium regnorum barbarorum, quae contrahuntur subito, id enim bene exprimit h. l. נאספים; nam אסף est, undiquaque corradere; vide SCHLITENSII Orig. Lib. I. Cap. XIII. p. 161 seq. Denuo mutatur scena. Vix enim copiae collectae adstabant: expectabant Imperatoris vultum, mandata, laudes; quum repente apparet, lustrat singulos, exercitum militarem, hominibus, armis, animis probatis ad bella componit: יהיה צבאח מפקד צבא מלחמה, Dominus exercituum lustrat copias bellicosas. — Quibus omnibus administratis, propheta tan-

et perficiendis iis, quæ ad salutem vrbs necessaria sunt, orationis series docet. Vsurpatur quoque eadem imago ad summam angustiam exprimendam Ierem. L, 43. Ezech. VII, 17. Zephan. III, 16. Eodem pertinet locutio, quæ sequitur: כל לבב אנוש ימט, cuiusque cor liquefcit; vid. Deut. XX, 8. infra XIX, 1.

8. (ונבהלו) *Et conturbabuntur*, consternabuntur, vt I Sam. XXVIII, 21. Pl. VI, 11. Notat conditionem hominis plane commoti, et sui non compotis; siue, vt bene Cocceius: perplexitatem et intricacionem in consiliis, et praecipitationem in varios conatus, amentiae et insaniae ple-

nos. (צירים וחבלים יאחזון) *Tormenta et dolores eos corripient*, hac notione אהו occurrit infra XXXIII, 14.

tremor corripit profanos; et Ierem. XLIX, 24. צרה וחבלים אַחֲזַתָּהּ כַּיְלֵדָה *angustia et dolores corripuerunt eam quasi parturientem*: quod ipsum etiam

apud nostrum sequitur: כִּי־רָדָה יַחֲלוֹן, *instar parturientis dolent*. A *constringendo*, *torquendo*, radix חרל *dolendi* si-

gnificatum accepit, et saepius de *parturientium dolore* vsurpatur; vt infra XXIII, 4. לֹא הָלַחְתִּי וְלֹא יָלַדְתִּי, *nec dolui parturiens, nec peperit*; et LXVI, 7. בְּמָתְקָם הָחִיל יִלְדָה, *angustiam dolores partus sensisset, peperit*. Vid. AVRIVILLII *Dis-*

sertationum, quæ inscripta est: *Hebraeorum חרל breuiter explicatum*, §. IX. p. 668 seq. ed. Michael. (איש אל רעהו יחמור) *Quisque ad alterum stupet*; חמא, *obstupefcere*, vid. Genes. XLIII, 34. Pl. XLVIII, 6. (פני להבים פניהם) *Quum nos vrgent cruciatus, inflammatur facies, et toti ardemus*. Ma-

le nonnulli haec verba referunt ad truculentos et ira quasi inflammatos, Medorum vultus; cum totus hic versus de Babyloniis, summo pauore percussis et conturbatis, loquatur. Ceterum cum vate nostro conferre iuvabit eum XENOPHONTIS (*Cyropaed.* Lib. VII. Cap. V. Sect. 10. 11.) locum, quo Babylionorum stupor describitur, cum Cyrus inopinato vrbein eorum cepit. Cum per fluvium exhaustum ingressi

gressi

gressi

gressi

gressi

gressi

gressi essent urbem Cyri milites, των ἀπαντωντων (Βαβυλωνιων) οἱ μὲν ἀπεθνησκον παροισμενοι, οἱ δ' ἐφευγον παλιν εἰσω, οἱ δ' ἐβρον, οἱ δ' ἀμφὶ τὸν Γωβρυαν συνεβωον αὐτοισ, ὡς κωμασαι ὄντες και αὐτοισ, και ἰοντες ἢ ἐδυνατο ὡς ταχιστα, περὶ τοισ βασιλευσι ἐγεγοντο, και οἱ μὲν συν τῷ Γωβρυα και Γαδατα τετραγμενοι κεκλησμενας εὐρισκασε τας πυλας τῆ βασιλευσ' οἱ δ' ἐπὶ τῆσ φυλακῆσ ταχθιντες ἐπισπιπτασιν αὐτοισ πρὸσ πρὸσ πολυ, και εὐθυσ ὡσ πολεμισοι ἐχραντω αὐτοισ, ὡσ δε κραυγη και κτυποσ ἐγγιητο, αἰδομενοι οἱ ἐδον τῆ θορυβα, κελουσαντοσ τῆ βασιλευσ σκεψασθαι τι εἴη το πραγμα, ἐκθεσσι τινεσ κροῖζαντεσ τασ πυλασ. Οἱ δ' ἀμφὶ τὸν Γαδατασ, ὡσ κδον τασ πυλασ χαλασασ, εἰσπιπτασιν, και τεισ παλιν φευγκσιν εἰσω ἐφοπεμοι, και παισντεσ ἀφικνιονται πρὸσ τον βασι'εασ, και ἠδη ἐσηκοτα αὐτον και σπασαμενοι ὄν ἔχεν ἀκνακην, εὐρισκασε' και τῆτον μὲν οἱ συν Γαδατα και Γωβρυα πολλοι ἐχραντο. και οἱ συν αὐτῶ δε ἀπεθνησκον, ὁ μὲν, προβαλλομενοσ τι, ὁ δε, φευγων, ὁ δε γε, και ἀμυνομενοσ ὅτῶ ἐδυνατο (Si qui eis obuiam venirent, partim caeli peribant, partim retro vicissim fugiebant, partim clamorem edebant. Cum his et Gobryani clamores edebant eosdem, velut ipsi quoque commessationum focii. Simul pergentes, qua celerrime progredi poterant, ad regiam perueniunt: qui vero aduersus regiae custodes ire iussi fuerant, irruunt in eos ad ignem luculentum potantes, statimque hostili cum eis more agunt. Orto autem clamore et strepitu, quum ii, qui erant intus, tumultum sentirent, et inspicere iuberet, quid illud esset rei; apertis aliqui portis foras procurrunt. Eas cum patefactas Gadataei conspicerent, irruunt, et illos rursus fugientes intro sequuti, ac ferientes, ad regem accedunt: eumque iam erectum cum acinace, quem strictum tenebat, inueniunt. Hunc Gadataei et Gobryani numero plures opprimunt, interfectis etiam iis, qui regi aderant, ac partim aliquid obiciebant, partim fugiebant, partim se quacunque re poterant, tuebantur).

9. Ipsam iam calamitatem, in Babylonios induendam vates depingit. (ביום ההוא) De quo vs. 6. יבא נאזרז noteare
Ies. Var. V *facuum,*

saevum, crudele, atrox, ex collatis exemplis, in quibus illius usus est, satis constat; sed in hoc loco, vt recte monuit Cocceius, sumendum est substantiue; per *atrocitatem*; vt Proverb. XII, 10. רַחֲמֵי רָשָׁעִים אֶפְרָי, *viscera impiorum sunt crudele quid.* Et in prophetia Ieremiæ Cap. L, 41. de Babele, quæ nostro huic vaticinio plane similis est, de eius hostibus: אֶפְרָי הָמָה, *crudeles illi, et nulla afficientur commiseratione; proprie: saevum et crudele quid illi, seu, mera saeuitia.* Videtur autem metaphora hic desumpta esse a magna et horribili tempestate, quæ immane saeuit, et obuia quæque prostermit: quippe quod liquet ex iis, quæ nostro loco statim sequuntur. Confirmat quoque hanc sententiam insignis locus Ieremiæ, idemque repetitus, Cap. XXIII, 19. 20. XXX, 23. 24., vbi hæc imago plenius depingitur: *ecce procella Iehouæ. Exiit aestus; et procella permanens, quæ residet in capite impiorum. Non reuertetur ira Iehouæ, usque quo illud perfecerit.* (הַטְּאִיָּה (הַטְּאִיָּה יִשְׁמִיד טֹמֵה, *peccatores terræ Babylonicae, h. e. incolæ eius.* Videtur hic tropus e singulari linguæ Hebraeæ idiotismo illustrandus esse, nimirum e studio eorum, rem accuratissime denominandi, seu vero nomine exprimendi. Incolas igitur vr-bis Babelis, cum omnes pro hominibus impiis declarare vult, non ciues vr-bis, sed peccatores eius dicit. Ceterum obseruandum est, vocem הַטְּאִיָּה hic sumi pro הַטְּאִיָּה, vt supra Cap. I, 28. et præfixam ו hic, vt sæpe alias, accipiendam pro *relatiuo*, vertendamque per *qui*, scil. *dies*, vt Malach. IV, 2. (al. II, 20.) וַיִּרְבֵּא בְּכַנְפֵיהָ, *in cuius alis est sanatio.* Conf. TYMPIVM ad NOLDII Concordant. not. 1048.

10. Graphice describitur magna tempestat (conf. ad vl. anteced.), qua saeuiente coelum et sidera obducuntur atrore, et sol ipse, lucidissimum sidus, nubibus atris inuolvi videtur, et obscuratur. Solent enim poetae Hebraei, si reipublicae alicuius interitum describunt, iisdem plane coloribus

loribus omnia depingere, ac si sol ipse et sidera in antiquum Chaos et primaevae tenebras rursus sint demersura. Vid. Ioel II, 10. III, 15. 16. Amos VIII, 9. Matth. XXIV. Vtrum כסיל proprie significet *Orionem*, aut *Sirium*, aut *stellam errantem*, siue *planetam*, nunc inquirere, hic non est locus; varias sententias qui legere velit, MICHAËLEM adeat in *Supplementis ad Lexx. Hebr.* P. V. p. 1319 seq. Hic nobis sufficit scire, כסילים, quod haud dubie certae alicuius stellae nomen est, hic synonymum poeticum טו כוכבים esse. Alexandrini vertunt: και ὁ Ωριων και πας ὁ ἄστρος τῆ ἀρα-
 18. Vulgatus: *stellae coeli et splendor earum*. Chaldaeus: כפילירון, oriones seu *gigantes coeli*, Syrus: ܟܫܝܠܝܡ , *exercitus eorum*. Aquila et Theodotion retinent vocem Hebraeam: χεσιλεεμ ἢ ζιλεεμ. Saadias: ܟܫܝܠܝܡ ܟܫܝܠܝܡ , *sidera eorum non lucent*.

II. Sub תבל, *orbe*, intelligendum esse imperium Babylonicum, ex contextu liquet; eodem modo, quo ἡ αἰκα-
 μεν Luc. II, 1. *Iudaeam*, et Act. II, 28. *imperium Romanum* denotat. Idem quoque significasse, *universum orbem Romanum*, notum est. Sic Minos, apud οἰδ. *Metamorphos.* VIII, 99.: „*Creten, quae meus est orbis.*“

12. Sub אוקיר אנוש מופ, אוקיר, *pretiosiores, rariores, faciam*. Verbi יקר primam vim in *gravitate* esse, a qua et *pretiosi*, indeque *rari*, significationem acceperit, obleruavit iam Schultensus ad Proverb. XXV, 17. פו est *aurum, purum, depuratum*; est enim ab Aethiop. פו, *absterfit, mundavit*, vnde et particip. Hophal מופו, *depuratum, mundatum*, 1 Regg. X, 18., pro quo in loco parallelo, 2 Chron. IX, 17. legitur מופו. Alias sententias vide in SIMONIS *Arcano Formarr.* pag. 191. 192. De אופיר vid. ad Genes. X, 29.

13. בעבדה יהוה צבאה (בעבדה hic positum est pro בעת עבדה, *tempore excandescētia*, siue *excandescēte* Iehova; quod prophetam velle, membrum posterius docet. Sic Pf. IV, 2. בִּקְרָאִי, *me inuocante vel clamante, dum ego clamo, vel inuoco*. Notat ׀ in tali contextu *tempus* vel *statum*, vt Graecorum δῆα, illi respondens. — Omnes autem huius versus imagines desumptae sunt a tempestate vehemente, quae ingenti cum fragore coelorum detonat in terram, et in eam inducit maximas rerum commotiones et vastationes. Confer infra XXIV, 19. 20. 2 Sam. XXII, 8.

14. Viuide depingitur fummus metus, et fuga Babyloniorum. Erat Babylone, vt in maioribus vrbibus et capitibus imperii esse solet, confluxus hominum, ex variis coelorum plagis et gentibus; quem Ieremias Cap. L, 37. appellat ערב, *colluuiem*, et Aeschylus παμμικτοι ὄχλοι, *turbam miscellam*, vbi de Babylone loquitur, *Perf.* vs. 52., quorum alii ibi, vti fit, domicilia fixerant; alii ad tempus vrbem frequentabant. Hi vero ad famam aduentus exercitus hostilis et imminentis obsidionis vrbis perterrefacti, subito fugam cogitant, quisque *terram* et *gentem* suam respicientes. Sic Ieremias L, 28.: *vox fugientium et propirientium se ex terra Babylonia*. — Imagines autem, quibus vates vtitur in fuga hac tumultuaria depingenda, desumptae sunt ab ouibus dispersis, quas nemo colligere curat, et capreis propulsis. Capreae et damae sunt animalia timidissima, et propulsa a venatoribus, pedibus leues, fuga celerrimae, vt eas assequi difficile sit, quo alluditur Proverb. VI, 5. Vid. BOCHARTI *Hieroz.* Part. I. Lib. III. Cap. XXVI. Eadem ratio est ouium dispersarum, et dispulsarum (nam post ׀אָ repetendum est ׀אָ, cum כרה, de ouibus dispulsis soleat vsurpari, e. c. Deut. XXII, 1. Ezech. XXXIV, 4.) quibus colligendis nemo operam dat, siue praeest, quarum colligendarum et defendendarum nemo curam habet, id quod voce כבֵּץ indicatur.

15. Misera nunc depingitur facies captae urbis: est sine ope, sine duce, nemo repente oppressos liberit; nemini parcitur; non sexui, non aetati. נכסף, *omnis qui deprehenditur*, cui respondet נכסף, *propr. omnis corrasus*, scil. in plateis, vel in fuga, vt i Chron. XXII, 12. Paulo aliter Doederlein: „in fuga vel singuli palantur, eos נכסף dicit, vel plures aceruatim oberrant, horum cateruam נכסף vocat, א כסף, *corradere, in acervos coire.*“ Sic Alexandrini: συνηγμενοι. Hinc non est opus vt pro נכסף cum Michaela, aliter diuisis litteris, legamus פה נכסף, *omnis ef-fugiens hic*, in loco ad quem confugerit, cadet gladio. Conferendus ceterum κενόρhone, qui statim post locum supra adductum haec habet: ὁ δὲ Κύρος διεπέμπε τὰς τῶν ἵππων τάξας κατὰ τὰς ὁδούς, καὶ προέειπεν, ἕς μὲν ἔγω λαμβανούσι, κατὰκοιτῆν

(Cyrus autem cohortes equitum per vias passim dimittebat, edicens, vt si quos extra domos inuenirent, occiderent). וְהָיוּ מְצוּיִים בְּכָל הַיָּמִים

16. (ועלליהם ירטשו) Verbum רטשו reddunt allisit, collisit; nec sine ratione, vti videtur, si conferas Arabic.

أرطس^١, *congesti fuerunt ac imposui lapides super aliqua re, et* أرطس^٢, *percussio, quae fit interiore vola.* Solet autem hoc verbum vsurpari in describenda inhumana faeuitia militis victoris, in tenellam aetatem faeuientis, vt patet ex 2 Regg. VIII, 12. et Nahum III, 10.

17. Tanta est Medorum crudelitas, vt frustra cruoris fitim pretio oblato tentes restinguere, vel auro vitam caros-ve pueros redimere. Mirum in modum cum nostro conveniunt Cyri verba, quibus Medos alloquitur l. c. Ἀδελφοί Μήδοι, καὶ πάντες οἱ παρόντες, ἐγὼ ὑμᾶς οἶδα σαφῶς, ὅτι ἕτε χρηματῶν δεομένοι σὺν ἐμοὶ ἐλάθετε, κ. τ. λ. (Optime noui, viri Medi, et qui adestis elii, vos desiderio pecuniae mecum hanc expeditionem non suscepisse). AMMIANVS MARCELLINVS, Libr. XXIII, 6., vbi Persarum, sub quibus ille Medos

quoque et Parthes censet, mores describit: *mauidici, eiti, et graues, oc taetri, minaces iuxta in aduersis rebus ac prosperis, callidi, superbi, crudeles etc.* Et si quis legat Herodotum in historia Astyagis, secundum ipsum Medorum regis ultimi, tum Cambyfis, Darii Hytaspidae, Xerxis, Occhi, deprehendet in iis exempla crudelitatis et saeuitiae, plus quam barbarae. — Simili modo, quo noster, VIRGILIUS hostilem crudelitatem pingit, Aeneid. X, 526.

Est domus alta; iacent penitus defossa talenta
 Caeiati argenti, sunt auri pondera facti
 Infeclique mihi; non hic victoria Teuerum
 Vertitur; aut anima vna dabit discrimina tanta.
 Dixerat: Aeneas contra cui talia reddit:
 Argenti atque auri memoras quae multa talenta
 Gnatis parce tuis.

18. (קשתות נערים חרטונה) Vulgatus vertit: *sagittis parvulos interficient, et hunc sequuti multi recentiores: et arcubus pueros allident.* Recte quidem quod ad sensum; sed neglecta constructione Grammatica, secundum quam קשתות חרטונה cohaeret cum קשתות. Recte Aben-Esra: *Arcus pueros חבמניה, dissident, διχοτομωσσι.* Sine necessitate pro קשתות Koppius legere mallet קשתותם. *Arcus Perserum praegrandes, eorumque in iis tractandis peritiam Herodotus, Xenophon et Ammianus saepe laudant.*

19. (צבי) Quae decus fuit, conf. Cap. XXIII, 9. Ierem. III, 29. (כמהפכה עטרה) Verba elliptice posita sunt, ac si scriptum esset: כמהפכה אשה הפך ונהל, *et subuersio Dei, qua subuertit etc.* Vocula enim את supponit verbum, ad quod referatur. Simile exemplum habuimus in phrasi: דעה אשר את יהוה, Cap. XI, 9. h. e. רעה את יהוה.

20. (לא יהל שם ערבי) Ne Nomades quidem ibi tentoria figent. יהל contracte scriptum est pro יאהל, exciditque littera א, vt in מכולת, pro מאכולת, I Regg. V, 11.

V, II., כַּאֲסִירָה pro כַּסְרָה, Ezech. XX, 37., pluribusque aliis vocibus, quas maiore copia collectas inuenies apud BOCHARTVM *Hieroz.* Part. I. Lib. II. Cap. XXI. MICHAELIS in *Supplement.* P. II. pag. 534. הַלֵּל nostrum refert ad *splenduit, luxit, vertitque: ibi Arabs non ignem accendit.* „Arabes nempe,“ addit, „ex igne nocturno, quem accendunt, eminus agnoscuntur; estque descriptio magnae vastitatis, nullam ibi vspiam lucem conspici.“ Quae interpretatio mihi quidem docta magis, quam vera videtur. רַבֵּץ (רַעֲיִים לֹא יִרְבְּצוּ שָׁם) de *gregibus pecudum recubantibus* vsurpari, vnde סִרְבָּץ-צֶאֱן, *cubile ouium,* Ezech. XXV, 5., satis notum est.

21. Sequitur descriptio summae vastitatis, quae infra Cap. XXXIV, 11 seq. plenior et ornatiores extat: et similis apud Zephaniam II, 14. — Ne Nomades quidem pecus huc ad pascendum ducent; loca enim haec infesta erunt et perstreperent ululatu et sibilis noxiarum et terribilium animalium. De horum animalium nominibus valde dissentiunt viri docti. Copiose de iis egit AVRIVILLIVS in *Dissertat. de nominibus animalium quae leguntur* Esaj. XIII, 21., quae extat in eius *Dissertat.* a Michaelè edit. pag. 294 seq. Nos vero tali disquisitione lectores hic non morabimur, copiosius de hac re acturum in noua, quam paramus, Hierozoici Bochartiani, editione. Hic breuiter tantummodo nostram de quoque nomine sententiam indicabimus. צִיִּים conferendum videtur cum Arab. *صائون*, quod haud dubie *Lemurem volantem*, seu *vespertilionem Vampyrum* Linn. significat, vt colligere licet ex iis quae Alcazuin apud Bochartum de hoc animali narrat. Aliis sunt *feles ferae*. אֲדִיִּים esse *bubones*, satis verisimile fecit Aurivillius l. c. Apud multas gentes bubonum genus abominabile et portentosum vulgus credidit, vnde Ovidius: *ignavus Bubo dirum mortalibus omen.* Rapaces hae aues abdita et tenebrosa quaerunt loca, stridulo et importuno clamore noctis au-

gent horrorem, dirutis domibus, filua circumquaque obfistis, tenentur, ibique oua ponere solent, et infœusti quid visus eorum arguit. בכרה יענה *struthiones* reddere solent. Verum praeter alia, quae huic sententiae obuertit Aurivillius, *struthionibus* hoc nostro loco maxime obstat illud, quod numquam legitur, haec animalia rudera urbium incolere, aut in vicinia Euphratis ac Babylonis commemorari. Hinc placet interpretatio Aurivillii, sub בכרה יענה *noctuas* intelligentis. Has aues in turribus aedibusque derelictis nidulari, satis notum est. De שעירים verisimillimam sententiam Doederlein mihi protulisse videtur, esse *Faunos*, vel id sinistrum genus, cui *Maimon* seu *Mermion* nomen; haec enim hirsutis pilis adpectuque hircis (quos שעירים Hebraei dicunt) similes videntur. Bene quoque iis conuenit verbum ירקרר *subfulsant*.

22. וענה איים באלמכחור (*יענה ענה respondebunt*, i. e. vlu-
labunt aeternis vicibus. איים *haud dubie sunt Thoes*, hyae-
nae species; apud Arabes بنات اوي dicuntur, a fo-
no, quo agros Syriae perlonant, cum noctu turmatim cur-
sitant Vid. BOCHARTI *Hezaez. P. I. Lib. III. Cap. XIII. De*
אלמכחור dissentiant. *Viduae* significatio, quam vox אלמכה
alias habet, huic loco non est apta. LVDVIC. GUIDEM DE
DIEX *Critica S.* ad h. l. vtrunque significationem *viduae et*
palatii voci אלמכה tribuit, siue ex significatione Chald. א.ל.ם,
fortis, robustus fuit, siue, quod ei magis placet, ex analogia
linguae Syriacae, in qua א.ל.ם de *arce et palatio* di-
catur aequè ac de *terra sterili*, non seminata, cum qua for-
tasse in lingua Hebraea *vidua* comperetur. — Cum vete-
res omnes *palatia* vertant, quasi legissent ארמכחור, quod ip-
sum vnus codex Rossianus, et vnus Kennicottianus exhibent;
Lowthus, Doederlein et Dathius בארמכחור legendum censuerunt.
Equidem quoque *palatia* vertendum puto; quamquam mihi nihil mutandum videtur. Satis notum
enim

enim est, litteras ל et ר in linguis Orientalibus saepe inter se permutari. Sic apud Arabes حنتر et حنجل, *decepit*, قنطرة et قنطرة *lorica ampla*. Vid. SCHVLTENSII *Clauem Dialectorr.* p. m. 253. et 297. Et Ezech. XIX, 7. אלמנה pro ארמנה positum inuenitur: *destruet palatia eius* (והנים בהיכלי ענג), *et deuastabit urbes eius.* (וירע אלמנה), non vertendum est *dracones*, ut multi interpretes faciunt, vocem nostram permiscentes cum חנינים, quod est a חנק, *draco*; sed *Schacalae*, a חָכָן, coll. Arab. حشاش, *lupus*, qui cum cane illo fero, cui *Schacal* nomen, proxima cognatione est coniunctus. Posuit quoque nostro loco Syrus interpres pro Hebraico חנים suum חֲנִינִים, quod *Schacalam* significat; quam vocem semper adhibet, ubi in textu Hebraeo positum est numero plurali חנים, seu חנק, seu חננה, ut post EDV. POCOCCIVM in *Commentar. ad Mich.* 1, 8., fusius docuit SCHNVRER in *Dissertat. ad Esaj.* XXVII., ubi praeterea adducit Rabb. Tanchum, Iudaeum Hierosolymitanum, et praestantissimum commentatorem, qui in Commentario suo Arabico, cuius exemplum extat in Bibliotheca Bodleiana Oxonii, pluribus locis neget, חנים *draconis* significationem habere, sed bestiam, cui nomen sit حشاش, intelligendam esse praecipiat. — Respondet igitur h. l. חנים bene חנים, in membro prior. (קרוֹב—משכר) Triste hoc fatum vrbis et regioni Babylo-nicae proxime instat; iam enim hostes eam ceperunt.

CAP. XIV.

1. 2. Deleto regno Babylonico, liberanter nunc Israelitæ a seruitute Babyloniorum, hosque ipsos seruos in patriam locum reducunt. Accessisse autem peregrinos Israelitis in patriam redeuntibus, testatur liber Esrae. In reditu enim magna potestas concessa fuit Iudæis a regibus Perserum. והחזקתם ורשבותם Propr. *et occupabunt illos ut hereditatem Domus Israel in terra Iehouae in seruos et ancillas.* Sensus est, gentem Israeliticam, in terram suam reducem, populos exteros, a quibus vexata, afflicta, aut subiecta fuerant in seruitutem, sibi proprio quodam et stabili iure habituram obnoxios, tanquam *seruos et ancillas.* והחזקתם enim est, aliquid vt suum certo et stabili iure possidere, sibi vindicare, vid. Levit. XXV, 46. Num. XXXIV, 13. והיה ארצה יהודה *esse terram Israeliticam vix monitu opus, dicitur quoque ita Hof. IX, 3.*

3. (אשר עבד בך) Propr. *qua seruitum est a te, qua seruitus praestita est per te, qua seruire coactus es.*

4. Sequitur nunc praeclarum illud epinicium in regni Babylonici occasum; quod data opera illustrauit AVRIVILLIUS in singulari Dissertatione, quae extat in omnium Aurivillianarum Dissertatt. collectione a Michaele edita p. 389 seq. (ונשאת המשל הזה) Hebraeum משל, aequè ac מִשַׁל Arabum, significat *similitudinem*, hinc vero nunc breuius dictum, graue translato et acuto sensu, vt ex titulo Prouerbiorum constat, nunc longius carmen, quo, ficta sub parabola, eo consilio res poponitur alia, vt animos audientium et legentium eo fortius feriat. *Orationem igitur elazam et grauem, comparationibus, imaginibus, figuris multum ornatum recte dixit LOWTHVS in Praelect. IV. de Poesi Hebraeor.*

braeor. p. 64. 65. edit. Goetting. Bene vocis כַּשׁ significationes exposuit quoque ZIEGLERVS in *Introduct.* in *Commentar.* ad *Prov.* §. 2. pag. 5. 6. Eodem sensu vox nostra occurrit *Num.* XXI, 27. XXIII. et XXIV., sæpius *Mich.* II, 4. Proprium autem hoc est poetis Hebraeis, ut medio carmini aliud intexant sonantiùs iam et maius carmen, cui collata reliqua oratio pæne prosa videtur; fingantque epiniciam aut epicedium, pro more gentis a poetis mulieribusque canendum, vid. *Iesai.* XXVI, 1 seq. XXVII, 2. 3. 4. 5. *Ierem.* IX, 16—20. Cuius prosopopœiae mira vis est, tum quia magis videmur nobis in rem præsentem venire, ipsisque iam victoriis aut malis interesse, epinicia ista aut epicedia audientes: tum quod admirabilius quid ac diuinius persentiscimus, cum reliqui carminis sensu iam adfecti maius aliquid auribus haurimus. (על מלך בבל) Qui *rex Babylonis* hic dicitur, non tam certum aliquem e *Babyloniis* videtur indicare, quam metonymice et poetica sub figura, ipsum *Babylonium imperium*. — Sequitur nunc cantici exordium, e medio sumtum ipsius rei tanquam præsentissimæ: subita *Iudæorum* exclamatio, gaudium eorum et admirationem ob insperatas rerum vices et interitum tyranni exprimens. (איך—מרהבה) Siccine igitur cessavit exactor? siccine cessavit splendidissimum potentissimumque imperium? Est mirantis cum sarcasmo et simul gaudentis. De voce מרהבה, quæ hic tantummodo occurrit, magnus est interpretum dissensus. *Alexandrini* vertunt ἐπιτομαστας, *Vulgatus* *tributum*, *Chald.* חקקה היבא *ferocitas impii*, *Syrus* מַרְהַבַּי exactor. At enimvero cum nostro מרהבה haud-dubie *auri* significatio insit (מרהב enim *Chaldaice* est pro *aurum*); mirum sane videri possit, a nullo veterum illam expressam esse. Satis verisimile igitur est, illos interpretes legiss. מרהבה, quod ipsum in editione *Thessalonicensi* scriptum inuenit *Doederlein*, qui id vertit *turbavit*.

coll. *Syr.* מַרְהַבַּי, *turbavit*. Quum vero idem verbum *מרהבה* in *Chaldaice* significet *aurum*, et in *Syrice* *turbavit*, coll. *Syr.* מַרְהַבַּי, *turbavit*. Quum vero idem verbum *מרהבה* in *Chaldaice* significet *aurum*, et in *Syrice* *turbavit*, coll. *Syr.* מַרְהַבַּי, *turbavit*.

in Aphel sit *festinare fecit*; Michaelis, qui hanc lectionem vulgari praeferit, reddit *urgens* (*die zur Arbeit dringende Gebieterin*); quod haud dubie bene antecedenti נגב respondet. — מרהבה autem, quod nos lægimus, varie potest accipi. Plerique e רהב ducunt, explicantque vel *auri cupida*, vel *tributum auro pendendum*. Ex Arabico *أبغيت* abegit, periiit, vertit Schultensius (in Animadvers. Philolog. ad h. l.) *perdens*, aut, *agens spolia* nempe aliarum gentium. Id Dathio quoque placuit, qui hoc incisum vertit: *qui fit ut cesset exactor, qui vi omnia abigebat?* Vitringa מרהבה reddit *auream*, intelligitque שבט seu שבת, *virgam, sceptrum*: cui interpretationi cum obuerti possit, מטה et שבת esse masculini, מרהבה autem feminini generis: id verbum sumendum vult genere neutro, quod cum Hebraei non haberent, haud raro genere efferant (Vid. GLASSII *Philolog.* S. Lib. I. Tract. I. Cap. XIX. pag. 51. ed. Dathe). Hinc vertit: *quomodo cessauit exactor! cessauit aureum* illud scil. sceptrum. Duriuscule, si quid sentio. Aliter Aurfvillius: „transferri in linguis pluribus perlaepe solet *aurei* et „*argenti* splendor ad res significandas magni pretii, gloriae, faustitatis. Conf. Esr. VIII, 27. Proverb. XX, 15. „XXII, 1. Job. XXVI, 16. 19. Graecis: sol χρυσωπος, „Thetis ἀργυροποζα, χρυσοχαι, qui *aureas*, h. e. pulchras „habet manus. Latinis: *aureus sol*, *aurea aetas*, *aurea caesaries*, *argenteae oues* etc. Curni ergo putemus, auri in „textam speciem a vate nostro, et expictum auri thesaurum, aut gentem, vndique aurum corradentem, vbi in „quas opes Babylonias, fastum, arrogantemque sui fiduciam accusaret? “ *Aurea*, *auro ornata*, χρυσοσπασμένη χρυσιω, vocatur quoque Babylon mystica, Apocal. XVII, 4., quod in versione huius loci Syriaca eodem nomine iisdemque fere, quo nostro loco, litteris redditur *ܘܪܝܢܘܢܐ ܕܘܪܝܢܘܢܐ*. — Optime mihi vertisse videtur Lowthus: *aurei exactrix*.

6. (מכה בלחי סרה) Ne offendant tyrones in eo, quod in statu constructo positum est. Ante בלחי, quippe in origine, nomen substantivum, forma status constructi omnino linguae Hebraeae praeceptis conuenit. Proprie est vertendum: *plaga defectus recessionis*, i. e. plaga, quae remittit. (מררה בלחי חשך) Vox מררה interpretibus multum negotii facessit. Alexandrini: *καὶ οὐκ ἔδρασε πλῆγη* (Aldina *πλῆγη*) *δρῦμα ἢ ἀπὸ ἐφασατο*, *percutiens gentem plaga furoris, quae non pepercit*. Syrus: *persequentes* (יִבְּלוּ) *sine clementia*. Chaldaeus: *seruire faciens* (מְבַלְחָה) *sive cessatione*. Vulgat: *persequentem crudeliter*. Videntur ii extulisse vel: מְבַרְרָה, vel מְבַרְרָה sive מְבַרְרָה. Hinc „vix dubitem,“ Dathius inquit, „legendum esse actiue מְבַרְרָה, aut si mauis, in „conjugatione prima מְבַרְרָה, vt respondeat praecedenti מְבַרְרָה. „Pro qua lectione dici posset, Mem ex praecedenti voce, in „Mem desinente, errore scribarum, saepe admisso, reputatum esse. Sed ne opus quidem est illa mutatione, nam „conjugatio Piel eiusdem significationis quoque in vsu fuit, „atque sic Vulgatus et Syrus verterunt.“ Henslerus quoque legere mallet מְבַרְרָה. — Doederlein pro מְבַרְרָה ponendum censet מְבַרְרָה, quod *tyrannidem* vertit a מְבַרְרָה, *dominari, tyrannum agere*, sicut מְבַרְרָה a מְבַרְרָה. Aptè id responderet voci מכה, in membro priore. Nusquam tamen in V. T. nomen illud inuenitur. Verum nulla erit difficultas in eo, quod nos legimus, מְבַרְרָה, si id sumamus pro forma nominali substantiui e participio Hophal, quam tum significare oportebit *persecutionem* sensu passiuo. Participiorum formas Hebraeis frequenter vsurpari instar nominum substantiuorum, satis notum est. Adsunt ex Hophal מְבַרְרָה, *disciplina, eruditio*, מְבַרְרָה, *fundatio*, 2 Chron. VIII, 16., מְבַרְרָה *loco suo posita munitio* Ies. XXIX, 3., מְבַרְרָה *extensiones*, Ies. VIII, 8., מְבַרְרָה *statio* Pl. LXIX, 3. Hoc modo, in parallelismo, qui Hebraeo carmini proprius, praecedenti מכה apprime respondebit מררה, et posterior pe-
riodus

Der Parallelismus
der Hophal-
Formen
von Hophal
und Hophal
P. 2. S. 116f.

riodus ad verbum erit vertenda: *imperitans ira in gentes, persecutio*, quam hae patiebantur, *edificatio*, quam patiebantur ab iis, qui ipsas urgebant, *non cohibita*, excessit modum. — Sic verborum nostrorum interpretationem instituerunt Vatablus, Calvinus, Vitringa et Aurivillius. Minus placet, quod Kocherus habet: „*ad persequendum incitatus* nihil pepercit; i. e. mandatam diuinitus permissamque „*gentium, sed Israelitarum maxime, castigationem exercendo*, modum non adhibuit, per superbiam, furoremque „*crudelissime faciens. Aut si quid melius potiusque:* „*nam מרקה vi suae formae vt persequi iussim*, sic et cum, „*quem quis iuberetur persequi*, aut generatim etiam quemuis „*vexationi expositum obnoxiumque dicere poterat.*“ Non satis apte membrorum parallelismo, si quid iudico.

7. 8. Ipsa tellus cum incolis suis triumphat: abietes et cedri Libani, quibus imaginibus sæpe adumbrantur reges et principes gentium, exultant gaudio, et fractam hostis immanissimi potentiam conuictis insectantur. — נחה et שקטה nulla iunguntur copula. Si ׀ interponeretur, e Syro et Latino, παθος languesceret. ארץ, *terram*, poni pro incolis, ad quos acta res proxime pertinebat, vix opus monere. (פצחו רנה) Alexandrini recte βουα μετ' εὐφροσύνης.

Nam פצה et Arab. فصح, فصح et فصح, propr. est *erumpere*, hinc *eloqui, differere* (vt multis probauit Schultensius in Animadvers. philolog. ad h. l.), vnde et Ies. LIV, 1. verterunt Graeci ἐξῆς καὶ βοήσων, quod ipsum excitatum Gal.

IV, 27. a Syro vertitur افرح, *erumpe*, nempe *gaudio*. Videtur tamen et apud Syros proprie non de quouis gaudio, sed quod cum strepitu aliquo et *fragore erumpit*, vsurpari, vt bene obseruat Ludov. de Dieu ad h. l. Nec aliter TERENTIUS *Eunuch. Act. III. Sc. 5, v. 2.*

Ianne erumpere hoc licet mihi gaudium.

Cete-

Ceterum quisque sponte intelligit, haec verba פצחו רנה ad eosdem illos, terrae incolas, pertinere, vsu impersonali, quo, non minus ac Latini, personam 3. plur. frequentant Orientales. Est constructio ad sensum, quam dicunt Grammatici, nihilque proinde attinet, exquirere, an referri ad פצחו possit ארץ, nam cohaeret sane tanquam nominativus cum גנה שקטה; aut vim quandam hic afferat distinctio per Atnachum. Si vel ponatur maxima, haud tamen oberit affectui, qui singulis incumbens locutionibus, has fecit brevisimas. Damnat idem Hubigantii coniecturam, qua פצחו iunxit voci ברושים, vt nominatiuo, per se inanem, et ne ratiuncula quidem nixam vlla. ארזי לבנון et ברושים esse cedros et pinus Libani iam dudum probavit CELSIVS Hierobot. I. p. 74 seq. et pag. 106 seq. Hae gaudent לך, de te, seu propter te, nunc videlicet nocendi facultate exutum. Ea enim significatione praefixam ל sumi posse, monstrant loca Genes. XI, 13. Ps. LXXI, 10. Levit. XIX, 28., ita vero sumendam hic esse, per se patet. Nam ad ipsum Babylonium vertitur oratio, quin et hunc alloqui tutae iam arbores finguntur, atque dicere: te extincto (כואו שכבה, a momento, quo, ex tempore quo decubuisti) non יעלה עלינו ad nos adscendet porro, qui succidat. Neque enim audiendus Vitringa, qui עלינו vertit folia aut cacumina nostra, iunxitque proxime praecedenti הברח, frigide nimium et inuitis accentibus, praesertim cum frequenter עלה per particulam על construi. Dathius tamen quoque על h. l. substantivae usurpatum censet pro summo rei; vt arborum cacumina seu vertices significantur. Obuium vbiq; in sermone sedationi לאמר quisque senserit intelligendum. At non expressit vates, vt affectus impetum in loquentibus aemularetur. Est vero, tum conuersa oratio ad res et personas absentes, ac si coram adstarent, tum informataspecies inanimatorum, quasi vita et humanis sensibus fruerentur, hosque etiam verbis exprimerent, in omni et Poesi et elatiori Prosa vsitatissima. Conf. I Chron. XVI, 31. Psalm. LXXVII, 17. XCVI, 11-13.

XCIH, 7. 8. Job. XXXVIII, 35. Habac. III, 10. in quibus coeli dicuntur laetari, terra exultare, fluvii palmis complodere, montes certatim in cantum aduentante Iehoua, erumpere, aquae Deum videre et tremere, abyssus vocem edere manusque in sublime extollere, arbores sylvaeque canere, fulgura Deum alloqui, et, praesto esse sese mandanti, asseuerare etc. Neque ignotum Virgilianam *Eclog. V.* vers. 68.

Ipsi laetitia voces ad sidera iactant

Intonsi montes; ipsae iam carmina rupes,

Ipsa sonant arbuta. — —

In nostro, vbi peruadentis omnia gaudii pingitur amplitudo, cedri et pinus Libani vniuersam Syriacae et Palaestinae regionem, quam mons Libani nobilitauerat, sistunt, et quia procerae, eximiae lateque conspicuae arbores illae, magni principes regesque saepe iis significantur, conf. Dan. IV, 10. II. Ies. II, 13. X, 18. 33. 34. XL, 24. et GLASSII *Philolog. S.* pag. 1107. edit. Dath. Nam versum nostrum proprie tantummodo capere de arboribus, quas excindere amplius, ad struenda inde fastuosa palatia, aut paranda bellica munimenta, non posset excisus Babylonius, foret tenuius, quam vt ceteris, de quibus agitur, satis conueniret.

9. Sequitur orci, siue infernae regionis audacissima prolopopoeia: excitat ille incolas suos, principum manes et defunctorum regum umbras: protinus omnes de solis surgunt, et regi Babylonio venienti obuiam procedunt; insultant ei et illudunt, et ex eius calamitate suae sortis quaerunt solatia. Eandem etiam scenam cum eodem adiunctorum apparatu egregie instruxit Ezechiel, Cap. XXXII, 18 — 32., qui pro more hanc imaginem sumit a Iesaria et amplificat. *האש* esse *אדני*, seu *orcum* Hebraeorum notissimum est; et aderat iam supra V, 14. Varias notiones, quas Hebraei hac voce exprimunt, earumque originem et pro-

progressum bene exposuit ZIEGLERVS in *Excursu primo ad Prouerbior. version. reuton.*, ad quem lectores breuitatis causa remittimus. Istud igitur mortuorum veluti contubernium רגז, *exturbatur* vehementius, tanquam inopina praesentia noui et inuisi sodalis. לקראתך באך *caussa tui introitus* recte vertit Syrus, perperam sequenti adiunxit hemistichio Vitringa. Nempe רגז, quod proprie videtur significasse *tremere*, adhiberi solet, vbi violentior affectus irae, metus, admirationis, quin et gaudii Ierem. XXX, 9. exprimendus. Vtrumque autem, tum ערר, *suscitat*, tum סוּגוּר, *sergere fecit*, referri oportebit ad שאול nominativum, consentientibus, quod ad ערר attinet, antiquis interpretibus praeter vnum Alexandrinum. Neque obstabit, quod רגז praecesserat forma feminina. Nam שאול est generis communis, et Hot. XIV, 14. Job. XXVI, 6. vt masculinum construitur. De origine vocis רפאים magna dissensio. Si conseramus loca, in quibus hoc nomen occurrit, liquet primo, id esse nomen *gentilitium*, Genes. XIV, 5. XV, 20. Ios. XVII, 15. et appellatum ita esse genus hominum, procerum statura corporis, Deut. III, 11.: *deinde*, illo designari *mortuos*, et id quidem locis bene multis, e quibus sufficiat allegasse Ies. XXVI, 14. et Pl. LXXXVIII, 11. Quae duo cum inter se nescirent componere, alii existimarunt, *Rephaitas* sic dici, quod tanquam *spectra* hominibus terrorem incutiant; et cum gens illa in specubus et cauernis subterraneis habitasset, alii *mortuos* hoc nomine appellatos putarunt, quod hi quoque in speluncis conderentur: quae Mosii et Aurivillii est sententia. Zieglero, l. c., רפאים videntur fuisse genus hominum violentia et inhumani corporum longitudine terribilium. Deinde narrationes de iis abisse in fabulam de gigantibus, Titanum instar, Deo ipsi sese opponentibus, et ab eo in tartareas tenebras deiectis. Mihi quidem verisimillima videtur Vitringae sententia, *Rephaitarum* nomen ob monstruosam corporis magnitudinem in *umbras et manes mortuorum* translatum esse. Nempe

communis opinio de *umbris mortuorum* fuit, apparere eas solere forma et statura longe maiore, quam sunt vel fuerunt corpora viventium. Sunt itaque פּאָסִים hic et aliis locis, ubi de orco est sermo, idem prorsus, quod Homero ψυχαι, εἰδωλα καμειτων, animae, simulacra mortuorum, Virgilio imagines, et passim manes. חִרְסִים (עֲרֵבִים) proprie notare hircos, et dein, lueta Orientis metaphora, imperantes, duces, principes, satis notum; vid. Zach. X, 3. Citra omnem necessitatem Michaelis מַלְאָכִים legendum censet, quod

vertit *victimae* terrae, conferens Arab. ^{5,6}ضحية *victima, hostia*, ab ^{1,1}ضحيت *maclare, immolari*. Lectio vulgaris optime quoque conuenit parallelismo membrorum. פָּסָסִים, *folia*, tribuuntur regum umbris, vt pingantur eadem magnificentia, e qua decedere oportebat, ubi eundem in orcum esset.


deus in Pfal. viiff 10. Sequitur grandiloqua compellatio, qua novus ad-
 venit ab orci incolis, et prope desideretur. Expro-
 baratur mortuo regi acerba contemtionem tum prisca arrogan-
 tia immensaque fiducia potentiae, qua mortalis oblitus for-
 tis, supra humana omnia se extulerat, tum versa nunc rice,
 omnimoda pristini splendoris isclura. ענה, vnde יענה, pro-
 prie *respondit*, tribuitur etiam his, qui loqui incipiunt, qui
 alterum sermone aggrediuntur, haud aliter ac Graecorum
 ἀποκρίνεσθαι, vid. Deut. XXI, 7. XXVI, 5. Job. III, 2. 6.
 Orientalibus est *triuuit*, dein *poliuit*, tum et morbo
 attritus fuit, hinc הליה ex Pyhal denotabit debilitatem
 summam, post virtum omnium defectum, quas vulnera,
 morbus et mors denique penitus contriuerint.
 II. נָסִים denotat *altitudinem* tam corporis quam ani-
 mae, vnde et *superbiam*, Ies. XIII, 11. Proverb. XVI, 18,
 qualis Babylonii olim regis, in idem nunc cum eo sepul-
 crum misa. IUVENAL. Satyr. X. vl. 172.
 July 9. 2. d. 1861.



Vnus Pellaeo Iuveni non sufficit orbis,
Sarcophago contentus erit.



Pertinet eodem velut declaratio נאון et amplificatio, המיה כבלך, *strepitus, tumultus ingens, instrumentorum musicorum*, quibus abusus ad insanam pompam, tyrannus faevas itentidem victorias gloriatus fuerat, immodico rapiente gaudio, quod certe, ad augendum fastum, hic intextitur. Conf. Ies. XXIV, 8. Itaque Alexandrinus non male posuit: ἡ πολλὰ εὐφροσύνη σκ. Hieronymus vertit: *concidit cadauer tuum*, vnde Hubigantius coniecit, prophetam scripsisse הומה ככלך, sed nullius nixus auctoritate codicis, aut alius antiqui interpretis, inuito praeterea linguae Hebraeae genio, tue teque lectionem consuetam tum Chaldaeo, tum Syro, quamuis neuter ad litteram verterit. Nec, quod lectioni masurethicae obuertit ille, musicis instrumentis cum Babylonio in orbem detrufis, quidpiam inconcinni subesse, aliis ita videbitur. Et Ezech. XXXII, 27. de bellicis armis idem figurate dicitur. Cur autem prius hemistichium interrogatiue sumeret Doederlein, textus quidem Hebraeus nullam rationem suppeditat. מכהך—חולה Pro מכסך libri nonnulli, tam impressi, quam manu scripti, מכסך, sine Jod, in singulari, habent. Dubito, an recte. Nam מכהך et מכסך sibi inuicem opponuntur. Foedum iacebit cadauer, e tineis veluti facto strato, tegumenti instar aut stragulae vermibus quoque obruendum. Superbo principi, posteaquam magnificentissimo exultauerat luxus omnis apparatu, post mortem nihil tribuetur regii honoris, nihil curae, qua seruandae a putredine forent exuviae; sed vnum supererit istud, quod plebeio cuique et caduco corpori commune est. Scilicet docta est Sanctii obseruatio, respici fortasse hic a vate curam, qua Assyrii cadauera seruare soleant, eaque vngere, condire, atque a foetore et interitu vindicare, vt Herodotus et Strabo testantur; quod huic principi non contigerit. Idem videtur respici infra vers. 18.

12. Quae hoc versu sequuntur, Vitringa et Lowthus tribuunt populo udaico, quasi ab eo dicerentur in Babylonium; sed poterunt non minori iure ad eosdem referri illos, quos loquentes iam antea audiuimus. Mirantur hi, gaudent, inuino probri instar obiciunt misello delapsam subito celsitudinem. (אך-שחר) Quamquam כפל haud repugnante linguae Hebraeae genio, intelligi posset eo sensu, quo Graecorum *πίπτω*, Latinorum *cadere*, frequenter de *occafus siderum*, occurrunt, ita vt putaretur cum splendente sidere, postquam in coelo id occiderit, comparari morte abreptus Babylonius; multo tamen erit grauius fortiusque, e coelo prociduum, h. e. e rutilante maiestatis fastigio delapsum spectare. Quemadmodum HORATIVS *Od. I. 1. sublimi ferire sidera vertice*, et *Epod. XVII, 41. perambulans astra sidus aureum*, vbi ingentis honoris et exultationis apicem cogitabat; ita contra *ex astris decidentem Pompeium* videre sibi visus est Cicero (*Epist. ad Atticum. Lib. II, 31.*), et *de coelo detractum ab Antonio Collegam*, vbi pristina utrumque spoliatum dignitate querebatur *Philipp. II, 42.* הילל interpres, Syrus extulisse videtur הילל, vt verbum coniugationis Hiphil, a ילל, *eiulauit*, vertit enim הילל, *eiula mane*; ipseque adeo Hieronymus, *Vulgatae alias emendator: pro eo, quod nos interpretati sumus ob facilitatem intelligentiae, Lucifer qui mane oriebaris, in Hebraeis, vt verbum exprimamus ad verbum, legitur: vlula filii diluculi.* Id Michaeli quoque placuit, qui vertit, *eiula filii Aurorae*, i. e. stella primae magnitudinis. Dubito, an id seriei orationis et membrorum parallelismo satis aptum sit. Mihi recte vertisse videtur Saadias: quomodo a coelo dilapsus es, *یا لیح فی السحر*, o splendor in tempore antelucano! siue qui splendet tempore antelucano, i. e. Lucifer! Retulit itaque is הילל ad הלל splenduit; nec obstat littera י post ה; nam Arabibus هیلة, iubilum, est ab eadem illa radice

dice ^{שׁוֹר} שׁוֹר conferendum est cum Arab. ^{سحر} سحر, *tempus antelucanum*, indeque ^{سحر} سحر, *summo diluculo gallus cecinit*, cibus denique, qui a ieiunantibus sumitur, *antequam filium album a nigro discernere queant*, ^{שׁוֹר} שׁוֹר בן שׁוֹר igitur erit *filius aurorae*, seu potius *matutini crepusculi*, quod sub eo potissimum sidus illud fulgorem spargat; ex Orientalium loquendi more, quò persaepe solent בן et בַּח substantivis praemittere ad constituenda concreta denominativa et possessiva. שׁוֹר בן הַיּוֹלֵךְ est itaque plane idem quod Apocal. XII, 16. *ὡς ἄστὴρ ὁ λαμπρὸς καὶ ὑψίστος, stella splendida et matutina*: quam constat esse *Veneris*, quae dicitur, *fidus*, lucidissime fulgens, *phosphori* seu *εσφορη* nomine notum, *diem*, poetarum phrasi, *praeueniens*, eumque ducens, *aurorae* signum. (כְּנֹדַעַת לְאָרֶץ הַיּוֹלֵךְ עַל הַבְּרִיּוֹת Alexandrini vertunt: *συνετριβὴν εἰς τὴν γῆν ἡ ἀστὴρ πρὸς πάντα τὰ ἔθνη, contritus est in terram qui mittebat ad omnes gentes.* Pro כְּנֹדַעַת legisse videtur כְּנָרַע, et pro הַיּוֹלֵךְ, transpositis litteris, שׁוֹלֵךְ. Hieronymus: *corruisti in terram, qui vulnerabas gentes.* Id rectius, nec tamen sensum perfecte reddit. Sub כְּנָרַע, quod tum Hebraeis, tum Arabibus notat *succidere*, hic, ubi passivè ponitur, *dilabendi* notionem simul includi, docet adiunctum לְאָרֶץ, *in humum usque*. Potest igitur phrasis לְאָרֶץ כְּנֹדַעַת, non nisi gemina phrasi commode reddi, valetque *excisus deiectus es in terram*; quod idem est, ac si dixisset: *gladio interemtus, proiectus es in terram*, ut solent confossi ferro. Et quemadmodum ^{שׁוֹר} שׁוֹר כְּנֹדַעַת respondet לְאָרֶץ כְּנֹדַעַת, sic שׁוֹר בן הַיּוֹלֵךְ qui dicitur in priori hemistichio, *הַיּוֹלֵךְ עַל הַבְּרִיּוֹת* appellatur in parallelo altero. Sed non consentiunt in horum verborum interpretatione. Plerique verbo חַלְּשׁוּ *debilitandi* notionem tribuunt; quae tam nostro, quam reliquis duobus, ubi id occurrit, locis (Exod. XVII, 13. Job. XIV, 10.), nullo modo est apta. Quid enim est: *debilitans super gentes?* Non

sum nescius, quomodo sensum hunc incommodum euitare velint Kimchius et Cocceius, quorum hic על גוים vertit *praepositus gentibus*, ac si scriptum esset אשר על גוים, eodem modo quo על הבית notat *praepositum palatio*, εὐνομοῦ, Cap. XXII, 15. et יהודה על *praepositum Iudae*, Zach. XII, 2. Sed sensum, qui hinc prodit: *debilitans qui gentibus est praefectus*, multis probatum in, ego dubito. Sequitur tamen hunc sensum Vitringa. Dathius habet: *qui conficiebas gentium praefectos*. Kimchius putat, על hic sumi pro ב, ac si scriptum esset, הולש בגוים, vertitque, *debilitans gentes*. Monet, ita sumi על pro ב in aliis quoque locis, veluti Genes. XXVII, 10. Sed cum rarior ille est vsus vocolae על, tum in eiusmodi casibus notionem habet *instrumenti ut causae*, quod huic loco non conuenit. Hinc scribi debebat ex sensu Kimchii גוים את הולש, quae constructio est Exod. XVII, 13., vnde et Hubigantius existimauit, על pro את deberi scribarum errori. — Syrus vertit  *contemptor gentium*, quam significationem

 apud Syros habet (Dan. XI, 21. pro גבוה, *contemptus*, Syrus posuit ). Hinc Michaelis quoque reddit: *Der du sonst so stolz auf die Völker herabsehst*. Sed verbo Hebraico *contemnendi* significationem tribuere, vetant loca Exod. XVII, 13. Job. XIV, 10., et obstat particula על. Hebraeum הולש est haud dubie *strauit, proiecit*,

e. c. humi, quae notio Arabicae  et  inest; hinc et Talmudicis הולש generatim *proticere*, peculiariter, *iacere sortem*, vnde הולש, *sortes*. Quod haud dubie ex Iudaeis nonnullos mouit, vt verba nostra verterent; *iecit sortem super populos*. Sternendi vero, siue *prosternendi* significatio tam huic loco, quam Exod. XVII, 13. et Job. XIV, aptissima est. Nec obstat, quod Job. XIV, 10. sumatur passiuè et neutraliter, quod fieri haud difficulter potuit, pro varia appli-

applicatiōne eiusdem notionis ad diuēsa obiecta, sic כבד est *grauis pondere*, presit, sensu actiuo, *grauis numero*, *dignitate*, *honore*, neutraliter; כסב *emulsi*, *loco mouit*, actiue; *profectus fuit*, neutraliter. In citato Exodi loco construitur quidem חלל intercedente particula אה, in nostro cum על. Sed bene monet Aurivillius, non insolens esse Hebraeis scriptoribus, vt verbum vnum idemque particulas adsciscat non vnius generis, quarum ope iungantur illi nomina, prout ex his cuiusque ratio iusserit. Post קרא legimus, praeter alias, tum אה tum על; similiter שלה vtrumque post se admittit. Curne ergo arbitremur, הלא אה etiam non אה modo, sed et על in constructione subseruire? Foret certe temerarium, hoc negare, quum extra tria loca, quae habemus sub oculis, plura in V. T. non adsint, e quibus de verbi constructione possit iudicari.

13. Ipsum nunc tyrannum Babylonium fingunt loquentem, et insana potentiae suae iactatione supra modum gloriantem, vnde mirifice amplificatur ruinae eius atrocitas. *Coelum et sidera* idem important hic figurata locutione, quod vidimus vs. 12., nisi quod accedat nunc, quod omnium summenum est, numinis ipsius contuitus. Id enim vt exprimeretur, voci כבד additum Dei nomen, אל. (באר כועד הר בירכתי צפון) Sub כועד הר interpretes plerique *Sionem* montem, in quo templum exstructum erat intelligunt, in quo rex Babylonis sedem suam figere velit. Sed montem illum iam dudum non in potestatem solum redegerat, sed et templum euerterat et combusserat; quid ergo speret, se in eo sessurum, qui multo plus iam fecerat? Obstat et orationis gradatio: praecesserat, *adscendam in coelum, et supra stellas Dei firmabo solium meum*; iam quam non humile solum, sed praiceps lapsu, *et sedebo in monte Moria*? Accedit, quod sequitur, *in latere septentrionis* (ירכתי צפון), cum templi montem ab austro Hierosolymorum fuisse constet. Quas difficultates bene perspiciens MICHAELIS in *Bi-*

blioth. Orient. P. V. pag. 191, et in *Supplementi. ad Lexx. Hebr.* P. IV. pag. 1112. aliam hunc locum interpretandi viam ingressus est. Ei sub *monte conuentus* et *extremis septentrionis*, post *stellas Dei*, maius quid et sublimius, *Deorum* intelligi videtur *conuentus*, qualem ethnici fingeant, in summo aliquo monte, caelum sustinente, nec vero Atlante aut Olympo, sed sub ipso polo Arctico, stellaque polari. Nempe solent, ut satis notum, in præcælis montibus, maxime borealibus, Olympo Graeci, conuentum aliquem et consilium deorum fingere, cui opinioni aut fabulae Aurora fortasse borealis in illis montibus visa occasionem dedit. Ipsum adeo coelum montibus sustineri, et oculis videbatur, et fingeant poetae. Nempe cui ignotus

coelifer Atlas

Axem humero portans stellis ardentibus aptum,

ipse quoque superiorum conuentu nobilis? Sed huic quidem fictioni ipsa terrarum natura in Asia facile occasionem dare potuit. Babylonii boream versus altissimi montes Armeniae, quos altiores etiam, ut ad septentrionem magis vergeret terra, expectabantur. Iam cum ad septentrionem, in quo polaris stella semper sublimis, erigi mundus præcis illis hominibus videretur; sub ipso axe maior aliquis et Atlante multo sublimior expectabatur fingebaturque a Babyloniiis mons coelifer, verum ac summum, Deorum concilium, atque sic et hunc ipsum Iesaiæ locum accepisse videntur Alexandrini: *τα ὄρη τὰ ὑψηλὰ τὰ πρὸς Βορρην*, et Sy-

rus: *כַּיִן אֲנֹכְחֶם יְהוָה לְרֹגֶז*. Et Ger-

mani veteres, referente Tacito, *German.* Cap. 45., in ultimo septentrione sonum emergentis solis audiri, formasque Deorum et radios capitis (Auroram, haud dubie, borealem) adspici opinati sunt. In hoc ergo summo monte se sub stella polari confessurum, reliquasque ex alto despecturum stellas, Babylonius somniabat. Certe hoc sensu aequè commo-

de

de *latera Septentrionis* vocare vates facer potuit, atque HORATIUS Od. L. I. 23. v. 19. 20.

*Quod larus mundi nebulae malusque
Iupiter urget.*

Et STATIUS I Silv. II, 212.

Ire polo videar, nitidosque errare per axes.

Ab hac Michaelis explicatione non multum differt Doederleinii de hoc loco sententia, ex qua *mons conuexus* poetice dictus est pro *axe polari*, quoniam in altissimo hoc loco, quasi in centro, totum coelum cum stellis coire et coniungi videtur. Confert locum Jobi Cap. IX, 9. in quo *penetrabilia austri* חררי היסן dicuntur pro partibus coeli australibus, quoniam per maiorem anni partem sese abscondunt. Id Dathio quoque placuit. Prope ad hanc interpretationem accedit, quod ex C. B. MICHAELIS notatis manu scriptis refert eius filius, I. D. MICHAELIS in *Supplement. ad Lexx. Hebr. P. IV. p. 1113.*: *optime igitur* קר ירכתי צפון *pro ultimo septentrione, hic vero pro editissimis terrarum fastigiis, quibus vs. 15. ירכתי ברר opponuntur, venire videntur.*

14. ארמה, Hithpaal, *similem me ostendam* Altissimo, eo ducit, ut putetur effrenus Dei contemtor haud minorem iactasse potestatem, quam quae diuina celebrabatur vulgo, illi ipsi fictitia licet habita, quamque adeo nulla ex parte metuendam ducebat.

15. Vocula אך hic notat אֲרִיבֶטֶטוּ et rectissime redditur *quin*, ut infra Cap. XLIII, 24. *non acquisiisti mihi pro pecunia calumum odoratum, et adipe sacrificiorum tuorum non inebriasti me:* אך quin (h. e. verum e contrario) *laborem mihi facecisti peccatis tuis.* ירכתי ברר, *latera putei* hic indicant *profundissimum*, siue *infimum inferni locum*: scandit enim oratio prophetae: quippe quum dixisset, *deiciaris in infernum*, ac si minus adhuc dixisset, quam res est, aggravat dictum, subiicitque mox, *deiciendum in profundum inferni*, siue ברר, putei (סורגין, siue *abyssi subterranei*,

quae capit mortuorum animas) vnde nulla exspectari poterat liberatio. Alexandrini: *ὡς τὰ θεμελια της γης*, Hieronymus: *in profundam lacus*. Uterque hic bene. Sic sumitur vox ירכתי faepius, veluti in phrasibus, ירכתי המערה *penitissima speluncae* 1 Sam. XXIV, 4., ירכתי הספונה *intima nauis*, Ion. I, 5., ירכתי הבית *intimum domus*, ירכתי ארץ *extrema terrae*, et quae huius generis plura. Noster ipse mox vl. 19. אבני בִּיר *fundamenta putei*. Intima autem et infima τὰ ἀδύσ supponuntur plena esse tristitia, anxietate, desperatione; summa ibi caligo, nulli radii lucis.

16. Ex versu 18. colligere licet, induci nunc alios, qui eiectum regis Babylonii cadauer inueniant: attentius id propiusque contemplantur, ac vix demum agnoscunt.

17. (אסיריו לא פתח ביה) Hieronymus et Pagninus: *vinctis suis non aperiet carcerem*: non recte, non tantum, quia sine necessitate אסיריו sumunt pro לאסיריו, sed praecipue quia insolens est, per ביה absolute *carcerem* intelligere, et quia negligunt ה locale quod ei apponitur. Alexandrini: τὰς ἐν ἐπαγωγῇ ἀκ ἔλυσε, quod vetus interpres: *qui in obductione erant, non soluit*; vtique ἐπαγωγῇ hic notat αἰχμαλωσιαν, *captiuitatem*, interprete Hesychio. Syrus: *לִּי אֲשֶׁר נִלְכְּטִי וְלֹא יִפְתַּח בִּי* *vinctosque suos nequaquam soluit*. Chaldaeus: *אֲשֶׁר נִלְכְּטִי וְלֹא יִפְתַּח בִּי* *vinctis eius non aperuit ianuam*. Saadias voces hebraicas retinet fere, nisi quod pro ביה ponit בִּי. Verba vt nunc legimus bene reddidit Iunius: *vinctos suos non soluebat reuersuros domum*. Ludov. de Dieu vertit: *non dimittebat domum*, quam interpretationem confirmat ex lingua Aethiopica, vbi פתח plane vt apud Hebraeos significat 1. *aperire*, *ἀνοίγειν*; 2. *soluere*, *λύειν*; 3. *dimittere*, *ἀπολύειν*. — Idem omnino quod hic dicitur, legimus apud Ieremiam L, 33.

probandum, ego vehementer dubito. Equidem nullam causam video, cur consuetam vocis כצר significationem hic relinquamus. Verto igitur: quasi furculus, stirps (vid. supra ad XI, 1.) abominabilis, qui a putatoribus arborum proicitur in terram, tanquam nullius pretii vel usus, ibique iacet vsque dum putrescat. Pro כצר interpretes Syrus hic ponit suum נֹצֵבִי quod tam germen, ramum, quam virgultum, truncum denotat. Chaldaeus קָטַט, virgultum. לבש (הרוגים) Haec verba varie explicari possunt, prout vox לבש vel fumitur vt nomen, quando significat vestem; vel vt participium, quando vertitur, vestitus. Si pro veste sumatur, bifariam exponi potest, nempe vt לבש sit ellipticum pro בלבש, in veste, vel כלבש, sicut vestis. Prius hunc datum, cadaver Babylonii veste, sanguine foedata, qualis ea esse solet confessorum gladio, proiectum iacere extra sepulchrum. Posterius hanc efficit sententiam: tu proiectus es extra sepulchrum, vt furculus abominabilis, vt vestis occisorum. Hominum enim occisorum vestes sanguine foedas et ferro punctas, omnes habent vt reiectaneas, et tanquam impurum quid horret quisque et abiicit. Kimchius inter Hebraeos commendat hanc expositionem, et Pagninus pluresque alii eam probant, quia ellipsis litterae כ, ex superiore voce ככצר repetendae, hic facillima est. Equidem tamen, cum Cocceio, Vitringa et Lowtho, לבש sumere mallet vt participium: indutus occisus, siue vestitus occisus, hoc sensu: cadaver eius cum reliquorum occisorum cadaveribus proiciendum esse in foueam, vbi circumvallatum et vndique cinctum occisus hominibus iaceret foedum, tristi et horribili aspectu. Sic acceperunt Alexandrini: μετὰ πολλὰν τεθνηκότεν. (מטעני חרב) Recte Alexandrini: ἐκκεντομενον, confessorum gladio; nam Arabibus طعن est confodit hasta, cuius notionis et in lingua Chaldaica superest vestigium, ibi enim notat pungere, transfigere, perforare, vnde Chaldaeus hoc verbum hic retinuit. (יררר אל אבני בור)

Multi

Multi haec verba ita intelligunt, vt sensus sit, cadauer regis Babylonii abiiciendum esse extra sepulchrum, vt *vestem occisorum, descendantium in lapides foueae*; quod hactenus tolerabile est: sed Kimchius, licet dictum in plurali, interpretatur de ipsis *vestibus*, quae perinde ac occisi sepulchro, lapidibus structo, conduntur; monet etiam, per אבני בור intelligi *sepulchrum*, quod lingua Mischnica dicitur רופק, *undique circumstructum lapidibus*, de quo videndus Buxtorfius in Lexico ad h. v. Belgae interpretes, a Vitringa citati, hunc dant sensum, regem Babylonium non esse inferendum in sepulchrum, sed cadauer eius tractandum vt cadauera peremtorum, quae non sepeliuntur quidem, sed ne contagione aerem inficiant, in campo obruuntur lapidibus. Eadem Doederlinii est sententia: vertit enim: *et aceruo lapidum obtegeris*, et in nota subiecta addit: *alludit ad antiquum morem, quo lapides super cadauera, post proelia praesertim, coaceruare consueuerant. Qui placide obire, sepulchra ac mausolea inuenerunt.* Mihi tamen praeferenda videtur Vitringae interpretatio; per *lapides foueae* intelligit *fundamenta* אבני בור, siue *lacus infernalis*, quae propheta vers. 15. אבני בור appellauerat, vbi quod prius שאור dixerat, ibidem mox variante phrasi vocat בור, *puteum, foueam*. Veteres enim cum locum illum *subterraneum*, quem שאור et אבני בור vocabant, describerent tanquam magnae capacitatis voraginem, qua mortuorum animae continere videntur; dabant illi loco *portas et fundamenta*, quae hic dicuntur אבני בור, quod Symmachus bene vertit θεμελια, et Hieronymus, *fundamenta lacus*: quin praeiuerunt iam Alexandrini: καταβασις אבני בור. Vocantur alias quoque *mortui*, tam in Psalmis XXX, 4., LXXXVIII, 5., quam a vate nostro, Cap. XXXVIII, 18., et ab Ezechiele XXVI, 20. ירדני בור. Huiusmodi hominum cadaueribus circumdatum esset cadauer Babylonii, qui ipse eorum vnus esset. (כפנר מרבס) vt *cadauer conculcarum*; est enim ea fors cadauerum in bello et in tumultu per stragem cecisorum.

20. לא החר אתם) *Non coniangaris cum iis*, scil. regibus et principibus, quos supra vers. 18. commemorauerat, חרך שחך ענך החרך) Describitur princeps saevus, crudelis, inhumanus, qui ne subditis quidem suis ipsis pepererit, sed in eos saeuierit, multosque eorum neci dederit, alios spoliarit, et terram eorum a militibus corrumpi passus sit. Alexandrini verterunt: Διοτι την γη με ἀπώλεσας, και τον λαον με ἀπέκτεινας, siue ita legerint suo codice, siue lectionem tanquam faciliorem et commodiorem in textum induxerint. Praefert hanc lectionem Struensee in versione germ. Sed bene Doederlein monet, nec opus esse hac emendatione, quia reges bellorum amantes plerumque ciues non minus, quam hostes exhauriunt ac perdunt, nec contextum ei fauere. Nam manium infernorum adhuc continuatur sermo usque ad vs. 21. לא יקרא לעולם ורע (מרעים) Haec verba sumenda sunt tanquam περιλογος eius, quod propheta mox addit de extirpandis liberis, ad quos ex lege deuoluenda erat imperii successio. Sensus itaque est, improbos carituros successione, quam sibi aeternam, vel in longum promiserant. Verbum קרא hic notat successionem familiae, in qua patris, aui et proaui nomen ad filios et nepotes longa serie transfertur, et cum illi horum vel illorum filii et nepotes appellentur; patris et proauorum nomina itentidem repetuntur et in filiis et nepotibus suis conferuantur, vt Genes. XXI, 12.: *in Isaaco* ורע לך יקרא, *nomina-*
bitur tibi semen, h. e. appellabitur tuum nomen, stabilis tibi erit successio. Conf. Ruth. IV, 14. Pf. LXXII, 17. — Ceterum est obseruandum in versione Alexandrina in fine commatis superioris et initio huius, quaedam textui adsiua verba, quae in Hebraeis non inueniuntur: ἐν τρεποιν ἱματιον ἐν αἵματι πεφουρμενοι οὐκ ἔσαι καθαρον, ἕως εἶδε συ ἔση καθαρος. *quemadmodum vestimentum, sanguine conspersum, non erit mundum, ita neque tu mundus eris.* Sed iam Vitranga vidit, non esse dubium, quin sit glossema, textui adscriptum, vel
ad

ad verba, *ὡς νεκρὸς ἐβδελύσμενος*, quomodo interpres graecus transtulit נצר כהעב, sub initio vs. 19.; vel ad versionem Aquilae et Theodotionis, ad verba לבוש הרורים, *vestimentum occisorum*: quod glossema deinde irrepsit in contextum.

21. Dirigitur oratio a choro ad Medos et Persas, vastatores Babelis, perinde ac Cap. XVI, 5. et Ierem. L, 26., vt domum regis Babylonii totam excindant, et patris filiorumque sortem aequent, excisa omni prole, quae educabatur in spem successionis Imperii. (ומלאו פני-הבל ערים) Haec verba varie accipiunt, cum gemina sit vocis ערים significatio, quippe quae tam *urbes*, quam *inimicos*, hostes aduersarios, significat. Qui priorem hic eligunt significationem, diuersimode rursus instituunt. Piscator et Belgae: *vt impleant orbem habitabilem ciuitatibus*. Eodem modo Hieronymus: *et implebunt facies orbis ciuitatum*; scripsit ille constructione, Latinis non insolente, *ciuitatum* pro ciui-

tatibus. Saadias quoque pro ערים *עָרָא*, *urbes*, ponit. Sequuntur plures alii, veluti Doederlein, qui vertit: absit, vt euecti ac imperio potiti *novas urbes condant*: adeo exosum est tyranni nomen, addit in nota subiecta, vt inuidia vel liberos premat, nolitque eos thronum occupare, si vel maxime spem facerent antiqui splendoris restituendi. Ita et Waltherus, Lowthus, Hezelius, Henslerus. Verum recte mihi monuisse videtur Vitringa, hunc sensum parum conuenire orationi superiori, in qua Babylonius propositus erat vt *vastator urbium et orbis habitabilis*, vl. 17., a cuius filiis, qui eiusdem dicuntur ingenii et indolis, quis minus expectet? Accedit ratio grammatica, a Cocceio producta, vocem כולא *transitiue*, cum duplici nomine subiecto, usurpari in *Piel*, non in *Kal*, quae forma hoc est loco, vid. Job. III, 15. Alii itaque, cum viderent, haec verba Babylonio minus conuenire, posteriora verba alii aptarunt subiecto, in

vbi am' d'...
 hat. long'...
 is vial...
 gndest...
 r...
 Long...
 hest...
 P...
 d...
 in al...
 hest...
 h...
 h...
 in h...
 curil...
 do, p...
 est...
 ו'...
 m...
 h...
 P...
 d...
 h...
 m...
 m...
 h...
 h...

...
 ...
 ...

hunc sensum: *si illi non confurgant, replebitur orbis habitabilis orbibus.* Kimchius et Aben-Esra huius meminerunt interpretationis et Cocceius fere est secutus: *non confurgant, ut hæreditent terram, et implebunt orbem habitabilem vrbes, siue, et implebitur orbis habitabilis orbibus.* Verum totius contextus serici aptius erit, si ערים eccipiamus pro *hostibus*, vt sensus sit; caute, ne si filiis peperceritis, illi resurgant, et de nouo se mittant in possessionem terræ, et orbis habitabilis impleatur inimicis, ad vlciscendam patris iniuriam patris, omnia rursus turbaturis. Sic Alexandrini: ἐμπλησσοσι την γην πολεμων, et Syrus, *ne impleant superficiem terræ bello* (לְכַפֵּר), concinit Chaldaeus; et inter recentiores Dathius.

22. Scenam claudit Dei ipsius grauissima oratio, regi Babylonio, posterisque eius, vbique ipsi, perpetuam excisionem interminantis. (שם ושאר בנין ונכד) שאר nonnulli interpretantur *cognatum*, conferentes Levit. XVIII, 6., vbi שאר בשר haud dubie hanc significationem habet; vid. not. ad eum locum. Verum an vox שאר nude posita, id denotare possit, ego dubito. Recte Vitringa monet; per שם et שאר idem significari quod per בנין ונכד, *filium et nepotem*, et prophetam hic, vt saepe alias, sui ipsius interpretem agere, altera sententia declarando, quod priorè obscurius dixerat. שם nomen, pertinet ad *liberos mares*, per quos propagari solet *nomen patris*, conf. Ruth. IV, 5. Ies. LVI, 5. שאר, *reliquum*, sunt *nepotes et pronepotes*, qui filiis primæ successionis extinctis, *superfunt*. Vocum בנין ונכד origo quidem latet; sed interpretum veterum consensus non dubitare nos sinit, significari illis siue: *filios et nepotes*, quomodo in hoc et reliquis duobus, vbi hae voces occurrunt, locis (Genes. XXI, 23. Job. XVIII, 19.), Chaldaeus habet; inque Genesi Arabs Erpenianus, et in Jobo Aquila; siue: *posteror et stirpem*, quod vbique ponunt Alexandrini, Vulgatus, Syrus

Syrus et Saadias. Prolixe veterum interpretationes recensuit et diiudicavit MICHAELIS in *supplemente. ad Lexx. Hebr.* P. V. p. 1637. Ei כִּן וְנִכְדֵּר est, *quicumque vlla cognatione aut amicitia vel remotissima noster est, atque ad nos pertinet.* In alia omnia Doederlein iuit, qui voces nostras reddidit: *tam foecundum, quam sterilem;* „כִּן,“ addit, „de foecuratione, et numerosa sobole vltu venit. נִכְדֵּר Arab. est, *parum aquae habuit in puteo.* Inde per metaphoram (vid. infra Cap. LI, 1.) נִכְדֵּר is, *qui vel nullos, vel paucos habet liberos.* — Biblia ex editione Munsteri Basil. 1536. hic נִכְדֵּר habent, per Resch; haud dubie typhothetarum vitio.

23. קֶפֶר esse *histicem* seu *erinaceum*, קֶפֶר, vt Alexandrini habent, multis probauit BOCHARTVS *Hieroz.* P. I. Lib. III. Cap. XXXVI. Conferendum est Syriacum קֶפֶר, *horre, horripilari*, quod proprium est ericeis. Cum autem duplex sit *echinorum* species, alia *terrestris*, alia *aquatica*; hic intelligenda videtur *aquatica*, quam in insulis sub ostia Euphratis mira magnitudine nasci, Strabo L. XVI. memorat. (רִמְטָא תִּיָּהּ בְּמִטְאָטָא הַשְּׂמֵר) 'Vulgo haec verba vertunt: *euerram*: Babylonem *euerriculo internecionis*, secuti Hebraeorum magistros, qui a טִיט, *lutum, coenum*, verbum טִיטָא denominativum dicunt, *a coeno purgare, euerrere*, unde טִיטָא iis denotat *scopas, euerriculum*. Ita quoque veteres omnes. Sed verbum טִיטָא multum differt a טִיט. Facilius est, conferre Arabicum كَبَابٌ, iisdem plane litteris, quibus vox Hebraica, scriptum. Denotat autem id, *demisit, profundam effecit fossam*; et nomen

كَبَابٌ, *fossa, terra depressa ac humilis, qua quis regi ac occultrari possit.* Hinc erit vertendum: *alte defodiam eam in fouea internecionis.* Ita post HARIVM, ad LOWTHI *Praelect.* XXVIII. p. 579. not. edit. Goetting., Michaelis, Lowthus, Doederlein, et plerique recentiores.

CAP. XIII. 1. *Vaticinium, in Babylonem prolatum, a Iesaiæ, Amosi filio.*

2. *In monte alto erigite vexillum; alta voce illis acclamate; manu signum date, ut procerum ostia ingrediantur.*

3. *Ego mandata dedi mihi consecratis, vocavi fortes meos, ad iram meam exsequendam, superbe exultantes.*

4. *Strepitus multitudinis in montibus auditur; magnus populus venire videtur; tumultus strepentium regnorum, gentium cocuntium. Ioua, exercituum Deus, exercitum recenset.*

5. *Veniunt e terra longinqua, ab ultimo coelo, Ioua et instrumenta irae eius, ad totam terram perdendam.*

6. *Eiulatè, nam instat Iouae dies, veluti vastatio ab omnipotente venit.*

7. *Propterea omnes manus remittunt, omnes animum despondent.*

8. *Terrentur, tormina et dolores eos comprehendunt, parturientis instar cruciantur, alii ad alios, flammato vultu, stupentes respicient.*

9. *En, adest Iouae dies, atrocitas, et excandescencia; et ira ardens, quae terram in vastitatem redigat, et peccatores ex ea excindet.*

10. *In eo non stellae, non astra pellucebunt, sol arratus oriatur, nec luna luce sua fulgebit.*

11. *Puniam orbem ob nequitiam suam, atque fontes propter iniquitatem suam; faciam ut desinat adrogantium tumor, et superbiam tyrannorum deiiciam.*

12. *Efficiam, ut vir auro carior, et ophiritico pretiosior habeatur auro.*

13. *Quin coelum tremeficiam, et terra suo loco mouebitur, propter indignationem Iehouae omnipotentis, et diem excandescenciae irae eius.*

14. Tum quisque similis capreae propulsae, aut oui, quam nemo ad gregem cogit; quisque in patriam fuga se recipit.

15. Quisquis deprehenditur, confoditur, quisquis in plateis obuius gladio cadit.

16. Infantes in conspectu parentum prosternuntur, diripiuntur domus eorum, mulieres viriantur.

17. En ego excito contra eos Medos, qui argentum nihili aestimant, nec auro delectantur.

18. Arcus eorum pueros confundunt; infantum non miserebuntur, neque adolescentibus parcent.

19. Sic Babylon, regni decus, ornamentum potentiae Chaldaicae, a Deo euerteretur, ut olim Sodoma et Gomorrha.

20. Deserta erit in perpetuum, per omnia aeva non habitabitur; non Arabs ibi tentorium figet, non pastores pecudes ibi recubare facient.

21. Recubabunt illic vespertiones; domus bubonibus refertae erunt; nidulabuntur ibi noctuae et saltabunt sargri.

22. Alternis sibi inuicem thoes, in altis eorum aedibus, respondebunt, et schacalae in splendidis aedificiis: tempus iudicii eius proxime instat, nec dies eius protrahentur. —

CAP. XIV. 1. Tum miserebitur Ioua Iacobi, et amabit iterum Israelcm, eos in terra sua collocabit, peregrini illis iungentur, atque Iacobi posteris associabuntur.

2. Populi exteri eos in patriam reducent. Isaelitae vero in terra Iehouae sacra illis ut seruis ut ancillis vrentur. Atque sic captiuos habebunt, quorum captiui fuerant, et imperabunt exactoribus suis.

3. Tum vero, cum Iehoua tibi quietem concedet post anxiam illam calamitatem tuam, post duram, cui subiectus fuisti, seruitutem;

4. *Eiusmodi carmen de rege Babylonio canes: quomodo cessauit oppressor, cessauit auri exactrix!*

5. *Fregit Ioua virgam impiorum, sceptrum dominantium!*

6. *Qui caedebat populos atrociter, plaga numquam remissa; qui irate dominabatur gentibus, prostigatur nullo prohibente.*

7. *Quiescit, tranquilla est tota tellus: erumpunt in cantum:*

8. *Etiā abietes laetantur de te, et cedri Libani: „ex quo iacuisti, non ascendit in nos excisor.“*

9. *Orcus propter te commouetur subtus, te aduentante; excitat tibi manes, omnes primores terrae; surgere facit de foliis suis omnes reges gentium.*

10. *Qui omnes te in hunc modum alloquuntur: tune etiam debilitatus es, ut nos? nostri similis factus es?*

11. *Demissa est ad orcum superbia tua, strepitus cirhararum tuarum. Subter te sternitur vermis, et tegumentum tuum lumbricus.*

12. *Quomodo decidisti de coelo, o Lucifer, fili Aurorae! deturbarus es in terram, qui subegisti gentes!*

13. *Tu cogitabas, conscendam coelum, supra stellas Dei efferam solium meum; supra poli axe (super monte conuentus Deorum) confidebo.*

14. *Ascendam super nubes altissimas, et similis ero summo Deo.*

15. *At enim vero in infernum deiectus es, ad ima tartara.*

16. *Qui te vident, oculis intentis intuentur: hiccine ille est, inquiunt, qui tremefaciebat terram, concutiebat regna,*

17. *Orbem in solitudinem redigebat, diruebat vrbes, captiuos non dimittebat? —*

18. Reges cunclarum gentium conduntur omnes cum pompa in cellis suis :

19. Tu vero abiectus es e sepulcro tuo, ut furculus abominandus, vestitus peremtis, et gladio confossis, qui ad ima tartara descenderunt, ut cadauer conculcatum.

20. Non idem cum illis te excipit sepulchrum, qui terram tuam perdidisti, populumque tuum iugulasti. Numquam stirpis improbae memoria superfit!

21. Parate caedem filiis eius, ob patria crimina; ne surgant, ne terram hereditent, et noui orbis habitabilis existant hostes.

22. Surgam contra eos, inquit Iehoua, Deus exercituum; Babylonis excindam nomen, superstites, filium et nepotem, ait Iehoua.

23. Vertam urbem in habitationem histricum, et in stagna aquarum: demergam eam ad profundas voragines. — Haec Iehoua, exercituum Deus, decreuit.

CARMEN VNDECIMVM.

(CAP. XIV. vs. 24. 25. 26. 27.)

A r g u m e n t u m.

Quatuor hos versus non coniungendos esse cum præcedentibus, sed carmen peculiare constituere iam Clericus vidit; immo ipse Vitringa eos peculiarem laciniam vocat. Ex cormine longiore. Assyrii stragem decantante, hæc commata deymta esse: quisque, qui ea attente legat, sponte sentiet. Pertinet igitur vel ad Cap. XXXVI. XXXVII, quæ Koppii est sententia; vel, ut mihi videtur, ad Cap. X.

24. De דמה, cogitare, vid. supra ad Cap. X, 7.

25. לשבר אשר בארצי, Exercitus Assyriæ in ipsa Cannaæa prosterneatur, et imminuetur. (מעליהם) Ab Israelitis,

CAP. XIV. 24. Iuravit Iehoua, Deus exercituum, hisce verbis: ne verax habear, nisi, quemadmodum statui, ita fiat, nisi, quod decreui, eueniat:

25. Me fracturum Assyrios in terra mea, et in montibus meis eos conculcaturum. Tolleretur ab eis iugum eius, et onus ab eorum humeris auferetur.

26. Ita decreuit Iehoua de tota hac terra, hæc mala minatur gentibus istis omnibus.

27. Cum autem Iehoua, Deus exercituum, consilium ceperit, quis id irritum faciet? Cum manus eius extensa fuerit, quis eam retrahet?

CARMEN DVODECIMVM.

(CAP. XIV. 28. vsque ad fin.)

A r g u m e n t u m.

*P*hilisthaei Ahasi tempore iugum ab *Vsia* impositum decusserant, 2 Chron. XXVIII, 8. Hinc, cum prospero gauisi fuissent rerum suarum statu, cumque feliciter confirmaissent, ex obitu regis illius, qui fortasse successu temporis potuisset se recolligere, spem ceperunt status rerum suarum magis adhuc confirmandi. Sed vates iis praenunciat mala grauissima, quibus affligerentur et castigarentur, primum quidem ab Hiskia rege, deinde a Senacheribo, Assyrio. Dehortatur igitur eos a vana laetitia et gloriatione, quippe quae breui commutaretur cum planctu et lamento, ad quae illos prouocat. Iudaeis vero promittit maiorem in posterum tranquillitatem et securitatem; atque Deum Hierosolymis aduersus Senacheribum praesidium et conseruationem praestitutum esse, pollicetur. Consilium vatis itaque maxime erat hoc, vt pios et inopes Iudaeos, Philisthaeorum terris proximos, qui grauia ab iis vulnera acceperant, consolaretur. Cum enim illi quoque forsitan metuerent, ne mutato regimine, deteriora adhuc perpeterentur, vel saltem aegre viderent, Philisthaeos, ab *Vsia* depresso, prospero rerum suarum statu laetari; vates animos eorum erigebat hac declamatione, quae ipsa est bimembris: priore membro Philisthaeos dehortatur a vana laetitia et gloriatione, argumento ducto a calamitate instante, cuius consequens docet fore laerum Iudaeis (vs. 29. 30.); posteriore prouocat Philisthaeos ad planctum, similem ob rationem, et explicat nouam cala-

calamitatem priorem illam consummaruram, cum spe popularium suorum (vs. 31. 32.).

29. (כי נשבר שבט מכך) Sub *sceptro fracto* non potest intelligi Ahasus; is enim non Philisthaeos, sed hi eum clade affecerunt, 2 Parall. XXVIII, 18. Intelligenda potius est *Iudaea*, quae inde a temporibus Davidis vsque ad Vsiam Philistham saepius afflixerat. Sub Ahaso vero *virga haec percutiens fracta*, i. e. Iudaea valde debilitata erat, partim per Rezinum et Pecachum, Israelitarum et Syrorum reges, partim per Edomitas et ipsos illos Assyrios, quos Ahasus in auxilium vocauerat. Et hoc ipso tempore Philisthaei quoque, referente auctore libri 2 Chron. XXVIII, 8., inuasērunt et ceperunt vrbes campestris et australia Iudae, ibique confederunt; et fortasse totius Iudae se potiri posse sperarunt. — Sub *virga percuciente Philisthaeos* Koppius intelligit Tiglathpileserum, Assyriorum regem, Senacheribi antecessorem; et sub huius *virgae fractione regis illius mortem*. Verum huic sententiae obstare videtur maxime hoc, quod nusquam legimus, Tiglathpileserum Philisthaeis ullam cladem attulisse. (כי משרש— מערפה) esse *basiliscum* siue *regulum*, pessimum serpentis genus, ostendit BOCHARTVS Hieroz. P. II. Lib. III. Cap. X. שרף, *cerastes* (conf. not. ad Num XXI, 6.), dicitur *מעורפה* (Arabibus *نيزور* *دابة* et *دابة طيار*, i. e. *serpens alatus*), non quod *auceps*, nec quod *alis instructus* sit (vtrumque sine autoritate sumitur), sed quod miro saltu per arbores migrat, docente NIEBUHRIO *Descript. Arab.* pag. 177. Sensus huius imaginis haud dubie est, Vsiæ posteros Philisthaeis magis adhuc perniciosos fore, quam Vsiā. Hiskias enim, Vsiæ pronepos, primis imperii sui annis Philisthaeos afflixit; vid. 2 Regg. XVIII, 8.

30. Hic versus exhibet cladis Philisthaeorum consequens, securam et pacatam habitationem Iudaeae in illis maxime partibus, quae, per longum tempus incurfionibus et direptionibus hostium expositae fuerant. (רעו בכורי דלים) Eximii in suo genere aliquando dicuntur *primogeniti*, vt Job. XVIII, 13., vbi בכור מוח *primogenitus mortis*, est mors violenta, terribilis, inter species mortis prima et maxime timenda. (רעו בכורי דלים) igitur erunt *pauperrimi*. Michaelis vero, cui haec metaphora displicet, legere mallet בכורי siue בקרי, quod esset a כר aut כד, Arab.

⁵⁰ *כר*, regio, pascualis maxime, vid. Ies. XXX, 23. Psalm. XXXVII, 20. Hinc verba רעו בכורי דלים vertit, *pascentur in regionibus vel pascuis meis pauperes*. Id Koppio quoque placet. Mihi tamen haec coniectura superuacanea videtur. Audax quidem est, fateor, metaphora, *primogeniti pauperum*, pro *pauperrimis*; si ex Occidentalium ingenio illam iudices; sed legimus hic Orientalem poetam. Audacius adhuc est, quod versu praecedente occurrit: *radix serpentis*. — Per *pauperes* vero et *egenos* designantur haud dubie agricolae illi et pastoritiae vitae dediti homines, qui extrema Iudaeae versus austrum incolebant, proximi Gazae et Azoto; qui imprimis expositi erant iniuriis et vexationibus Philisthaeorum, tanquam longius remoti ab Hierosolymis, sede regum; et magis etiam neglecti, quam ceteri, qui montana, et proxima Hierosolymis loca incolebant. Commendat simul oratio vatis regimen Hiskiae regis, qui effecturus sit, vt omnes subditi sui vbique locorum *secure*, sua tuti cura et defensione requiescant. Ceterum רעו ambiguum est, cum significare queat, vel, *pascent greges suos*, vel, *ipsi pascentur*, qui antea, pastu destituti, ob vicinorum atrocinita fuerant. Posteriore sensu intellexerunt Alexandrini et Vulgatus, quorum illi habent, *βασανθηρασται πασχοι* ו' *עדנה*, hic, *pascentur primogeniti pauperum*. (והמתי ברעב שרש) Voce שרש significatur proprie *radix*

plantæ, quæ cum interit, tota planta moriatur necesse est. Ergo cum dicit Deus, facturum se, vt fame *radix* Philisthaeorum prorsus intereat, perinde est, ac si dixisset, se penitus eam gentem extirpaturum. Doederlein vero sub *radice* intelligit *florem exercitus, phalangem*, vt Iud. V, 14. ושאריתך יהרג (ושרשך יהרג) respondet שרשך, quod, præcisissimis ramis, reliquum est de arbore. Post יהרג intelligi debet *hostis*, de quo versu seq.; quem Deus contra Philisthaeos mittebat.

31. Videt vates ab aquilone densum fumum, coelum obscurantem, indicium numerosi exercitus, ex illis partibus sese mouentis Palaestinam versus; sermonem vertit ad vnam ciuitatem Philisthaeorum, maxime insignem, eamque excitat ad planctum ob nouam calamitatem. Verbum נמרו non potest coniungi cum פלשה, ob generis diuersitatem; scripsisset enim propheta נמרה. Coniungendum potius est cum כלך et vertendum: *dissolutum est*, o Palaestina, *totum tuum*. *Colliquefescendi* metaphora duplici sensu apud Hebraeos vsurpatur, vel vt notet *dissolutionem* reipublicæ, aut singularium hominum, qui intereunt, et sic occurrit Ps. LXVIII, 3. LXXV, 4. Amos IX, 5.; vel vt significet summam consternationem, maximumque pauorem, qui metaphoræ vsus est vsitator: et licet vterque hic locum habere possit, si rem ipsam consideres, videtur tamen ex mente prophetae posterior maxime spectandus esse, quia, si malum ipsum hic describeret, Philisthaeis obuenturum, præmississet his verbis voculam כי. Eadem *pauoris* significatione נמרו occurrit Ios. II, 9. vbi verba Rachabæ ad exploratores Canaanæ: *noui, Deum dedisse vobis hanc terram, et cecidisse terrorem vestrum supernos*, וכי נמרו, et liquefactos esse omnes incolas terræ huius vestis causa; item Ierem. XLIX, 23. in vaticinio aduersus Damascum: *quia rumorem malum audierunt*, נמרו, *liquefacti sunt*. Ergo propheta in hac scena sibi repræsentat totius Palaestinae miseram conditionem, eo

tem-

tempore futuram, quo ad eam nuncius peruenturus esset de aduentu exercitus Assyrii, cui incolae sciebant se non esse pares, nec posse resistere: omnia plena fore pauore, consternatione, eiulatu, planctu. Vnus fuerat propheta simili phrasi de Babiloniis Cap. XIII, 7. (כי מצפון עשן בא) Intelligentus *exercitus Assyriorum*, aduentus sui signa e longinquo, ipso puluere, ostentans. Sicuti VIRGILIUS *Aeneid.* l. XI. vl. 906.

Sic ambo ad muros rapidi, totoque feruntur

Agmine, nec longis inter se passibus absunt.

Ac simul Aeneas *fumantes* puluere campos

Prosperxit longe, Laurentisque agmina vidit.

(ואין בדרך בטווער) Discrepant in harum vocum interpretatione. Versio Alexandrina hic manca est: καὶ οὐδεὶς ἐστὶ τὸ εὐνοῦν — quae lacuna explenda est ex Arabe in Polyglottis:

وليس من تثبت في مراكبهم, nec est, qui perstet in

vestigiiis suis. Similiter coniecerat Lambert. Bos (in Prolegom. ad LXX. et Animadvers.) pro: τὸ εὐνοῦν, scribendum esse: τὸ μνοῦν. Is sensus Koppio placet, qui vertit: *ne vnus quidem* (quasi אין כדר positum sit pro אחר) Philisthaeorum, *in loco suo manet*, prae angore et pauore. Eadem est Aben Esrae interpretatio: *nemo Philisthaeorum audebit* (cum hostiles milites irrumpent) *in palatiis permanere: sicut cum fumus innadit domum, omnes inde exeunt.* Hi igitur interpretes כווער videntur intellexisse de *domibus*; sine ratione,

quantum video. — Syrus: $\Delta\Delta\Delta$ ܕܡܢܢܝܢܝܘܬܗܘܢ ܕܡܢܢܝܢܝܘܬܗܘܢ

ܕܡܢܢܝܢܝܘܬܗܘܢ , nec est singularis quispiam in festis suis; sine sensu. Chaldaeus: ܕܡܢܢܝܢܝܘܬܗܘܢ ܕܡܢܢܝܢܝܘܬܗܘܢ , nec est, qui moram faciat in temporibus suis: quem secutus VATABLVS: *in statutis temporibus*, quibus conuenire oportebat exercitum. —

„FORERIVS: *et ne vnus quidem idem in castris scilicet remanebit,*
„vel, *et ne vnus quidem in tabernaculis suis scilicet manet*, adfunt
„accincti omnes.“ Verum כווער *castra* vel *tabernaculum*

denq-

denotare, nullo argumento nititur. — DOEDERLEIN vertit: cuius (belli) impetum nemo repellere valebit; et in nota addit: „dedit hanc interpretationem GVIL. ABR. TELLER in *Noit. Critt. et Exegett.* in Genes. XLIX. p. 98. vbi docet: *affixum* יר *pertinet ad עשן, מועד, est impetus scil. fumi, a יעד irruit: tandem בדר (Arab. verl. Pl. LXVIII, 2.) est dissipare.* Bellum innuit, ab Assyriis inferendum, quos nulla vis repellere possit.“ Arabibus quidem *عز* in coniugatione quinta denotat irruit, impetum fecit; sed nusquam apud Hebraeos *יעד* hac significatione occurrit. — DATHIVS: „non erit separatus in coetibus eius, i. e. omnes conferto agmine „incedent. Causam indicant haec verba, vnde fumus ille „ascendat. Hostes, inquit propheta, non singuli veniunt, „sed densis agminibus, quae pulverem tantopere excitant, „vt aerem obscurent. Affixum igitur in *מועדיו* non referendum est ad *עשן*, sed ad hostes, non nominatos quidem, sed ex contexto sermone facile intelligendos.“ Equidem dubito, an *מועד* de exercitu dicatur. Contextui aptissimam facillimamque ego iudico MICHAELIS interpretationem in *Supplementt. ad Lexx. Hebr.* P. V. p. 1528. vbi cum *מועד* confert Arabum *عز*, *festinauit, celeriter, rapideque aliquid fecit*, vnde *عز*, *velox camelus*. Erunt hinc *מועדים* *festinantes, agmen rapidum, exercitus in hostem raptus*, verbaque *אין בדר במועדיו* vertenda; *nemo remanet in rapide ducto exercitu, proprie, in rapidis eius*. Linguae quidem Hebraicae peritus haud opposuerit scriptionem per Vau, quod quidem non necesse est radicale esse, namque et participium. Kal saepe plene קיטל scribitur. Quod si quem tamen imperitiosem hic scrupulus vrit, sex codices sciat Kennicottianos sine Vau habere *במועדיו*. *אין בדר*, propr. *nemo solitarius vagabitur*, tanquam delassatus videlicet, vt cum cetero exercitu non rapide in hostes incurrere possit. *בדר* est conferendum cum Arab. *بدر*, *separauit, diffi-*

dissipavit, et in VIII. separatim, et quisque a sua parte accessit et aggressus est rem vel hominem.

32. (ומה יענה מלאכי גוי) In horum verborum sensu constituendo tam veteres quam recentiores mire dissentiunt. Alexandrini: *και τι αποκριθησονται βασιλευς εθνων*; sc si legissent: רמה יענו מלאכי גוים. *Reges* habent quoque Aquila et Theodotion; Symmachus vero exhibet lectionem maforethicam, *nuncios*. Chaldaeus: *ומה יבשרון אז גדי עממיא*, *et quid nunciabunt nuncii populorum?* ac si ipse quoque pro גוי legisset גוים *gentes*, quod Koppio placet. Sed potuit גוי per *enallagen* accipere pro גוים. Syrus: *ספלו יגדו לצונבא בתצטא*, *et quid respondebimus nuncio gentium?* quo interprete auctore Henslerus pro יענה legere mallet בענה, vt vertendum sit: *et quid nos, Iudaei, respondemus legatis gentium?* Sed nulla causa est, cur lectionem receptam sollicitemus. Verba enim vertenda sunt: *et quid respondebitur* (יענה impersonaliter, vt supplendum sit ענה, quod saepius iam vidimus) *legatis gentis*, scil. Philisthaeae, vt mox ostendemus. מלאכי scriptum pro מלאכי cenferi potest, cuiusmodi ellipsis est satis frequens, veluti 2 Sam. XV, 31. *ורויד הגיד, et Dauidi nunciatum est*, pro לרויד. Sed ne opus quidem est ellipsi, cum plura exempla extent, ex quibus colligere licet, verbum ענה cum *accusatio personae* iunctum esse; e. c. Mich. VI, 5. *ענה אחר, respondit ei*, Cant. V, 6. *ענני, respondit mihi*, et plura alia. — Iam quod attinet ad rem ipsam, quaeritur, cuius gentis hi sint legati, qui hoc responsum accepturi erant a Iudaeis, et qua de causa missi? Quidam, vt Hezelius et Henslerus, intelligunt nuncios seu legatos eorundem illorum Assyriorum, qui Philisthaeos subegerunt, et nunc Iudaeos quoque ad deditioem impulerunt; hi vero hoc acceperint responsum, Iehouam Zioni praesidio esse.

Alii

Alii, vt Sanctius et Koppius, hoc responsum a Iudæis datum fuisse volunt legatis, qui Hiskiae gratularentur reportatam de Philisthaeis victoriam. Principem enim pium agnouisse, victoriae huius laudem non sibi deberi sed Deo, Zionem defendenti. Verum si haec fuisset vatis sententia, non scripsisset גרי, sed גרים. — Mihi quidem optime placeat Vitringae sententia, quam Doederlein quoque et Dathius probarunt. Ex ea legati, de quibus hic sermo est, legati sunt Philisthaeorum, quos propheta fingit misisse legatos ad Hiskiam, vt cum eo consultarent, quomodo periculum illud hostis aduentantis, Sanheribi, velint auertere. Nihil timendum esse Iudæis, confirmat propheta, non opus futurum esse, vt Hiskias sese cum Philisthaeis ad reprimendos Assyrios coniungat, Iehoua Sionem defendente. Bona ceterum est obseruatio Vitringae, *Philisthaeos* hic per contemptum vocari גרי, vt Pl. XLIII, 1. Jerem. V, 9. (כי יהרהר יסר ציון) *Nam Iehoua Sionem fundauit*, i. e. Sionem et Hierosolimam a se fundatam non deseret, sed ei praesto erit, in dubiis et despèratis rebus auxilio et praesidio suo; conf. intra XLIV, 28.

CAP. XIV. 28. *Anno, quo mortuus est rex Ahasus, hoc editum est vaticinium.*

29. *Noli laezari, Philisthaea, quod confracta sit virga, quae te percussit. Nam ex radice serpentis prodibit basiliscus, et fructus eius cerastes volans erit.*

30. *Dum tenuissimi illi et pauperrimi secure pascent et recubabunt; ego radicem tuam fame perimam, et qui ex te superstites erunt, eos interficiam.*

31. *Eiulate portae! vociferamini vrbes! Omnia in te, Philisthaea, meum perculsa sunt. Etenim ex septentrione fumus ascendit; nemo remanet in rapide ducto exercitu.*

32. *Quid vero respondebitur legatis gentis istius? — „Iehoua fundauit Sionem, omnes inopes in ea tuti sunt!“ —*

C A R M E N D E C I M V M
T E R T I V M.

(C A P. X V. X V I.)

A r g u m e n t u m.

*C*anit vates in hoc carmine interitum reipublicae Moabiticae. — Sistit vrbes Moabitarum florentes et munitas impetu subitaneo ab hoste potente et valido captas atque expugnatas. Audiuntur lamenta, plāctus, eiulatus, quibus κατὰ προσηγορίαν etiam suos vates miscet (Cap. XV, 1—5.). Tum viuidissimis coloribus sub oculos subiicit facultatum direptionem, caedem obuiorum, aliorum fugam, vastatos fertilissimos agros et vberis prouentus vineas, quarum fructus laeti carpere solebant, et quae mala alia populum, ab hoste crudeli victum, urgere et premere solent (Cap. XV, 5—XVI, 11.). Addit desperationem, cum ab idolo Camosch, quod studiose coluerant, frustra se opem in rebus afflictis expetere et expectare cernerent (vs. 12.). Subinde explicat causas harum calamitatum, a Iehoua inmissarum, superbiam et inclementiam erga profugos Israelitas, qui se ad Moabitas tempore necessitatis receperant, et nimiam in prosperitate sua et firmitate status fiduciam.

Vt dispiciamus de tempore, quo carmen hoc editum sit; considerandi erunt duo extremi Capituli XVI. versus. Hi ita se habent: haec Iehoua iam pridem Moabitis minatus est. Iam vero loquitur Iehoua in hunc modum: intra tres annos praecile determinatos et definitos, adeo euilescet gloria
Moa-

Moabitaram, vt ex omni tam numerosa multitudine perquam exiguse superfuturae sint et infirmae reliquiae. Hoc additamentum Iesaiam veteris alicuius vatis carmini, quod ipse reperiisset, adiecisse, vulgaris est sententia. Sed ea vix potest admitti. Extrema republicae Moabiticæ fata Carmine hoc deplorari, quisque, non plane hebes, sponte sentiet. Iam vero, licet monumenta Hebraeorum historica, nobis seruaata, de tempore, quo respublica illa interiit, fileant, ex Ieremia tamen (XLVIII) et Zephania (II, 8 seq.), colligere licet, Moabitidem per Chaldaeos, Nebucadnezare duce, adeoque longo post Iesaiam tempore, euersam esse. Hinc, si additamentum illud Capitis XVI. a Iesaiâ adiectum esse dicamus; false eum vaticinarum esse dicemus. Iam, cum idem, quod hic habemus, carmen, apud Ieremiam quoque (Cap. XLVIII.), leuibus tantummodo quibusdam mutationibus, occurrat; equidem nullus dubito nostrum vaticinium a Ieremia profectum, et, hic illic paullo mutatum, ab eo, qui varia variorum prophetarum vaticinia post reditum ex exilio Babylonico collegit, huic, quae a Iesaiâ nomen habet, vaticiniorum collectioni, insertum esse. — Idem hoc viderunt iam KOPPIVS, in *Animaduerss. ad Lowth.*, et EICHHORNIVS, *Einleitung in das alte Testam. P. III. p. 58. 59. edit. secundae.*

Dissertatione singulari carmen nostrum illustravit AVRILLIVS: trigesima est in omnium eius Dissertationum collectione, a Michaele edita. Nos ex ea, quae ad consiliū nostrum pertinere nobis videntur, in usum nostrum conuertemus.

I — 4. Fingit poeta se stantem in monte excelso, quo exercitum hostilem conspicit, subito et contra omnium expectationem iter flectentem, et Moabitidem versus sese mouentem, atque improuiso hoc impetu praecipuus illius regionis vrbes et munimenta rapientem potius, quam oppugnantem: videt Moabitas ad famam hostiis exercitus ad-

Ies. Var. Z ventus


ventus terrore percussos, confluere ad aras et templa Dei summi Camoschi, vt. eius opem implorent: — capita nudant; caesariem praecidunt, barbam euellunt, omnia replent lacrymis, eiulatu, clamoribus; interea alii ab hoste immiti caeduntur, alii fuga sibi consulunt, bonis, agris, vineis hosti raptori et vastatori relictiis. (כי בליל שרד ער מואב כדמה. Particulari כ׳ aliis videtur redundare, aliis, veluti Cocceio *protasin* indicare, cui respondeat *apodosis*, versu sequenti, in hunc sensum: *quia nocte excisa est Ar Moab — ascendit* (scil. Moab) *Baitham et Dibonem etc.* Koppio haec particula arguere videtur, praecessisse quidquam ab initio quod interciderit. Quamquam ego non plane improbauerim hanc coniecturam; eorum tamen causa, qui in his rebus scrupulosiores sunt, non taceo, voculam כ׳ h. l. posse affectuatiue accipi, vt Ioel I, 12. Thren. I, 10. et saepe alias, concitatoris vi affectus expressum; *immo vero, sic igitur, ficcine.* In בליל an forma sit status constructi, an absoluta, dubitatur. Vtraque locum habere poterit, nam et Ies. XXI, 11. reperitur לַיִל, cum vocali Zere absolute positum, -vti לַיִל similiter, Esaj. XXXVI, 2. Job. XX, 18., et יַיִן, Cantic. VII, 10. Neque audiendi, si qui aut לַיִל, *totum quidpiam*, aut, quod Koppio placet, לַיִל, *repente, subito*, legendum coniciant, vtpote quorum neutrum probabili vllius fide testis se tuetur. Ceterum בליל, *noctu*, dupliciter potest accipi; vel κατά το γράμμα, vrbes, quae statim nominantur, *nocturno impetu* vere expugnatas esse, quod saepe contingit, et quidem ex communi fere more castrensi, vt oppugnatores tutius subeant muros: vel, vt significet phrasis, has vrbes et Moabitidem totam subitaneo et repentino hostium incurfu captas et expugnatas esse cum Moabitae omnium rerum securi, veluti tempore nocturno, plane quiescerent, et exitium sibi impendens non praesentirent. Sic passim haec phrasis vsurpatur apud Jobum, vbi de repentina et inexpectata destructione impiorum sermo est; Cap. XXVII, 20., *noctu veluti furio illum auferet*

auferet turbo; cf. Cap. XXXIV, 25. *propterea quod opera illorum nouit, subuertit eos noctu, et plane conteruntur.* Vox שרר cum sit *terminacionis masculinae*. non respondere potest nominibus ער et קיר, quae urbium sunt nomina, quibus ex usu linguae conuenit femineum genus, perinde ac apud Nahum III, 7. שדרה נמר, *vastata est Niniae.* Ludovicus de Dieu, cui adstipulatur SCHVLTENSIVS in *Institut. Hebraic.* p. 300., שרר accipit pro *infinitiuo* in Pyal, quem positum putat pro nomine, cum praecedente ליל construendo, hoc sensu, *in nocte vastari*, i. e. *qua vastata est*, vnde hoc comma vertit: *utique in nocte, qua vastata est Ar Moab, excisa est; utique in nocte, qua vastata est Kir Moab, excisa est.* Sed praeterquam quod languidum nimis hoc videtur; illud etiam nos impedit, quominus Ludovici de Dieu de voce שרר sententiam probemus, quod in altera carminis nostri editione, quae extat Jerem. XLVIII., bis (vf. 15. 20.) ponatur שרר מואב, et ita quidem et vertendum necesse sit, *vastatus est Moab*, quod haud dubie intelligendum est de *hominibus, viris, Moabiticis.* Vnde ego et hic, in שרר ער מואב, constructionem, quam dicunt Grammatici, ad sensum esse putauerim, vt poeta שרר ideo vsurpauerit, quod id intellectum voluerit de hominibus, h. e. de *urbis et terrae incolis*, siue de *Moabo*, qui, dum excisae vastataeque sunt hae vrbes, vastatus fuisse censebatur: sic infra XXIII, 1. de *Tyro* vrbe pariter vsurpatur שרר, tenere eodem. Hinc non est opus, vt cum Michaele legamus שרר (cum noctu vastat hostis Ar Moab), quod nulla auctoritate nititur (nam quod Kennicottiani nonnulli codices habent, שרר, praeteritum Pyal haud dubie prodit); vel generis enallagen hic statuamus. — Aurivillius שרר impersonaliter sumit, totumque comma reddit: *siccine noctu vastatum est*, siccine exitium nox vna intulit, *Ar Moab excisa iacet; siccine noctu vastatum est*, *Kir Moab excisa iacet*: quod an aliis placuerit, nescio. KOCHERVS verum nostrum sic interpretatur: „sane qua nocte incurfata est Ar

„Moabi, periit (Moab); sane qua nocte *incurfata* est Kir
 „Moabi, periit, *war es aus mir ihm*. Sic puto iubere ac-
 „centus; dein ליל status esse constructi cum phrasi integra,
 „loco genitiui, vt alibi; porro שרר per *incurfare* commode
 „reddi, quam notionem verbi priorem altera et vulgatiore

„*ustandi* esse. Sic ^{٤٤} Arabibus inter alia: *constrinxit*,
 „ligauit, inde *darius*, *valideque cepit*, *incurrit in proelio*,
 „impetum faciens in hostem, et infra XXXII, 1.
 „רבה לא שרר, *qui non incurfatus fuisti* hostili impetu,
 „conf. Schultensium ad Proverb. XIX, 26. Vrbis

„nomen, extat iam Num. XXI, 15. 28. Deut. II, 9.
 vbi not. vid. Erat in Moabotide vrbs princeps, vt ex illis
 locis patet; hinc רבה, *Rabba*, magna, dicta, Ios. XIII, 25.
 Ἀρεοπολις vocabant Graeci, teste Eusebio, quique ex eo hau-
 sit, Stephano, de vrbibus, in Παρθακμοβα. Erat sita iuxta
 ripam australem Arnonis, nunc in vicum conuersa exi-
 guum, quem adhuc *Mab*, *Mob* et *Arrabat* Arabes appel-
 lant, conf. CELLARII *Geograph. Antiq.* T. II. pag. 674. RE-
 LANDI *Palaestin.* p. 577. SCHULTENSII *Indic. Geogr. ad vit.*
Saladin. voce *Caracha*; et ABULFEDAE *Tabul. Syriae* ed.

Keeler, p. 90. Alterius vrbis nomen, קיר כראב non aequè
 certum, iudice Koppio, qui hanc urbem arbitratur eandem
 esse cum Ar Moabitarum metropoli, ratus in Historia non
 memorari urbem quampiam, *Kir* dictam. Sed mox occur-
 rit Cap. XVI, 7. II. קיר חדשה et קיר חדש, Moabitis tri-
 buta quoque 2 Reg. III, 25. et Ierem. XLVIII, 31. 36.;
 eritque adeo haec, ab altera diuersa, χαρρακμοβα vocata Ste-
 phano, , *Krak* seu *Krach*, qui nunc eam tenent,

Arabibus, haud longe ab *Ar* distita; vid. Schultensium et
 Abulfedam ll. cc. Antiqui nonnulli interpretes *Ar* et *Kir*
 vtrumque verterunt instar appellatiuorum, *urbem* et *murum*;
 nec negandum, voces istas Hebraeis ita vsurpatas fuisse.
 In nostro autem loco esse nomina propria, tum historia
 ostendit, tum vaticinii ipsius habitus. *perit, nullus*

est,

est, actum de eo, vt Zephan. I, 11., conf. etiam de hoc verbo dicta ad Ies. VI, 5. Michaelis legere mallet מִיכָאֵל, *fileamus*, alto somno sopiti, אֶרְמָם, veritque, *so laste uns dann fille schweigen*: quod an fatis conueniat siue Moabitis, ingenti sub terrore tumultuantibus, vti mox audiemus, siue victori hosti, siue Iudaeis, populisue aliis, vbi cladem istam rescuerant, valde dubitauerim. Testes quidem pro suo מִיכָאֵל Syrum et Chaldaeum Michaelis citat, quorum ille habet מִיכָאֵל et מִיכָאֵל *attoniti stupuerunt*, hic רְמִיכָן et רְמִיכָן *alto iacebant sopore merfi*; nec non Latinum, qui *conticuit* ponit; verum ideo lectionem vulgarem non defendendam putauerim; accedit, quod nostrum נִרְמָה eodem, quo hic, significatu etiam occurrat Ierem. XLVII, 5. Hof. X, 15. Zeph. I, 11.

2. עֵלָה הַבַּיִת וְרִיבֹן הַבְּמֹרָה לְבָבִי hic esse nomen proprium, ex eo apparet, quod iunctum est cum aliis nominibus propriis, nec sensum commodum efficit, *ascendit domum*. Quia Syrus et Chaldaeus omiserunt ו, quo iunguntur הַבַּיִת et רִיבֹן, particulam illam e textu quoque Hebraeo expungendum, et *Beth-Dibon* coniunctim sumtis vocibus verum fuisse nomen vrbs, censuerunt Lowthus et Koppius. Nec insolens Hebraeis, nomina vrbiū componere e voce בית alia quadam adiecta. Sed tum absit necesse est, a voce status constructi, הַ Demonstrativum; vt taceam, nec in codice Hebraeo nec in Historicis exteris urbem aliquam, cui *Beth-Dibon* nomen sit, memorari. Vitringa הַבַּיִת non iungit quidem cum רִיבֹן, verum existimat tamen, הַבַּיִת eandem esse cum *Beth-Meon*, Ierem. XLVIII, 24., quae et *Beth-Baal-Meon* Ios. XIII, 17., et *Baal-Meon* Ezech. XXV, 9., dicitur, urbem. Sed hoc sine ratione sumitur. Doederlein urbem non *Baith* sed *Habaith* appellatam cenlet, eiusque vestigia reperisse sibi visus est apud IOSEPHVM *Antt. Iudd.* L. XIV. Cap. I, 4. T. I. p. 685. edit. Haverc. vbi ille

plura, hic commemorata loca recenset, et inter cetera nominat: מִצְרַיִם אֶרֶץ הַבְּרִית, מִצְרַיִם אֶרֶץ הַבְּרִית, siue si *Epiphani*i codices conferantur, Αἰγύπτου ἡ ἐρημία, utraque voce temporis successu coalescente. Mihi quidem, cum in altera carminis nostri editione, Ierem. XLVIII, 22. inter cetera, quae hic occurrunt urbium nomina, memoretur quoque בֵּית דְּבִלְחָיִם, verisimile est, hanc eandem cum nostro הַבְּרִית urbem esse, haud obstante ה demonstratio in voce absolute posita, quum persimili modo, in nominibus locorum, Arabes suum *م* praefigere soleant. Vicinam eam *Diboni* fuisse, apparet quoque ex Num. XXXIII, 46. דִּיבּוֹן, vrbs ad Arnorem sita, iam ante Mosem Moabitarum, ex eius tempore Israelitarum transfordanensium, Num. XXXII, 3. 34. Ios. XIII, 9. 17.; sed eam iterum Moabitis cessisse patet ex hoc loco. הַבְּרִית si sumatur pro nomine proprio vrbs, est fortasse eadem quae *Bamoth-Baal*, ad austrum *Herbōnis* sita, Ios. XIII, 17. Tunc statuendum erit ἀσπενδρον, et verba vertenda, *ascendit Baitham, et Dibonem, et Bamotham*, scil. מִצְרַב, quod repetendum est ex commate antecedente. Sed cum הַבְּרִית careat copula, et He Demonstrativum habeat ab initio, rectius haud dubie sumitur proprio significato *editioris loci collisue*, cuiusmodi loca aris et idolis sacrare solebat vetus superstitio. Hinc הַבְּרִית et דִּיבּוֹן nominatiue erunt accipienda, vt non intelligantur vrbes, ad quas *Moab* ascensurus sit vt fleat, sed quae ipsaemet ascensurae sint ad excelsa, vt fleant. Hoc sensu et Doederlein vertit: *Abaiithirae et Dibonirae ad sacella ascendunt vt ibi plorent*. Illarum urbium incolae ad famam subitaneae calamitatis conscendunt *colles*, vt in fanis ibi exstructis, lacrymas coram idolis profundant, eorumque, oblati hilasticis, opem implorent, quod noster expresse dicit infra Cap. XVI, 12. — יִלְלִיל, (על כבוד ועל מדיבת מצרַב ילליל, vnde in Hiphil ילליל, est ad sonum imitatione formatum verbum hincque in linguis aliis pluribus similiter reperiendum; Arab. *ولل*, Grae-

Graecis, ἄλολυσαν, Latinis *eiulare*, *ululare*, Germ. *heulen*. Saevis mistus plangoribus Moabitarum perfonuit eiulatus. *Nebo* oppidum fuit trans Arnonem, in primis finibus huius tractus, apud montem eiusdem nominis, cui inde nomen (non vrbi a monte, vt Bonfrerius autumat; nam proprium montium illorum nomen עבריים, fuit vid. Deut. XXXII, 48. 49.), in quo montano, quod ad ortum attingit campestria Moabi, Moses diem obiit. Habuit ab ortu *Aroër*, ab occasu *Baal-Meon*, vti liquet ex I Chron. V, 8. Vestigia huius loci fortasse supersunt in *سفر نبوا*, de quo *Ibn Abd el Chacki*, in Lexico suo Geographico, cuius verba adduxi ad Num. XXXII, 3. *Medebam* sitam fuisse ad septentrionem et occasum *Aroeris*, liquet ex Ios. XIII, 9. 16. *Aroer* autem ad Arnonem erat extremus terminus sortis australis Rubenitarum, conf. infra ad Cap. XVII, 2. (בכל ראשו קרחה כל זקן גדועה) Pro ראשו legunt ראש tres codd. Kennicottiani, duo Rossiani, et fortasse iam Alexandrini; extat quoque ita apud Jerem. XLVII, 37. Unus codex Rossianus בכל ראש exhibet, et Chaldaeus. Pauci alii cum bibliis et prophetis Soncinenfibus defectiue ראשו. In hac variantium lectionum diuersitate vix definiri poterit, quae sit genuina; nec multum interest, nam sensus semper idem manet, intelliguntur *capitis tonsa Moabitarum lugentium!* Eadem lectionis diuersitas est in גדועה, pro quo codices multi, plurimique libri impressi גרועה, cum Resch, legunt. Verum cum גרע et גרע vtrumque denotet *abscindere*, *succidere*, Arabica et Syriaca dialecto consentientibus; discrepantia illa nullius est momenti. Ceterum *capitis tonsionem* et *barbae abscissionem* grauem pingere luctum, fatis notum est. Conf. supra III, 24., infra XXII, 12. Jerem. XLI, 5. Mich. I, 16. Saepe quoque Homerus memorat, in funere praesertim Patrocli:

Καταΐσαι τε κορη' ἔπει δ' μ' ἐτι δευτέρου ὠδῆ
 Ἴξεν' ἄχος κραιδίην, ὄφρα ζωοισι μετιώ

II. XXIII, 46. 47. Et Odyss. IV, 197.

Τατο νυ και γερας ολον οιζυροισι βροτοισι

Κυραδαμι τε κομηνη, βαλεμι τ' απο δακρυ παρσιων.

Vnde et Alexander, vbi, mortuo Hephaestione, ingenti viduus dolore, non sibi modo comam capitis absciderat, sed et militibus iusserat abscindi Ὀμηρικον παδος δρων AELIANO dicitur *Var. Hijtor. Libr. VIII. 8.*

3. Ad famam urbium primariarum iam expugatarum, et aduentantis hostis ad ceteras iam capiendas, alii se conferunt in fora, alii tecta aedium conscendunt, vt certius quid de motu hostis, aut spei metusque causis resciscerent, aut etiam de salute publica in extremis deliberarent, et seniorum consilia resciscerentur. (בהוצאתו חנור שק) Loca quaelibet extra aedes חוץ et הוצה appellabant Hebraei. חנור שק *miseram iniecta veste acriorem prodere dolorem, perterritum Hebraeis scriptoribus.* שק, a שקק, Arab. شقق, *fidit, laceravit, quo significatu Syri etiam vsurpant, denotat vestem scissam, quam non Hebraeis modo, sed et populis aliis grauioris luctus vulgare fuit indicium.* חנור propr. *ad mediam corporis partem quidpiam adstringere, hinc חנור במהנים* I Regg. XX, 32. Ezech. XXIII, 15. *circa lumbos accingere, dein sensu latiori, induere.* (על גנהור—יחיל) *tecta aedium fuisse olim in Oriente, et esse etiam hodie, plana variisque obeundis vitae partibus idonea, notissimum est. Infra XXII, 1. Hierosolymitani quoque tecta conscendunt ad famam exercitus aduentantis Sanheribi.* רחב a רחובות, *latus fuit, in latitudinem extensus, dicuntur latius patentia loca, plateae, fora, compita, quae maiorem capiunt concurrentium numerum.* Huic autem voci, aequae ac praecedenti גנור adiunctum pronomen feminini generis respicit fortasse nomen aliquod, a propheta non expressum, et cogitatione ab eo spectatum, haud dubie עיר, *urbem, cuiusmodi ellipticae constructionis exempla alias etiam occurrunt.*

Iisdem vere verbis, sed diuersa eorum iunctura, questus perituræ gentis enarrat Ieremias, XLVIII, 38. על כל נבחה מספר מואב וברהבחה כלה מספר *super omnia recta Moabi, et in plateis urbium eius, totus ipse in luctum conuersus est.* ירד בבכי non denotat *descendere ex tectis cum fletu*, sine solatio rediit, vt vulgo interpretati sunt, proprietatis linguarum Orientalium ignari; sed, *lacrymis totum diffluere, in fletum se immergere totum, se lacrymis proluere, in Thirânen zerfliessen*, patrio nos sermone diceremus. Docuit id et extra omnem dubitationem posuit SCHVLTENSIS in *Orig. Hebr.* L. I. Cap. VI. §. XXXV. p. m. 97. Solennis scilicet est Arabum locutio *وردت العين، العيون، وردت البكا*, *oculus aquarum descendit* (id enim prima verbi *ورد* et *ירד* est notio) *in fletum*, et sine adiecto *oculo*, *ورد البكا*, *ירד הבכי*, *aquatam iuit in fletum*, pro eo quod plenius efferretur, *multo flumine lacrymarum ora genasque humectare; lacrymarum veluti riuis atque imbribus totum immadescere.* Hinc Anonymus in Hamasa: *وكنن اذود العين أن ترد البكا* *abegi oculum, ne aquatum iret in fletum.* Conf. Ierem. IX, 17. XIII, 17. XIV, 17.

4. *نعق* et *زعق* Arab. (וחזק השבן ואלעלה ועק) proprie dicitur de iis, qui diro prehensi terrore ac periculo vociferari solent intentius, vt alii ad opem ferendam concitentur. Quod incolis accidit, tribuitur ipsis urbibus, metonymia in aliis quoque linguis fueta. *Hesbon* autem fuerat olim Sihonis, Amoræorum regis, Num. XXI, 25. vbi not. conf., quo deuictò, Rubenitis cessit, Ios. XIII, 17., hisque postea, vt ex h. l. patet, a Moabit. erepta. Eminentissimè hanc urbem inter Moabiticæ ciuitates, Ieremias docet, qui XLVIII, 2. *הלה מואב* *gloriam Moabi* eam appellat, positam in montibus, qui e regione erant Ierichuntis XX a Iordane milliaribus distentem, si habenda fides Eufe-

bio, qui *Elealem*, obuiam quoque Num. XXXII, 37. ad quem locum not. conf., grandem dicit villam, in primo milliari ab Hesbone. (עד יהוץ נשמע קולם) Tanta est vociferatio eorum, nempe incolarum, qui designantur pronomine masculino, vt audiatur *Iahazam* vsque. Variata paullo dictione idem legitur Ierem. XLVIII, 34. עד יהוץ נחננו קולם, *Iahazam vsque eiebant clamorem suum*. Duplex videtur fuisse יהוץ, vna Arnoni propior, in limite ditionis Amoreae, quo progressus cum exercitu Sihon, ab Israelitis magna affectus clade, occubuit, Num. XXI, 23 seq. Deut. II, 32.; altera, teste Hieronymo, in termino Moabiticæ regionis, mari mortuo imminens, quæ si hic cogitetur, sensus erit, ad extremos vsque fines Moabitidos peruagatas fuisse quiritantium voces. (על כן חלצו מואב יריעו) Multi על כן referunt ad communem planctum et eiulatum, in hanc sententiam: communis hic omnium incolarum eiufatus, planctus, desperatio, efficiet; vt ipsi quoque milites animum remittant, et, cum deberent *barritum* facere, et hosti alacriter occurrere, extollant vocem planctus et eiulatus, victi dolore et desperatione. Verum cum על כן cohaereat cum extremis versus verbis, נפשו יריעה לו, *aegre cuique est*, rectius illud vertitur *propterea quod*, quomodo et sumendum vs. 7., vt designet; causam inter alias hanc quoque esse communis luctus, quod *milites* Moabi ipsi quoque vlulent, motu et desperatione victi. חלצים, *expediti, alacres* (coll. Syr. ܠܚܘܨܝܢ *alacritas* et ܠܚܘܨܝܢܐܢܝܢ *accincte, alacriter*) scil. ad bellum, sunt *milites*, ad militiam vel pugnam, depositis impedimentis, rite instructi, quam esse genuinam vocis significationem, satis constat, conf. 2 Chron. XXVIII, 14. Alexandrini verterunt $\text{ὁσφους της Μωαβιτιδος}$, Syrus, ܠܘܨܝܢܐܢܝܢܐܢܝܢ *inguina eius*. Hi haud dubie extulerunt ܠܚܘܨܝܢ , quod placet Lowtho et Köppio, qui *intensissimos clamores* hac locutione significari existimant. Sed

vt taceam, Alexandrinis et Syro opponi posse Aquilam, qui ἔξωμος vertit, i. e. *cui nuda brachia sunt et exserta* (nam ἔξωμος apud Suidam T. I. pag. 778. ed. Kuster. est *tunica, non regens brachia*), quod apud antiquos decere virum et maxime militem putabatur, conf. Virgilium, *Aeneid.* IX, 616. vbi in opprobrio est, *et tunicae manicae et habent redimicula vittae*; porro Symmachum, Chaldaeum, Hieronymum, qui omnes הָלָצִי legerunt; obstat maxime verbum הָרִיעִי, a ריע, *vociferari, barritum edere, inbulare, clamare prae consternatione*, fumitur enim in bonam et malam partem. Accedit, quod in nostro qui dicuntur גְּבֻרֵי מוֹאָב הָלָצִי מוֹאָב; apud Ieremiam XLVIII, 41. appellantur גְּבֻרֵי מוֹאָב, *viri fortes Moabi.* (נִפְשׁוּ יִרְעָה לוֹ) Propr. *anima eius*, i. e. cuiusque ipsorum, *concidit*: ירע enim, Arab. عَجَع, denotat, *gravi timore agitari*, et in origine fortasse, quam יריעה, *aulacum*, quasi: *leniori cuilibet cedens impulsui*, prodiderit, *huc illuc iaetari vibrarique*, vti solent, quorum animus instanti metu concutitur. Syrus, Chaldaeus et Vulgatus verbum nostrum ad ריע retulerunt; contentiunt enim in *clamandi et vociferandi* significatione, nec contextu, nec linguae analogia fauentibus. Alexandrini: ἡ ψυχὴ αὐτῆς αὐστραται, quod, cum sensum prope nullum admittat, manifesto debetur errori, quo Daleth loco τ Resch (ירע) interpretes legit. — Obserua ceterum paronomasiam in יריעו et ירעה.

5. Conuersio haec rerum in Moabitude adeo est funesta, vt prophetae ipsi miserationem et condolentis sensa pectoris eliciat. (לְבִי לְמוֹאָב יוֹעַק) Plenius id a Ieremia XLVIII, 36. expressum: לְבִי לְמוֹאָב כַּחֲלָלִים יִהְיֶה, *cor meum Moabi caussa, instar tibiae, ingemiscit*; conf. infra XVII, 11. XXI, 3. 4. Ierem. XXIII, 9. Pro לְבִי Alexandrini haud dubie legerunt לְבִי, vertunt enim ἡ καρδία τῆς Μωαβιτιδος βοα. Sic quoque Chaldaeus. Quam lectionem *Lowth, Michaelis, Doederlein, Struensee* secuti sunt. Sed propter locum paralle-

rallelum, Ierem. XLVIII, 36., in quo haec mutatio non potest admitti, iam Dathius vidit, in hoc quoque loco receptam lectionem esse praefendam. בריחה ער צער ענלה (בריהיה ער צער ענלה) Haec verba interpretibus multum negotii facesserunt. בריחה Hieronymus *vestes* vertit, qua significatione haec vox saepe occurrit, veluti Exod. XXVI, 26. Pl. CVII, 16. Hieronymum secuti quidam recentiores, *vestes* interpretantur vel *fortes milites*, qui sicut *vestes* tutari solebant portas urbium, et subintelligunt *fugiunt*, quod Tirino et Menochio placuit; vel *clausuras*, *munitiones* (vt Amos I, 5. *confregi Damasci vestes*, i. e. portae vestes), i. e. munitiones limitaneas, quibus, tanquam vestibus, aditus et exitus regionum praeccluduntur: sic *Iunius*, qui verba inde a versus initio ita reddit: *animus meus Moabulum inclamabat, clausuras eius Tsoharem usque*, quae ita explicat: tam magna voce contendo, vt mea vox ipsos Moabitarum terminos et lacum Alphaltitem praeteruolans, Iudaeam quoque perfonet, quae terminatur Tsohare. Alexandrini pro בריחה ponunt *עזאב*, quasi legissent ברה. Syrus בלגסו¹³ habet (*cor meum super Moabe ululat in spiritu suo*); legit fortasse בריחה. MICHAELIS *Biblioth. Orient.* T. XIV. App. p. 5. 6. בריחה effert, vt ריחה sit nomen urbis *Ferichuntis*, quam Arabes vocant *فريحي*: coniecit autem, hanc urbem tempore illo, Moabitici fuisse iuris, ita vt quatuor nominari putentur urbes in finibus Moabitarum, versus Austrum, Septentrionem, Occidentem et Orientem remotissimae, totaque adeo Moabitis dicatur vastis clamoribus inhorruisse. Verum multo aptius haud dubie verbum ברה hic sumitur notione *fugiendi*, quam et Chaldaeus hic tenet ac Saadias, quorum ille habet: *למקרא* ad *fugiendum* vsque ad Zoar; hic ^{13 2 13} *סעמלה*, in *fugam conuersa est*. Et hanc significationem omnes, quos vidi recentiores, sequuti sunt. Tum vero pro בריחה legendum erit בריחה, quod exhi-

exhibent codd. Kennicottiani: *quadraginta duo*, et Dathius quoque atque Aurivillius probant. בריחה autem positum erit pro בריחי, quoniam nomina gentium alias vt masculina construuntur, ex generis enallage, quae multis huiusmodi enallagis in lingua hebraea et cognatis frequenter obviis defendi potest. Designantur voce בריחה profugi, qui ex interiore Moabitide locum Asphaltiten versus fugerent, quasi illinc in Iudaea perfugium quaesituri, vt in eius solitudinibus laterent. ער urbem sitam fuisse iuxta maris mortui litus maxime australe, apparet ex Genes. XIII, 10. XIX, 22. 23. 30. Deut. XXXIV, 3. At עננה שלישה, si locus excipiat parallelus Ierem. XLVIII, 34., nusquam alias reperitur. Valde igitur incertum, vtrum fiat nomina propria yrbium, an appellatiua. Prius contenderunt Michaelis et Doederlein, qui comprobant *Lightfooti* sententiam (*Chorograph. Ioanni praemiss. C. III. §. VIII.*), עננה שלישה esse nomen loci, qui dicatur *Eglah tertia*, respectu duorum aliorum locorum cognati soni, vel *Eglah Ducissa*, aut *Nobilis*, a שליש, *dux, tribunus*. Et cum apud Ptolemaeum vrbis cuiusdam Νελλα, haud longe a Zoare distitae, mentio fiat; Lightfootus nostram עננה שלישה et Ptolemaei Νελλα vnum idemque oppidum esse censet. Refert quoque huc IOSEPHI (*Antiqq. L. XIV. c. 2.*) Ἀγαλλα, quae numeratur inter alias, apud nostrum memoratas vrbes, Αγαλλα, Αθων, Ζωαζα, Ὀρωα. Verum Αγαλλα videtur fuisse אנלים, quod infra vl. 8. occurrit. Bene autem Doederlein obseruat, nostrum עננה fortasse esse *Abulfedae* (*Tab. Syr. p. 13. et 92.*) عجلون, *Aglun*; quod hodie est nomen vrbis cum arce, ad latus orientale montis *Gaur*. In versione tamen Vir Venerandus posuit: *ad Eglon tricinium* (pertingunt voces querulae Moabitaram), secutus coniecturam viri cuiusdam eruditi in *Aët. Eruditt. Lips. Supplement. T. VI. p. 336.*, subintelligendam hic esse vocem קריה, et intelligi locum, tribus vicis constantem, qualem Graeci *tricinium*, siue *Tripolin* appellare soleant. Pro nomine proprio vrbis cuiusdam

dan verba nostra habuerunt quoque *Dathius* et *Henslerus*, quibus et ego accedere non dubito. Omisit vero noster particulam copulatiuam ו, ante עגלה, ideo, puto, vt ipsa verborum structura fugientium festinationem exprimeret. Sed ne dissimulare quid videar, tacendum non est, veteres omnes verba עגלה שלישיה, pro appellatiuis habuisse, et quidem pro cognomine vrbis *Zoar*; omnes enim habent: *vsque ad Zoarem, vitulam triennem.* Placuit id e recentioribus *Hezelio* quoque, qui *Zoarem* appellari putat *vitulam triennem*, quod post *ter* repetitam destructionem *ter* iterum restituta esset. Sed ex quibusnam monumentis historicis id scimus? et, si vere oppidum illud *ter* restitutum esset, quaenam causa cogitari potest, cur vates hoc ipsum de hac ipsa vrbe memoraret hoc carmine, quo, quasi vt fugientium festinationem eo viuudius exprimeret, in nulla nominatorum vrbiū moratur? Idem dicendum est de *Vatabli* sententia, *Zoari vitulae triennis* nomen tributum esse, quod comparari posset vitulae trienni, formosae, forti et in robore suo. Sed omnes fere e recentioribus, qui עגלה שלישיה pro nominibus appellatiuis habent ea coniungunt cum priore commatis inembro, et ita quidem, vt verba nostra referant vel ad *Moabum*, vel ad clamores (לברי יועק). Qui עגלה שלישיה sumunt pro epitheto, *Moabiticae genti* a propheta tributo, habent certe, quo huic sententiae speciem quandam addere possint. Solent enim poetae Hebraei nomina nonnumquam effingere, quibus significentur, personis aut gentibus quae acciderent, aut in posterum imminerent. Ac tametsi nostris moribus humile putetur, nec ferendum, si vitulae aut vaccae appellatione gens quaedam notaretur, veteribus tamen, qui in re pastoritia, nil per se indecorum, aut probis auribus non tolerabile spectabant, videbatur aliter. Israeliticus populus, in Deum rebellis, cum פרה טררה, *vacca refractaria* comparatur, Hof. IV, 16. et X, 11. Ephraim עגלה מלמרה *vitula assueta triturationi*. Aegyptum עגלה יפה *vitulam pulchram* nuncupat

pat Ieremias Cap. XLVI, 20. et L, 11. Babylonios instar עגלה רשא *vitulae in gramine subsaltantis*, depingit. Haud alienum igitur, si, praeunte Alexandrino, putemus, Moabiticam gentem, aut regionem a Iesaja vocatam *vitulam trimam*, h. e. multo vigore et alacritate huc vsque insignem, vt eo tristiores ostenderet fore casum, quo nupera exuti securitate et opulentia Moabitarum, suis e finibus procul abigerentur. Probauerim et ego hanc sententiam, nisi עגלה שלישיה nimis remotum esset a זואם: quod idem obstare videtur Aurivillii interpretationi, quae haec est: „Hebraeo שלש respondere poterit *שלש* mente destitui, *infanire* (quam significationem confirmat ex Camuso). Si posito hoc significatu, concipiatur adiectiualis forma שלשי, et in feminino שלשיה, vel, vti habent nonnulli codices, שלישיה, quod analogice sumi poterit pro substantiuo, עגלה שלישיה erit *vitula dementiae*, h. e. pro more Hebraeae constructionis, demens, sui non compos, omnis inops consilii. Sique porro בריחה legatur, vti ferunt litterae, forma siue participii siue adiectiuali, בריחה, *aufugiens*, perfacilis et liquida haec vocum constructio existet: *ad Zoaram usque*, locum disiunctissimum, *fuga sese proripit fugiens*, velut oestro percita, *vitula*, h. e. Moabitarum gens, amens nunc, et prae terrore vix sui conscia; quod extremae imaginem perturbationis, qualis iam Moabitarum, adprime repraesentabit: Haec AVRIVILLIUS: — Sunt tamen multi qui cum BOCHARTO (Hieroz. P. I. L. II. Cap. XLI.) עגלה שלישיה referant ad יזעק, vertantque: *cor meum clamat propter fugitivos eius ad Zoarem*, tanquam *vitula trima*. Paulo aliter VITRINGA: *cor meum clamat propter Moabum. Fugitivi eius usque ad Zoaram vagantur, vitula trima*, i. e. boatum edentes eiulando et plangendo vt *vitula trima*. De quibus lectores ipsi iudicent. כייעלה בר Propr. *ad adscensum Lucchith* quod adinet; *cum fletu cum adscendet*. כיי redundat, vt saepe. Alexandrini fortasse legerunt כייעלו, habent enim: *προς σε ἀναβήσονται* nam quod apud Procopium tan-

tanquam Alexandrinorum interpretatio adducitur; *ὅτι ἀναβασσι της Δαυθ ἐν κλαυθμῷ ἀναβησεται ἐν αὐτῷ*, videtur iuxta textum hodiernum immutatum esse. Michaelis pro בבי legere mallet בבכי, quod extat apud Ierem. XLVIII, 5., et verba sic coniungit: בבכי יעלה בכי, *Weinen erhebt sich über Weinen*. Equidem non video, cur lectionem receptam desereamus. לרחיח quis fuerit locus, vel fortasse vrbs, non liquet. Fit enim eius hic tantummodo mentio, et in paralleló Ierem. XLVIII, 5. Satis tamen vel hinc colliges, fuisse tractum vel clivum editiorem in extremis Moabitidis, quo in conuallibus ibatur in Arabiam et Zoaram. Id conuenit traditioni Eusebii et Hieronymi, quorum ille: *Δαυθ, μεταξυ Αρεοπολεως και Ζορβαν, κωμη του κλαυθμην Δαυθ*. Hieronymus: *Et est usque hodie vicus inter Areopolim et Zoaram, nomine Luitha*. (כי דרך הרנים ועקת שבר יעברו) *Propr. quia via Choronaimorum clamore fracturae quiritantur*. Sed vocula כי hic pariter redundat, vt in sententia præcedente, et negligitur a Ieremia in parallela sententia, XLVIII, 34. ועקת שבר, *clamor fracturae* haud dubie est *clamor*, qualis excitari solet tempore magni infortunii. Vix opus notare, nomen שבר, quod in re, quae *confringitur et excutitur*, propriam sedem habet, poni de *clade* quauis *exitibili*. Per *συτριμμα* vertunt Graeci, obuium etiam Rom. III, 16. De יעברו autem, quod nusquam alias extat, et dubiam insuper formam habet, difficilius dictu, quid proprie significet. Haud improbabilis sententia eorum, qui ad עבר, *excitare*, referunt, ducentibus etiam illuc Syro, veteri Latino, et Aquila, posterius hemistichium hunc in modum transferente: *ὅτι ἀναβασσι της Δαυθ ἐν κλαυθμῷ ἀναβησεται ἐν αὐτῷ, ὅτι Ὠρωαίμ κραυγη συτριμμα ἔκταγερον*, eritque tum geminata prima radicalis, loco tertiae. Minus idoneum, vt siue ריע, quod vs. 4. aderat, cogitetur, siue Rabbiorum ערער, *conterere et litigare*, quod editiori istud et quiritanti voce, nonnumquam solent fieri, siue vt allusum putetur ad nomina urbium in Moabide, ער et ערער. Sufficiat, si vel dubia

bria manserit forma vocis Grammatica, rem tamen ipsam, quam propheta voluit, haud esse obscuram; eandem videlicet, quam expressit Ieremias, Cap. saepius citato, vl. 5., verbis paululum mutatis: צרי זעקת שבר שמעו, *magna submisericordia extorri clamores audiuntur*. In qua Moabitidos parte sita fuit olim vrbs הרמנים, monstrari hodie non potest; neque enim praeter nostrum et Ieremiam, scriptores Hebraei alii, aut antiqui ceteri, de illa quidquam tradiderunt. An sit eadem, e qua הרמי dictus *Sanballat*, *Nehem.* II, 10. 19. incertum, nec, si sciretur, magnopere iuaret. *IOSEPHVS* quidem, *Antiqq. Iudd.* L. XIII. c. 15. inter vrbes Moabiticas *Ogivas* quoque nominat, sed nec situm definit, nec est nomen tale, vt in *Horonaim* penitus conueniat. Quoniam vero *Ierem.* XLVIII, 5. מורר הרמנים, *descensus Horonaim* post מורר הרמנים *ascensum Luhitae* proxime ponitur, et *vers.* 34. Zoari adiungitur *Horonaim*, credi haec poterit modico interuallo a Zoare abfuisse, et tendentibus in Zoarem praebuisse transitum.

6. Explicat poeta rationes luctus incolarum huius plagae Moabiticæ Australis. *Hezclio* vero et *Aurivillio* hic versus continere potius videtur causam fugae et relinquendae priscae regionis; poni autem illam in aquarum defectu, vt nihil amplius superesset graminis in agris praeisque, et in fontium obruratione et suppressione, per hostem facta, *vid.* 2 *Regg.* III, 25. — Qualis fuerit locus *Nimrim* hic dictus, indagari nequit. Etymologia a נמר, *pardus*, quam dedit *Bochartus*, etsi vera foret, haud opis quidquam praestat. Conferunt nonnulli, vt *Michaelis*, cum nostro loco נמרה, *Nimra*, *Num.* XXXII, 3. et בית נמרה, *Num.* XXXII, 36. *Ios.* XIII, 27. vrbe, in tribu Gaditarum, haud procul a Iordane. Verum in media, vel potius maxime australi Moabitidos parte videtur quaerendum *Nimrim*, quod vterque propheta memorat, si quidem Moabitas, aquarum, quae iuxta erant, defectus ad Zoaram vsque coegerat se

subducere. Pro nomine proprio נמרים habuerunt interpretes veteres omnes. Quae veterum consensio nisi obstaret, non repudianda esset Aurivillii sententia, נמרים esse nomen appellativum. Etenim Arabibus ⁵⁰نمر⁵⁰ et ⁵⁰نمير⁵⁰ denotat aquam liquidam, salubrem, copiosam, vnde מי נמרים forent aquae, vbi demum cumque in Moabitudine huc vsque inveniabantur, liquidae et uberes, quae sane, vbi exsiccatae fuissent, non potuissent sterilitatem non inferre, quae mox describitur. Liceret tum quoque per aquas non fontes modo intelligere, quos arena opplere, solitos olim hostes fuisse, e Genes. XXVI, 18. et 2 Regg. III, 25. observat Michaelis, sed et valles humidas, arborumque fertiles campos vel immissa flamma, vel admota securi, ab hostibus vastatos. Substantivum משמרה, vastitates, praedicati seu adiectivi loco positum, ex idiotismo Hebraei sermonis dicitatem rei fortius exprimit, vti et praefixum ל משמרה in Ierem. XLVIII, 34. *Adultum gramen*, quod illico possit demeti, atque adeo comburi, est הציר, Arabibus خضير, iisdem litteris. At רשא, herbula, e gremio terrae nuper egressa, quam ⁵⁰ولس⁵⁰, appellant Arabes, et ⁵⁰يرק⁵⁰, quidquid viride et succosum siue herbis fuerit, siue et arboribus, vti docet Exod. X, 15. Arabicaeque consensus dialectus, in qua ورق, Hebraeo ירק, respondens, de frondibus arborum ponitur. Notatu denique non indignum, breves questus, et veluti fingultus cumulari, nulla interposita copula, quod affectum prae dolore festinantis in sermone aemulatur, tum per gradus quasi ascendere orationem; vt calamitas expingatur, qualem noster etiam Cap. XLII, 15. spectandam dedit. Exaruerat, quod iam aderat, gramen; quod e terra pullularet, nullum est; qua demumcunque in parte, pristini viroris ne minimum quidem cernitur.

7. Itaque inevitabilis urgebat fugae necessitas. Quae licet turbatissima fuerit, incumbente hoste inopino simul et nequidquam repellendo, student tamen fugientes servare quidquid possent, oculisque reperirent forte obvium. Ad litteram verius hic erit vertendus: *idcirco quod reliquum* (hostis) *fecerat, et in promptu habebant fugientes; supra torquentem Arabum deportant.* Particula על כן causam indicat, cur sua secum, quoad licebat, properarent auferre, hanc nempe, quod e veteri patria nunc esset discedendum. Forma feminina יחרה non occurrit nisi hic in Nostro, et paralelo Cap. Jerem. v. 36. Rabbiorum nonnullis est *praestantia, excellentia*, ut in aliis locis יחר ויחרון. Secutus idem haud dubie vetus Latinus, qui potuit, *secundum magnitudinem operis*, fortasse et Alexandrinus, qui interrogative ponit: *μὴ γὰρ ἔστιν ἄλλο μὲν ἔσται; num quid et sic salvanda est?* Sed multo aptius יחרה in ea significatione sumitur, quae forma masculina יחר perhaepe in Hebraeo Codice occurrit, *quidquid in re aliqua fuerit residuum.* In vocibus יחרה עשה est ellipsis *relativi* אשר, ut sit pro אשר עשה, *residuum quod fecerit*, quae ellipsis est frequentissima. Post עשה nominativam aliquem debere intelligi, quisque videt. Plerique intelligunt *Moabitas*, quibus nunc transportandae aliorum, aut hostibus furripiendae facultates essent. Mihi tamen congruentius videtur, cum Aurivillio *hostem* intelligere, et quidquid is, dum late praedabatur, intactum reliquerat. Nil certe aliud potuissent fugientes secum abducere. Potuit certe propheta, suppresso licet nomine, respicere hostem, quem ubique spectat tamquam praesentissimum. In eundem ergo sensum, quamvis hostis non fecerit mentionem, transtulit MICHAELIS: *was sie noch übrig haben.* Apud Ieremiam, XLVIII, 36. legitur על כן יחרה עשה אברר, ex quo suspicatur Lowthus, a nostro pariter positum esse, quod deinde errore transcribentium exciderit, אברר aut אברה, siquidem in Syro fit אברה, in Chaldaeo אברר.

spoliabuntur, et, suppleta Ieremiana voce illa, parallelismus utriusque hemistichii fiat plenior. Sed bene monet

Aurivillius, in Syro haud dubie legendum esse **לחב**, fecit; Chaldaicum vero, quod per totum fere versum litteram textus Hebraei deseruerit, parum valere, ubi de veritate Hebraeae scriptionis agatur quaestio. Accedit, quod in Ieremia structura totius commatis valde discrepet, et nec in Alexandrino nec Latino, cognatisque Mss. Hebraeis codicibus, indicium vllum illius siue אברר siue אברה reperiatur. Hemistichii huius sensus constitui vix poterit, antequam sciamus, *hostesne*, an *Moabitae* abstulerint secum ea, quae propheta proxime antea dixerat. *Hostes* voluerunt Alexandrinus, Hieronymus, Raschi, Vitranga, Lowth, et fortasse Syrus quoque et Chaldaeus; quae interpretatio a rei supra narratae pertristi violentia non profus aliena erit. Verum cum totum fere carmen in describenda Moabitarum fuga versetur; equidem cum Aurivillio, Doederlinio, Hezelio, aliis, Moabitis tribui existimauerim, quod nunc vates dicit. Asportant opes suas securitatis causa. Hoc igitur posito, פקרהם cum Aurivillio verterim, non tam *custoditas diu et reconditas opes*, quam potius, *ad manus quidquid erat*, aut oculos, trepida sub fuga tetigerat. Etenim פקר est *inspicere, tueri*, vnde פקרה, *munus*, quo alicuius curae et perpetuo veluti conspectui quidpiam subiicitur et committitur; פקורים, per frequenter Dauidi in Psalmis, *diuina praecepta*, mentis certe ab oculis numquam dimittenda, פקרון, *depositum*, continue vigilibus tamquam oculis seruandum, ne laedatur aut pereat. Hinc nostrum פקרהה *rem quamlibet fugientibus sub oculos cadentem*, significabit, cum praecipiens nunc fuga, hostiumque insequentium vis haud permiserit, altius recondita perquirere ac depromere. Illa autem super, vel *ultra* פקרהם dispulsi Moabitae ardebant pertrahere. Quoniam נחל et *vallis et torrens*, per vallem defluens, Hebraeis dici-

dicitur, non satis certum, vter significatus hic praeferendus. Poterit, opinor, vterque non male coniungi. Difficilius autem, locum eiusque situm definire. Recedit longius Alexandrinus, qui vertit: ἐπαξία γὰρ ἐπὶ τῆν Φαράγγα Ἀραβίας; e Syro, quia voces Hebraeas retinuit, parum lucis oritur; obscurum est Chaldaei: *terminus eorum iuxta mare occidentale tolletur ab eis*. Nec sibi constat Hieronymus. Vbi dixerat: *pro salicibus in Hebraeo legimus Arabim, quod potest et Arabes intelligi et legi Orebim, id est villa in finibus eorum sita, cuius a plerisque accolae, in monte Horeb, Heliae praebuisse alimenta dicuntur, quod nomen propter ambiguitatem transfertur et in coruos, atque occidentem locaque campestris*; dein subiicit, *torrentem salicum, Babyloniae accipe flumina*, Pl. CXXXVII, 2. et denique: *sive vallem Arabum, per quam pergitur ad Assyrios*. Primum placuit Michaeli, transtulit enim Rabenbach, qui I Regg. XVII, 3. 5. vocatur כְּהַל בְּרִיא; alterum Lowtho, qui habet: *to the valley of Willows* in notis explicans: *that is to Babylon*. Aurivillius significari putat torrentem Zared, per Arabiam transluentem in mare mortuum; quippe qui iure merito dici potuerit *torrens Arabum*, et quem traici necesse fuerit his, qui e Moabitide tenderent ad Zoarae urbem, quorsum fugientes quoque properasse vl. 5. dicuntur.

8. Dum incertae et periculosae fugae sese dant Moabitae, veriti vsquam subsistere, donec ultra fines oppressae ab hostibus regionis peruenissent, fletus ac ploratus latissime circumferunt. (כי הקיפה—מראב) Si הקיפה deriuetur a יקף, significabit *circumdat*; si vero cum Aurivillio referas ad נקף, vi multo fortiori *contundit* erit. *Metas* regionum Hebraeos vocasse כְּבֹל, a primitiuo כָּבַל, Arab. جَان, quod *montem* significat, consuetum maximeque fidum veteribus populis terminum, nemo iam ignorat. Forsan et Graecis ὄρος, *mons*, et ὄρος, *terminus*, in origine affines fuerunt. אגרים eadem haud dubie erat vrbs, quam Eusebius vo-

cat *Αγαλλαι*, illius aetate *Κομη*, vicus, ab Areopoli octo milliaria austrum versus, hinc non valde remota a Moabitae-
rum australi termino. *Αγαλλαι* quoque dictam cenlet Relan-
dus, utpote quam aequae ac Zeniam *IOSAPHVS Antiqq Iudd.*
L. XIV. c. 1. inter duodecim vrbes Arabicas, ab Alexandro
Magno expugnatas, memorat. Ad *Beer Elim* quod editi-
net. coniecit Iunius ad version. Latin. *אילי מים*, qui di-
cuntur *Exod. XV, 15.*, esse posse *שרים ימיות עם*, a qui-
bus effossus *באר*, puteus, celebratur *Nun. XXI, 18.* hunc-
que adeo a Iesaja nunc indicari. Sed quum haec opinio
fundamento valde lubrico nitatur, nec *Beer Elim* nomen
vsquam in Veteris Geographiae scriptoribus obueniatur, re-
manebit illud, quod hodie fatentur omnes, ignorari illius
sive putei, sive vrbs, situm. Repetendam esse in versione
particulam *עד* ante *מים*, res postulat, et linguarum ho-
diernarum indoles, tametsi, consuetudine permittente He-
braei sermonis, haud opus erat, vt in textu poneretur. In
יללחה vltimum ה habet *Mappik* in editionibus vulgaribus,
vnde referendum erit, vel ad gentem Moabiticam, vel
ad praecedens *זעקה*. Sed monet Aurivillius, multo fore
efficacius, si ה, *Mappik* illo destitutum, habeatur pro in-
tensiuo paragogico, figaturque accentus in penultima, vt
ישעקה, *Psalm. III, 3.*, *עקלקה*, *Psalm. CXXV, 3.*,
Job. X, 22. In Complutensi certe ה in posteriore *יללחה*
Mappik caret. Geminavit vates hanc vocem, ideo haud
dubie, vt, repetita tristissimae significationis voce, sonum
ipsum vbique percellentis stridoris, auribus aequae legen-
tium ac animis sentiendum praebere. *Harmonicam imitati-*
tem vocant poeticae Artis Doctores, suntque in Hebraea
poesi minime insolentes eandem vocum eiusmodi repeti-
tiones, quoties maior affectus iusserit *Genes. XLIX, 22.*
ימיניך יהוה bis ponitur, similiter *Exod. XV, 6*
in Nostro vs. 1. *כי בליל שדר*, tum Cap. mox sequenti vs. 7.
ויליל, et *LIII, 7.* *ילא יפוח פיר*, immo in *Deborae hymno*
Iud. V, 12. *אורי* quater legitur. Non erat igitur, cur *Κορ-*
pius

prius prius תללי tanquam ab elegantia stili poetici abhorrens, voluerit expungi. Graecus, ait, interpres, non nisi semel posuit. At habet is ipse prius; est posterius, quod in vulgo edito desideratur. Habuit in textu hebraeo Syrus, qui אַלְלַי vnum post alterum transcripsit. Habuit Chaldaeus, qui post תללי subiunxit תוצא. Habuit vetus Latinus, tamen loco posteriori vertit: *clamor eius*. Posterius supplendum censuit Origenes in Hexapleri editione Alexandrini textus, siue quod in Graeca quadam versione alia, siue in ipso etiam Hebraeo fonte, repererat. Et in Complutensi editione legitur: *συνηε γαρ η βου το εριον της Μωαβιτιδος, της Αγαλλαιμ και ολογυμος αυτης, εως τε φρεατος τε Έλαμ ολογυμος αυτης*, utrobique expresso תללי illo, quod in Hebraeo bis positum.

9. Caedes adeo feralis, ut occisorum sanguine vicinus exundet fluvius. (כִּי-דִיבּוֹן) Per דיבון eandem significari urbem, quae *vl. 2. dicta Dibon*, non est dubium, quum utroque nomine appellari solitam suo iam aevo testetur Hieronymus, sitque in linguis Orientalibus frequens, ut *b et m*, in nominibus potissimum propriis alternent. Videtur autem propheta urbem, quam supra *Dibon* dixit, hic *Dimon* vocare, ut alludatur ad דִּבּוֹן, *sanguinem*, cuiusmodi similitudines in sono vocum captare amant Orientales. Non erat igitur, cur *CELLARIUS Geograph. Antiq. Tom. II. pag. 676.* dubitaret, an differente vnica in littera, nomine potuerit urbs eadem designari. In codicibus nonnullis Alexandrinae versionis *Ρεμμων* dicitur, uti et in Syro *Ribun*, nisi error scribae subsit, qui *r* pro *d* posuerit. (עַל דִּיבּוֹן נִיכְסָה) Plerique haec verba duce *Varabla* interpretantur: *addam addiciones*, i. e. nouos riuos canalesque recentes in ipsum *Dimon*; q. d. augebo *Dimon* sanguine interfectorum. Aliis vero praeplacet *Grotii* interpretatio; *sensus est, nouas dabo causas, cur ita merito vocetur is*

fluvius; nempe quod דרמן alludat ad דם, vt iam monitum est. Per *aquas* autem *Dimonis* quoniam intelligendus haud dubie fluvius aliquis, minutulum rivum intellexit Michaelis, quem, iuxta Dimonis urbem, in Arnonem porro defluisse arbitratur. (לפליטח—אדמה) Ante omnia dispiciendum de אריה, si verborum sensum explicare velimus. Omnes fere interpretes hanc vocem sumerunt pro nomine substantiuo, *leonem* significante. *Leonem*, proprie dictum intelligit Hieronymus, minari prophetam ratus, fore, vt Moabitarum profugi a leonibus bellisque aliis absumerentur. Nec aliter Michaelis, ne addam ceteros, quibus eadem est sententia. Chaldaeus אריה pro *leone* haud dubie accepit, sed eum in paraphrastica versione interpretatus est, מלך במשריחה, *regem, cum exercitu suo*, quem *Nebucadnezarem* censet Vitringa, אריה quoque appellatum Ierem. IV, 7., indeque simul collegit, Prophetam ad cladem, a Babylonis demum inferendam, quamque potissimum denuntiet Ieremias Cap. XLVIII, respexisse. *Hostem* Moabitarum *Henslerus* quoque intelligit, vertit enim: *Auf Moabs Entronnene stürzt der Löwe, auf des Landes Ueberrest*. Hi igitur interpretes, posterius hemistichium per se capi posse existimantes, suppleunt ad אריה siue verbum substantiuum, siue commodum quoddam aliud, ita vt sensus sit: *profugis Moabi et reliquis Adamae erit, aderit, vim inferet Leo, aut faevus victor*. At Lowthus haec verba connectit cum antecedentibus: *Iet will I bring more evils upon Dimon, upon the escaped of Moab and Ariel*. Scilicet in Graeco suo quia repererat: και Αριηλ, mox id arripuit, tametsi, an Moabus vsquam veteribus dictus sit Ariel, valde videatur dubium. E nomine certe urbis Αρεσπολεως nullo modo euinci poterit. *Aurivillius* אריה, *leonem*, Moabum appellari censet, tum ob priscam illius potentiam, tum aduersus Israelitas vim efferram, tum et immanem, cuius accusatur Cap. seq. vs. 6. superbiam. Ad Moabum vero אריה referens tanquam praedicatum, hemistichium posterius coniungit cum priori, hunc

hunc in modum: plenae iam sunt aquae Dimonis sanguine; iuxtaque Dimonem ut auctiores fluant, faciam his, aut per hos, qui euaserint inter potentes nuper et audaces Moabitas, quique ex Adama traxerunt originem, i. e. ne fuga quidem se eripere poterunt, si qui prius hostium impetum fefellerint; sed sub fuga ipsa occidentur, fusoque sanguine כורספרא, *augmenta*, dabunt praetereunti fluvio. Mibi quidem haec interpretatio artificiosior videtur. Optimam puto, quam Doederlein dedit: eumque (rivum Dimonis) irriguum faciam fugitiuis Moabitis et reliquiis Adamae, nempe sanguine eorum. אריה positum est pro אררה *humectabo, irrigabo*. ארמה alii *terram vertunt*, ut e veteribus Saadiaz, urbem alii, cui nomen olim *Adama*, unam e quatuor misso de caelo igne euerfis. Quamquam in locis aliis, ubi urbs illa memoratur ארמה legitur, nunc autem in nostro ארמה, leuiculum tamen hoc in pronuntiatione discrimen non impedit, quo minus urbs eadem tenetur, praesertim cum ארמה, quoties exstat alias in Alexandrino, ubique nuncupetur *Adama*. — Ceterum memoranda adhuc est Syri interpretatio:

וְאֶת־נַחְשֵׁי אֲדָמָה יִשְׁלַח בְּעֵבְרֵי מוֹאָב וְיִשְׁלַח בְּעֵבְרֵי מוֹאָב

et cogitabo de iis, qui euaserint ex Moabo. Legit pro אריה forsan ארמה. Verba לשאריה ארמה ad initium Capitis sequentis refert.

CAP. XVI.

I. Alloquitur propheta gentem Moabiticam, et suadet, ut missa ad Iudaeos legatione, horum auxilium et amicitiam imploret (vl. 1—5). (שלחו כר מושל-ארץ) Haec verba vertere solent: *mittite agnum dominatoris terrae*. Per כר intelligunt tributum כרים *agnorum et arietum, a rege Moabi-*

tarum, quem מרשל-ארץ dictum putant, Iudæis eorumque regi mittendum, vt hi auxilium ipsis præstent, et latibulum, quo in calamitate imminente perfugiant. Dauidem enim sibi obnoxios fecisse Moabitas, eosque tributum illi pependisse, 2 Sam. VIII, 2. Deinde etiam a Mefcha, Moabitarum rege, regibus Israeliticis, vsque ad Achabum, tributum esse solutum, 2 Regg. III, 4. Hic autem iubere prophetam Moabitas hoc tributum, Israelis regno extincto, Iudæis persolvere. Quamquam huic interpretationi nihil opponi potest, quod certe alicuius momenti sit, satius tamen erit, pro כר, auctore Syro interprete (אני לבני) לבני) legere בר, quam lectionem etiam codex Kennicotti 403. et fortasse quoque 158. exhibent. Ex de Rossianis prætermisissis nonnullis dubiis, quatuor aperte hanc lectionem seruant. Prætulere etiam hanc lectionem receptæ optimi nostri æui interpretes artisque criticæ periti, Michaelis, Dathe, Lowth, Doederlein, Koppe, Hensler. Verba igitur vertenda sunt: *mittite filium dominatoris terræ, i. e. regis Moabitici, ad filiam Zion, quæ mox nominatur.* Splendida enim legatione, per ipsum regis filium, genti Moabiticæ, a Iudæis, qui tunc tuti a Marte erant, auxilium et hospitium petendum fuisse, quisque expectabit. — Pro שלח legere אשלח, minus necessarium videtur, quamquam Alexandrini, Vulgatus et Syrus sic legerunt. (מסלע מרברה) Qui סלע pro nomine proprio vrbis Selaë seu Petraë, metropoleos Arabiaë petraeae, habent; principem illum Moabiticum ad hanc urbem fugisse, et hinc Hierosolymam euasisse fingunt. Illi vero, qui lectionem receptam retinent, quaerunt, cur propheta agnos tributarios ab hac vrbe potius mittendos velit, quam ab aliqua alia? Respondet Vitringa, rationem haud dubie hinc esse repetendam, quod Moabitæ, aequè ac Arabes, soliti essent, magnos pecudum greges in Desertum hoc agere, eosque ibidem pascere, et Arabiam Petraeam habuissent tan-

tanquam promptuarium quoddam commune, in quod se qualicumque casu recepissent, et vbi sua reposuissent. Ex hac regione agnos tributarios Hierosolymam missos esse per *desertum Ierichuntinum*, quod voce מרבררה indicari, multis euincere studet Vitringa. *Henslero* סרע est nomen appellativum, quo significari putat *montem*, vel illum, qui Moabitidim dirimeret a Iudaea, a *IOSEPHO de bello Iud. L. V. c. 4.*, *מצדס* *δρος* vocatum; vel eum, ad cuius radices Moabitidis metropolis *Ar*, siue *Areopolis*, sita esset; de quo monte adducit locum ex *Abulfedae Syria*, p. 90. ed. Koehler. Sub מרבררה autem cum Vitringa intelligit *desertum Ierichuntinum*, quod transeundum fuerit Areopoli Hierosolymam proficiscentibus. Haud male quidem; quamquam mihi praeplacet *Koppii* sententia, סלע מרבררה habentis pro poetica descriptione regionis Moabiticae, olim tutissimae, iam vastatae et desolatae: *mittite principem a petra deserta ad montem Sionis*. Sic etiam סלע et הר sibi vt opposita respondent.

2. (והיה כעוף נודד) *Est enim Moab* (qui omnino hic intelligendus est) *sicut avis vaga*. נודד significat *motum celerem, fugam, agitationem*, neque potest commode vno semper verbo reddi; *vagam* vel *vagabundam* hic dicere possumus. — קן משלח *nidus disiectus, dissipatus, destructus*, nam vt Cap. XXVII, 10. נרה משלח ומעוב est *mansio dissipata et deserta*, cuius incolae, instar gregis, vi abacti et dispulsi sunt; ita et hic *nidum* designat disiectum et turbatum, ex quo pullae aues huc illuc volitant destructo nido, *vagabundae, et incertae, quo se vertere debeant*. (תהיימה ל ארנון) *Filiae Moab* hic videntur esse *vrbes Moabitidis*. Ante מעבררה supplent על. Sed *vada Arnonis* ipsa a poeta intelligi poterant. Non contemnenda est *Forerii* coniectura pro מַצְפְּרוֹת efferendum esse fortasse מַצְפְּרוֹת, *factae transire*; et ita videtur iunxisse Vulgatus, qui vertit *in transcensu Arnon*. „*Arnon* fluvius, qui Mosis tempore Moabitidem a Iudaea

daea separabat, Iesaiæ aëuo, cum Moabitæ varias trans Arnonem vrbes a Iudæis recepissent, medium secabat regnum. In huius igitur quasi medietullium belli terrorem proferendum esse dicit. Haec *Doederlein* ad h. l.

3. Versu 3. 4. describit mandatum, legato Moabitico ad Iudæos datum, oratione, qua consilium suum exponit; anxie quidem: dein suaviora addit, vs. 5. הַבִּיאוּ עֵצָה, videte vt consilio prudenti adiuvetis afflictos Moabitas; et idem est עֵשׂוּ פְּלִילָה, nam פְּלִילָה, quod proprie notat *iudicium*, siue potius *δυναστεία* (nam radix פֶּלֶל Orientalibus significat *rimari*), hic de *sapiente et prudenti consilio* adhibetur, vt vel ex eo patet, quod respondet τῷ עֵצָה. Carere igitur possumus Michaelis coniectura, pro פְּלִילָה legentis פְּלִילָה: *mache wie eine Nacht, mache gleichsam eine Nacht, i. e. gieb im Mittag einen Schatten, der wie eine Mitternacht sey.* Ceterum varia est lectio codicum Hebraicorum, הַבִּיאוּ et הָבִיאוּ, ac עֵשׂוּ et עֲשִׂי. Iam, quoniam tam libri plures manuscripti et impressi, quam ex veteribus Syrus et Vulgatus קָרִי et הַבִּיאוּ et עֲשִׂי exhibent, Lowthus id praeferendum censet τῷ כְּתִיב, feminina, addens, ad בַּח צִיּוֹן respicere. *Kockerus* contra putat inutilem esse hanc Masoretharum, etsi antiquam, crism, monetque, generis numerique inter se permutationem Hebraeorum poetis elegantiam fuisse. Conf. not. supra ad Cap. I, 29. שִׁחִית־צְהָרִים) *Ponere umbram*, pro praesidio esse; et *umbra noctis*, sicut alias *umbra nubis*, pro densa et opaca, h. e. refrigera eos, tanquam nox esset, per quam cessat aestus, praesta eis validum praesidium; esto securum perfrugium, et iucundum refrigerium. בַּחֲדָר צְהָרִים, *in ipsa meridie*, in feruore meridiano. (סְהָרִים אֶל-חַגְלֵי) Sit illis miseris tutus apud vos receptus.

4. (כָּרְחִי) Aliis punctis subiectis et contra distinctionem Masorethicam Alexandrini et Syrus legerunt כָּרְחִי מִצָּב, quam lectionem etiam *Lowth*, *Michaelis*, *Doederlein* receperunt.

runt. Posse tamen vulgarem lectionem quoque defendi, acute vidit Koppias, nempe sic, vt verba sint principis Moabitici legati: *excipite fugitiuos meos*, i. e. populares meos fugientes. (כי אפס-הארץ) Recte Grotius monet, verba vertenda esse in futuris, *finiet enim expressor, desinet populator, abibit de terra conculcator*, nempe occurrit legatus Moabiticus obiectioni, q. d. non diu durabit, neque onerosum erit illud officium protegendı Moabitas, nam hostis mox ipse profligabitur. Nisi potius quis cum Koppio particulam כי sumere velit pro *ita vt*, quam significationem aperte habet Psalm. CII, 5. Tunc sensus erit: *adiuva et auxilium praeſta Moabitis, vt afflictionis hostilis finis fiat*. Verbi חמץ vis est in *comprimendo, exprimendo*; usurpatur de *expressione lactis* Ies. LXVI, 11., *sanguinis*, Levit. I, 15. Bene igitur ingenium tyranni exprimit, qui emungit populum terramque. רמס, *conculcator*, collectiue sumitur, vel distributiue, vnde iunctum est verbo in plurali, חמו, *finem habebunt et desinent, consummabuntur*, vt Genes. XLVII, 18. Deut. II, 16. Psalm. IX, 7.

5. Sunt, qui hunc versum pro responsione regis Israelitici habeant; mihi vero aptior videtur Doederlinii sententia, haec verba adhuc esse legati Moabitici, regi Iudaeorum hoc etiam argumento suaturi, vt Moabitis auxilium praestet, quod regnum eius, quippe e Dauide orti, firmum sit et stabile. (והוכן בהסר כסא) *Clementia fulcrum throni sui*. (וישב עליו באמא) Summa cum *veritate* seu *fidelitate* regium munus exercet, populum suum non defraudans, neque dolis res eorum auertens. (באהל דויד) *In tentorio*, i. e. palatio, domo *Dauidis*. (מהר צדק) Recte monet Ludovic. de Dieu hoc vertendum esse: *peritus iuris, siue iustitiae*. Sic enim vox indubie sumitur Esr. VII, 6. et Psalm. XLV, 2. Hanc significationem et apud Syros habet; exemplum adfert de Dieu ex epistola Gabrielis Sionitae, Syri, ad amicum quendam, ויודעתיא ויודעתיא לְבִבְרָא מְהִיָּא וְיִדְעִתְהָא, *viro perito et intelligen-*

6. Orationi Mosbitarum respondent comitia Iudaica hoc versu, negantque illos hanc gratiam meruisse. (לא כן בריר) Varie hic locus versus est ab interpretibus: nam quidem sic: *non erunt veri sermones illius*. Alii: *non rata erunt mendacia eius*, i. e. non sortientur effectum quae iactant. Alii: *non rectum cogitationes eius*. Alii: *superbia eius, et arrogantia eius, atque indignatio eius, vere non sunt, nisi mendacia eius*. Alii: *superbia eius, et arrogantia eius, et indignatio eius, non sicut fortitudo eius* (nempe quoniam בָּרִים saepe *velles* denotat, id pro *fortitudine* positum existimarunt), i. e. fortitudo eius non est tanta, quanta est eius superbia; et sic Vulgatus sumsit. Sed his omnibus praeferenda est Vitringae, seu potius Cocceii interpretatio, quam ille plenius tantummodo explicuit et adornavit. Probarunt quoque eam optimi post Vitringam interpretes. Scilicet obseruandum 1) voculas לא-כן, quae secundum Malorethas inter se coniunguntur per *Makkaph*, in interpretatione ita coniungendas esse, vt vnã faciant vocem, vt לא-כן vertendum sit: *non rectum*, i. e. futile, vanum, inane, falsum, stultum. Vocula enim לא, nominibus praeposita in huiusmodi constructione auget emphasim, veluti, לא-טוב *non bonum*, Hebraeis est *pestimum*, Ezech. XX, 15.: לא-עץ, *non lignum*, nihil minus, quam lignum, supra Cap. X, 15.; לא-אל, *non Deus*, nihil minus, quam Deus, in quo nihil diuini est. 2) Vocem ברִים, cum varias admittere queat interpretationes, hic esse exponendam de *vaniloquis, diuinis, hariolis*, prophetis mendacibus, alta sonantibus cum iactantia. Est a בָּרָא, in lingua Syriaca et Arabica obuium, *mendax fuit*. Infra Cap. XLIV, 25. iunguntur ברִים cum קסמים, *hariolis*. Pariter Ierem. L, 35. in prophetia de Babele: הרב על הברִים, *gladius contra diuinos* (qui sapientiam iactant profundam, et leuiter agent; vnde ברִים *sermones iactantiae, falsiloquiae*, apud Jobum, XI, 3. Et nostro loco omnes veteres ברִים expresserunt *diuinos*. — 3) Vocem ברִים hic esse construendam

dam cum verbo שמענו. Conf. Ierem. XLVIII, 29 seq. Ergo illud לא-כן, *non-rectum Diuinorum*, hic significat falsiloquia, ψευδολογηματα vatum, hariolorum, diuinorum, in quibus nihil *recti* et *veri* (haec enim notatio est genuina vocis כן, vt patet ex Num, XXXVI, 5.) inest, quae vaticinia Moabitis longi temporis prosperitatem et securitatem pollicebantur, eosque aduersus Iudaeos incitabant.

7. Auxilio ab Iudaeis denegato, Moabitae erumpunt in lamenta et planctus de tristi, quod ipsis instaret, fato. (לכן ייליל מואב למואב) Sunt, qui cum Hieronymo praefixam ל hic vertant, *ad*; vt sensus sit, Moabitam vnum alterius calamitatem deplorare; quemque suam deflere sortem, omnes mutuam et communem. Sed cum in voce mox sequenti לאשישי particula ל sumenda sit pro *super* siue *de*; fatius erit, eam in hac quoque voce illa significatione accipere. (לאשישי קיר-חרשת חרבו) De voce לאשישי est iterum interpretum dissensus. Et primum quidem de veteribus dispiciamus, qui partim aliter legisse, partim vocis significationem ignorasse videntur. Alexandrini verterunt κατοικισσι, et Chaldaeus אָנָא, legerunt itaque hi sine omni dubitatione לְאָנָא, quod in loco parallelo Ies. XLVIII, 31. inuenimus (אָל-אָנָא קיר-חָרֶשׁ יִרְגָה), et hoc nostro quoque loco ponendum censet Lowthus et Dathius. Theodotion exhibet ἀχμωδισσι, *squalidis*, quos fortasse posuit pro *lugentibus*, quasi in textu positum esset לְאָנָא, ab אָנָא, Arabic. اَاجِس, *desperauit*. Symmachus εὐφραίνεμενοι, et Vulgatus, *qui laetantur*; nec tamen hos aliter legisse putarim, quod Michaeli videtur, qui לְאָנָא in textu eorum positum arbitratur; potuerunt nostrum לאשישי legere, sed id referre ad radicem אשש, qui Arabibus *agilis, promptus, lubensque fuit, exultauit*, significat. Sed nulla est causa, cur lectionem receptam deseramus, quam optime interpretatus est

Syrus; nam vertit is: $\left[\begin{array}{c} \text{p} \\ \Delta \\ \text{y} \end{array} \right] \text{ } \left[\begin{array}{c} \text{y} \\ \text{v} \end{array} \right] \text{ } \text{super fundamentis}$
muri

muri destruendi gemetis. Scilicet nostrum אשישם idem haud dubie denotat, quod Chaldaeorum אשׂשׂא, Syrorum אשׂשׂא, Arabum أسس, *fundamenta*. Clerico quidem displicuerunt *fundamenta*, ex mera coniectura pro illis, *muros*, reponenti; mihi vero haec significatio (*fundamenta*) omnino nexui sermonis apta esse videtur, ut innuatur, de euerſa vrbe nihil amplius superesse, nisi *fundamenta*. Arabibus quidem a *fundamentis* et *reliquiae*, id quod *superest*, dictae, i. e. vbi de euerſa vrbe sermo, *rudera*. — Ceterum nostra vox plane est diuersa ab illa אשישה quae occurrit 2 Sam. VI, 19. 1 Paralip. XVI, 3. Cant. I, 5. et Hof. III, 1., et *massam vuarum passarum* indicat, vid. MICHAELIS *Supplementi. ad Lexx. Hebr.* P. I. p. 140. Sed quum multi interpretes hanc vocis posterioris significationem ignorantes, eam *lagenas* vertissent, et cum nostro vnum idemque nomen existimassent, factum est, ut haud pauci locum nostrum interpretati sint ita: *super lagenis Kirhareth lamentabimini*, i. e. de vineis dirutis. Verum cum אשישם non *lagenas* denotet; omnis haec interpretatio corruit. Memoratu tamen digna prae aliis est Doederlinii de hac voce sententia. Confert is Arabum آنت, *herba viuens*, vide eius *Curr. Exegett. in V. T.* pag. 108.; verbaque nostra reddit: *ob vites Kirharethas suspirent*, „nam אשישם, sit in nota addita, *herbae viuentes sunt, vitium inprimis*, Hof. III, 1. 1 Chron. XVI, 3.“ — Quod adinet ad קיר הרשה, non est dubium, quin sit illa ipsa vrbs *Kir*, in principio huius vaticinii (Cap. XV, 1.) memorata, eodemque nomine designata Regg. II, 25., quae mox appellatur קיר-הרש. Alexandrini legerunt הרשה (cum Daleth) pro הרשה; nam ponunt καταρσσε χερσσε (ita enim rescribendum esse pro eo, quod nunc in libris impressis legimus: καταρσσε δε σερσ, vel inde apparet, quod Arabs in Polyglottis, Alexandrinos vertens, scribit حداسان), idemque

idemque ponunt infra vs. 11. et Ierem. XVIII, 21. pro eiusdem illius urbis nomine. Videntur igitur in Hebraeo legisse קיר-חרש, siue קיר-חרש, quod *Neapolin* denotat. אשישים *vere percussa*, i. e. subuersa, destructa, ad אשישים referendum est. Olim vero varia lectio in his vocibus videtur fuisse. Syrus: *gemeris: ut aegroti*. Pro אָךְ legit אָךְ et נכאים, *percussus*, intellexit *aegrotos*; hunc tacitus Doederlein, *suppirent aegrotorum more*, vertit. Alexandrinus: καὶ αὐτὸν ἐντραπέζῃ τὰ εὐδία ἔσειβον. Coniunxerunt igitur ultima verba nostri cum initio sequentis; pro אָךְ videntur אָךְ legisse, atque נכאים pro נכלמר, Hebraeum נכלם saepe reddunt per ἐντραπέζῃ. Placuit Lowtho, his interpretibus auctoribus, textum Hebraeum ita mutare: אָךְ נכלמר שדמרה חשבון, *aber schmachvoll liegen die Fluren Hesbons*; quibus verbis aptissime respondere putat tanquam alterum hemistichium, quae vs. 8. sequuntur: אָמלל נפן שבמה, *schmachtend steht der Weinstock Sibmah*. Verum parallelismus membrorum ex lectione et diuisione Masorethica egregie sibi constat, ut cuique legenti apparebit. Ceterum cod. vnus inf. pro נכאים habet נכאים; duo נכאים.

8. אָמלל נפן חשבון אמלל (כי שדמרה חשבון אמלל) Propr. *Nam arua Hesbonis languidissimum*; אמלל neutraliter est sumendum, ut supra II. 11. אָמלל, vid. pag. 89. Inutilis igitur est *Michaëlis* coniectura, pro אָמלל legentis אָמלל, *loquar* (אָמלל); *canam arua Hesbonis*. חשבון hic est sumendum de *aruis vitiferis*, ut suadet contextus et membrorum parallelismus, qui idem est Deut. XXXII, 32. שדמרה enim *vites ipsas* denotare, quod ex magistris Hebraicis nonnulli autumant, nullo argumento nititur. חשבון (נפן-שדמרה) *Sibma* erat urbs, in sorte Rubenitarum sita, haud procul urbibus *Nebo* et *Baal-Maon*, quibus iungitur Num. XXXII, 28., et Ios. X II, 19. urbs: *Tferethae Haffschachor*, quae fuisse dicitur *in montano vallis*, illius scilicet, in qua sepultus Moyses, quae montanis *Nebo* et *Abarim*, siue *Pisga*, subiecta, insignita

Ies. Var. B b fuit,

fuit, haud dubie in apricis collibus ad pedem montani *Abarim*, vt recte videtur coniecisse Malus. Verba בעלי גוים שרוקיה הלוטו הלוטו duplici modo accipi possunt, vel, *domini gentium*, i. e. hostes, Assyrii, *contuderunt generosos palmites eius*, vel, *generosae vites dominos gentium contuderunt*, h. e. inebriarunt; conf. infra XXVIII, 1. vbi *inebriati* הלוטו יין, *contusi vino*, vocantur, et similiter *Grotius*, vbi de vino Mareotico canit *Cyneget.* vers. 312. *Pharios quae fregit noxia reges.* Placuit posterior haec interpretatio *Vitringae* et *Lowtho*, qui vertit: *Herrscher der Nationen wurden be-
rauscht von seinen edlen Reben.* Mihi vero totius carminis contextui et consilio aptius videtur, haec verba priore modo intelligere: *hostes vineas generosissimis vitibus confitas vastarunt.* Verbo הלוטו *nutandi* significationem inesse, multis probare studuit *MICHAELIS* in *Supplementt. ad Lexx. Hebr.*

P. II. p. 540. ex Arab. ⁵ ¹ *سالم*, *flaccus*. Hinc locum nostrum vertit: *cuius palmites dominos gentium nutare fecerunt.* Sed *contundendi* significationem tuentur tam veteres interpretes, in plerisque, vbi illud verbum occurrit, locis, quam membrorum parallelismus, Iud. V, 22. 26. et Proverb. XXIII, 35., quibus locis semper iungitur cum alio verbo, *contundere*, significante. שרוקיה esse *vitem generosam*, ostendimus ad Genes. XLIX, 11. (עד יער נבער) *Iaezer* erat vrbs, in extremo *Gileadidis* sita, ad ortum aquilonarem *Hesbuntis*, a qua quindecim millibus passuum abuisse scribunt *Eusebius* et *Hieronymus*. Hucusque igitur propagines vitis *Sibmae* se extendisse, tam foecundam fuisse et laetam propaginibus plantam vates dicit. (העז מדבר) Positum hoc pro *perierant desertum*. Per *desertum* hic intelligitur *desertum Arabiae*, quod circumdabat *Moabitidem*, appellaturque eo nomine omnis terra, quae *Moabitidi* et *Arnoni* et ad *Ortum* et *Austrum*, vt clarissime liquet ex Num. XXI, 13. *Et castrametati sunt (Israclitae) in terra trans Arnonem, qui locus est במדבר in deserto.*

Sed

Sed strictus, terra montanae regioni *Abarim*, in longum protensae a Septentrione ad Austrum, subiecta ut vers. 11. *tumuli*, siue *colliculi Abarim*, in deserto, quod est e regione *Moabi ad Orrum solis*. (שלווחיה נטשו) sunt *palmites*, rami *emissarii*. נטשו non esse vertendum, *derelicti* aut *evulsi sunt*, sed, *diffusi sunt*, vnde apud nostrum infra XVIII, 5. בטישה, *propagines, stolones*, res ipsa docet. Nulli autem plantae id magis, quam viti conuenit, cuius est, ita disseminari et diffundi, ut palmites et stolones per interualla in terram missi, nouas identidem praesent arbores, plures iterum daturas palmites, quod hic proprie est נטש. — (עברו ים) Id nemo intellexisset, nisi interpretatus esset *Ieremias*: et tamen plures, siue non insp.cto hoc vate, siue ex aliis rationibus, ab ipso discesserunt, et cogitarunt hic partim de *mari mediterraneo*, partim de *mari Sodomaeo*, siue *mortuo*, ut *Cocceius* et *Doederlein*. Sed in loco parallelo apud *Ieremiam*, Cap. XLVIII, 32 ita legitur: *deshebo te, o vitis, Sibmae, propagines tuae (נטשיהיך) transferunt mare; mare Iaezeris pertigerunt*. Per *mare* autem *Iaezeris* intelligendus est *lacus*, qui fuit apud hanc urbem. Tam laetae palmitum *Sibmaearum* fuerunt *propagines*, ut proferperint ad *lacum Iaezeris* ipsumque *transferint*, i. e. ripas eius replentes, partem eius obumbrauerint, veluti illum *transiturae*.

9. על כן—שבמה (על כן—שבמה) *Propterea fleo fletu Iaezeris vitem Sibmae*, i. e. pari fletu, quo deploraui Iaezerem, etiam *Sibmam* deshebo. Similiter *Ieremias*, XLVIII, 32. מכבי, *prae fletu Iaezeris te deshebo, o vinea Sibmae*. Alii: *fleo cum fletu Iaezeris (cum fletu) vitis Sibmae*, h. e. lacrymas meas misceo lacrymis ciuium *Iaezeris* et *Sibmae*, ob vastationem, quae agris et vineis eorum accidit: sic *Kimchius*, qui בכבי ante שבמה vult repeti. *Lowthius* cum *Alexandrinis* בכבי legere mallet, eodem fere sensu, quem modo indicaui; vertit enim: *darüber will ich weinen, weinen, wie Iae-*

10. (וּנְאֻמָּה שְׂמֵחָה וּגְבִיל מִן הַכַּרְמֶל) *Colligeretur*, i. e. auferetur, quod ipsum verbum vates fortasse ideo elegit, ut ad colligendos et auferendos fructus in *messe* respiceret. כַּרְמֶל esse nomen montis in Galilaea, notum est, sed hic quemuis montem cultum significat. At *Hieronymus* Charmeli quidem montis nomen esse putat, sed quod hic sumatur pro quouis loco amoeno, et fersce, qualis ille mons erat. *Idioma*, inquit, *scripturarum est, quod semper Charmelum montem opimum atque nemorosum, qui Ptolemaidi imminet, et in quo orauit Elias, fertilitati et abundantiae compares; ac per hoc significat, omnem laetitiam et fertilitatem de uberimis quondam urbibus auferendam.* Vulgo aruum fertile ea voce significatum interdum volunt; crediderim potius, auctore Clerico, montem excelsum sic interdum dictum, nomine montis Iudaeae. Vide etiam BOCHARTI *Hieroz.* P. I. Lib. II. Cap. XLVIII. p. m. 532. 533. (לֹא יִרְעַע) *Non vociferabitur*, scil. לֹא אֵישׁ, *nemo*. Moris erat, praesertim in laeta vindemia, laetas vociferationes edere. הִירָר hic est *coeleusma*, seu vox illa laeta messorum, aut vindemiatorum, sese inuicem ad opus excitantium et laetantium. הַשְׂבָּחִי, *faciam ut desinat*. Alexandrini in tertia persona Passiui vertunt, *πεπαισται*, hinc Lowthus in Hebraeo legendum censet הַיִּשָּׁב.

11. (עַל-כֵּן יִהְיֶה) *Intestinorum commotio et strepitus* apud Hebraeos quousvis animi motus vehementiores, tam laetos, quam tristes indicat. E. c. Job. XXX, 27. *Viscera mea* רִחְחִי, *ebulliuverunt, et non quiescunt*. Jerem. IV, 19. *Viscera mea! viscera mea! cor meum* הִוָּמַה לִּי *in me edit strepitum*. Conf. quoque Thren. I, 20. II, 11. apud nostrum LXIII, 15. Sensus igitur est, tantam fore Moabitudis cladem, ut digna futura sit, cuius causa omnes commouentur, etiam hostes.

12. Ultima depingitur miseria Moabitarum, qui in tanta calamitate positi se conuersuri sint ad idolorum suo-

rum delubra, ab iis auxilium petituris; sed absque successu; quin ipsa quoque illa ab hostibus sint vastanda (הבמה—יריה)
 Ad verbum *et fiet, postquam conspectus fuerit*, h. e. conspiciendum se praeberit Moab, et se delassauerit apud aras, vt se conferat ad Sanctuarium etc. Hic est orationis nexus, et nulla est causa, cur *Seckero* auctore verba כִּי נראה expungamus, cum tam linguae Hebraicae genio optime conueniant, quam ab interpretibus vett. exprimentur. במרה sunt arae in excelsis extructae, ad quas Moabitae, in summa angustia versati, confluxerant, conf. not. ad Cap. XV, 2. לְהַחֲמִיל מִקְדָּשֵׁי לְהַחֲמִיל רַבָּא אֵל מִקְדָּשֵׁי לְהַחֲמִיל hic esse fanum, adytum, in quo Moabitarum idolum, *Camosch*, staret, recte vidit *Vitringa*. Sumitur haec vox alias quoque, pro fanis et sacrariis falsorum Deorum, veluti Ezech. XXVIII, 18. Amos VII, 9. 13. Ergo recte hic Paraphrastes מִדָּשׁ vertit בית טעוהיה, domum idoli sui. — Quoniam Ephraem Syrus pro nostro מִקְדָּשׁ posuit לְבַתְּמִיָּהוּא וְלְבַתְּמִיָּהוּא, ad templum Hierosolymitanum; Michaelis pro מִקְדָּשׁ legendum putauit מִקְדָּשֵׁי מֵעַם, meum, Iehouae, templum, יוֹכֵל vero sumit ea significatione, qua Arabes suum وَكَلٍ usurpant, confusus est, et pro לָא legit לֵר, vt sensus sit: *Moabitas, postquam frustra se fatigauerint in excelsis suis, inuocando idola sua, optaturos esse, vt possent introire Sanctuarium Iehouae, et in eo confidere*. Sed quorum immutemus textum, et vocibus significationes intolerentes tribuamus, vbi lectio recepta, et voces significationibus consuetis acceptae. bonum sensum dant לֵא יוֹכֵל, non poterit, idem valet, quod, nihil obrinebit, nihil efficiet, frustra erit. Sic Psalm. XXI, 12. et supra Cap. VII, 1. Totius commetis sensus igitur est, *Moabitas, delassatos apud aras, ingressuros iplum Camoschi fanum, ad preces et supplicationes suas ibi profundendas, sed nihil obtenturos, et tunc maxime experturos idololatriae et superstitionis suae vanitatem*.

13. 14. Sequitur additamentum, huic carminis nostri recensio adiectum ab eo, qui hoc vaticiniorum corpus collegit; vide *Argumentum*. Putavit haud dubie ille, carmen hoc editum esse tres annos ante Moabi excidium. Simile additamentum vide infra Cap. XXI, 6., ubi idem temporis spatium, *tres annos mercenarios*, inuenimus. Significantur autem *annis mercenariis* haud dubie praecisi, et certo mensium, dierum, horarum spatio accurate definiti. מאד propr. *a tunc*, h. e. tempore aliquo superiore, quod Latini effecerunt *olim, pridem*. Eadem significatione vocula illa occurrit infra Cap. XLV, 21. XLVIII, 3. 4. 5. בכל ההמון הרב) *Cum omni illa copia magna*, quod vel de hominum multitudine et strepitu, vel de copia rerum, vel de vtraque simul intelligi potest. Conf. not. supra ad Cap. V, 13. 14. — לא כביר, *non validum*, i. e. stylo poetico Hebraeorum *valde invalidum*, infirmum, in quo nulla vis, nulla excellentia est; vt infra XXI, 7. Alexandrini habent כאן אר ערמוס, Chaldaeus יסוף כל יקרהון; vnde Michaelis coniicit, eos legisse לא כבוד, *non gloria*.

CAP. XV. 1. *Vaticinium de Moabo. — Noctu vastatur Ar Moabi, destruitur; noctu vastatur Kir-Moabi, destruitur.*

2. *Ascendit Baitha et Dibon excelsa ad fletum. De Nebone et Medeba eiulant Moabitae, capitibus rasis, barba evulsa.*

3. *In plateis se succingunt sacco, in tellis et foris cuncti eiulant; quisque lacrimis immergitur.*

4. *Clamorem edix Hesbon et Eleale, usque ad Faaz auditur vox illorum; quin armigeri Moabitarum vociferantur prae nimio, quo agitantur, terrore.*

5. Cor meum propter Moabum clamat; fugitivi eius vagantur usque ad Zoar — usque ad Aegath-Schalischia; — clivus Luchith cum fletu ascenditur; in via versus Horonaim clamor ruinae et calamitatis resonat.

6. Quippe aquae Nimrimi exsiccantur; exarescit gramen; deficit herba, olus non suppetit.

7. Hinc opes, quas sibi acquisiverunt, in futuros usus repositas, ad vallem Arabum portant.

8. Circuit clamor ille Moabi terminum; usque ad Eglaim, usque ad Beer-Elim uluiatus eius auditur.

9. Dimonis aquae sanguine tinctae sunt, quin addam Dimoni incrementa, eumque irriguum faciam a fugitivis Moabitibus, et reliquiis Adamae.

CAP. XVI. 1. Mittite filium (al. agnum) dominatoris terrae a petra deserta ad montem filiae Zionis.

2. Nam ut avis vaga, ut nidus derelictus sunt filiae Moabi ad Arnonis traiectus.

3. Afferte consilium, praestare auxilium; umbram praebere nocti similem in ipsa meridie; absconde propulsos, fugientes ne prodas.

4. Commorentur in te propulsi mei, Moabitae; esto iis latibulum. dum vastatorem fugiunt: nam desinet oppressio: finietur vastatio: tollentur e terra, qui omnia conculcabant.

5. Stabilis enim est gratia et clementia thronus; sedet in sede regia Davidis iudex verae pietatis et religionis studiosus, qui ius curat, et iustitiam promte exequitur. — —

6. „Sed bene novimus fastum Moabi. Est valde superbus: arrogantiam, inquam, eius, fastum et iram, mendaciarum eius.“ —

7. Idcirco eiulat Moabas super Moabo. Tota terra Moab eiulat! — Super fundamentis Kirchareschae destruetis lamentabimini!

8. Agri Hesbonis steriles iacent, vitem Sibmae contuderunt domini gentium, cuius (vitis) palmites ad Iaezer pertraxerunt, et per desertum percusserunt; cuius propagines diffusae sunt, et mare transferunt.

9. Propterea defleo vitem Sibmensem, quemadmodum Iaezer lugeo! Lacrymis meis te, Hesbon et Eleale! adspingo, quoniam super aestiuos fructus tuos et super messem tuam celestusma irruit.

10. Sublatum est gaudium et exultatio ex aruis, in vineis non cantatur, nec clangitur. Vinum in torcularibus non calcatur; effeci, ut clamor iubilantium cesset.

11. Ideo viscera mea propter Moabum tanquam cithara perstreperant, et intestina mea propter Kir-Charesch!

12. Et cum Moabitae ad aras comparuerint, et in iis delassati fuerint; sanctuarium suum ingredientur precandi causa; sed nihil obtinebunt! — —

13. Haec Iehoua olim Moabitis comminatus est:

14. Sed nunc loquitur Iehoua in hunc modum: spatio annorum trium, quales sunt anni mercenarii; euilescet gloria Moabi, cum omni illa sua copia magna; et reliquum quod fuerit; parum, pusillum, non validum erit.

C A R M E N D E C I M V M
Q V A R T V M.

(C A P. XVII. I — II.)

A r g u m e n t u m.

*V*aticinium hoc non tantum contra Syros, ut in inscriptione dicitur, sed contra Israelitas praecipue editum esse, cuique illud legenti apparebit. — Dilabitur autem hoc carmen in partes duas: priore (vs. 1. 2. 3.) Syris; posteriore (4—11.) Israelitis interitus denunciatur. — Inscriptores, quos vidi, fere omnes, Capite XVII. XVIII. unum continuum vaticinium constitui existimant. Sed cur mihi aliter videatur, in Argumento carmin. seq. exponam.

Eo tempore, quo hoc carmen editum est, Damascus iam excisa erat (vs. 1. 2. 3.), et regno Israelitico eadem calamitas imminebat (vs. 4. et seq.). Ergo non est dubium, quin hoc vaticinium illo ipso tempore editum sit, quo Assyrii, ab Ahaso in auxilium vocati, duce Tiglathpilese, postquam urbem Damascum expugnassent et Rezinum regem interfecissent, etiam in regnum Israeliticum irrumpere et aliquas tribus captivas abducere sese parabant. Igitur hoc vaticinium statim post carmen septimum (Cap. IX, 7—X, 4.) erat ponendum.

I. (משא דמשק) Scribarum negligentiae deberi falsam hanc inscriptionem, vix monitu opus; conf. Argumentum.

tum. (מוסר מעיר) Propr. *remota est, ut non sit vrbs*, quod recte Hieronymus: *desinet esse ciuitas* interpretatus. כ hic est *pruatumum*, vt supra V, 6. vbi not. conf., et VII, 8. מעם, *ne sit populus*. (והיתה מעי מפלה) Quoniam Alexandrini pro מעי sicut *πρωτων* posuerunt, Vulgatus: *sicut aceruus*; Lowthus illos לעי, hunc כעי in textu Hebraeo legisse putat: ipse mallet, Graecos secutus, לעי legere. Verum scite monuit Koppius, vtrumque interpretem מעי legere potuisse, sed liberius sensum expressisse: עי et מעי non esse diuersa, nisi quoad formam; מעי vero paronomasiae causa cum מעיר, in priori hemistichio, a Iesaja esse electum. Possit tamen מעי quoque *aceruorum locus* verti, vt כ fit *locale*. Simonis confert Arab. مغى, *reliquias supexesse fecit*. Ceterum eaedem, quae hic locutiones, ad vrbs alicuius destructionem describendam, occurrunt quoque infra XXV, 2.

2. (עזבוה ערי ערער) Per *vrbes Aroer* multi interpretes intellexerunt vrbes regionis *Trans Jordanensis*, quae olim occupatae a Rubenitis et Gaditis, subinde, inclinata eorum fortuna, redierunt in potestatem Moabitarum; quas vrbes hic volunt appellari vrbes *Aroer*, quod inter eas eximia esset vrbs *Aroer*, sita ad ripam Arnonis, e regione *Rabbae Moabitarum*, in extremo tractu Orientali ditionis *Trans-Jordanensis*. Huic vrbi vicinas et proximas putant hoc loco dici *vrbes Aroer*. At enimvero, quamquam non insolens est, *vrbes*, primariae alicui vicinas, ab ea denominari, veluti Ios. XIII, 17. vbi השבון ערי, *vrbes Hesbuntis*, omnino sunt vrbes, *Hesbuntis* vicinae; illi sententiae obstat hoc, quod *Aroer* vrbs, in extremo sita limite regionis *Trans-Jordanensis*, circa illud tempus iam dudum redierit sub potestatem Moabitarum, qui postremo tempore regni Ephraimitici in illo tractu praeualuerunt. Apud Ieremiam quidem, XLVIII, 19. Moabitis manifeste tribuitur. Si vero supponas, vrbem illam adhuc fuisse illo tempore sub potestate Gaditarum; du-
rius

rius videri queat, prophetam ab ea vrbe denominatum totam regionem Trans-Iordanensem. Certe longe commodius hic intelligitur tractus aliquis Syriae Damascenae, si quis huius nominis extiterit. Kimchius quoque ipse probabile ait, intelligi urbem quandam Syriae illustrem: et ad eundem modum Oecolampadius; sed non demonstrant. Quin putem, auctore Vitringa, inde petendam esse rationem, quare Intt. Vett. Graecus et Chaldaeus, cum viderent hic de Syria agi, et ignorarent nomen eiusmodi urbis et regionis Syriae, orationem prophetae alio flexerint. Et quidem Interpres Graecus, ac si adhuc ageretur de Damasco, simpliciter habet: καταλεημμενηῖς τοῖς αἰῶσι, *derelicta in aeternum*. Ex ערובתא fecit ערובה; vocem ערי neglexit; et פרס ערער omnino legit, vel legere voluit ער ערי, quod Lowtho placet et *Darkio*, qui vertit, *et vrbes erunt derelictae in perpetuum*. Chaldaeus: שביקן קרייתון הרבר, *derelictae vrbes eorum vastabuntur*, haud dubie quod Hebraicum ערער contulit cum Chaldaico ערער, *frangere, confringere, comminuerere*. Vocem Hebraeam retinuerunt Saadias et Sy-

rus (nam quod in Biblioth. Polyglott. legitur: ערער) sine vlla dubitatione est sphalma typographicum, saepe in illis occurrens). Vitringa inter duas sententias dubitat. Una est, ipsam urbem *Damascum* hic παρανομασια appellari *Aroer*, nomine et exemplo ab vrbe *Aroer* Moabitica desumpto: quae cum vere esset vrbs *gemina*, quam torrens *Arnon* perfluebat; sic putabat Vitringa se rem habuisse cum Damasco qualis antiquissimo tempore erat, vt torrens *Chrysothoas*, qui ex montibus defluens, urbem recta petit, eam in duas secuerit partes ad exemplum *Aroer* Moabiticae, quare ipsa *Damascus* per μετανομασιαν hic diceretur *Aroer*, ערער, i. e. *vrbs gemina*, ex gemina עיר. Sed omnia haec e longinquo petita et parum verisimilia esse, cuique patebit. Praeferenda est altera, quam Vitringa proposuit, sententia, per nomen ערער hic designari ipsam *vallem* vel *planitiem*

Damascenam; vel illi proximam *vallem*, quae inter montes Libani et Anti-Libani interiacet. Docent enim Arabici

idiomatis periti, vocem ^{50!} *وادي*, et proxime affinia ab ea derivata significare *profundum* siue *depressum*, quid, et quidem *planitiem, vallem, terram cauam*; unde ipsa *planities Damascena*, vel *vallis Libani* montis celeberrima illa hoc nomine a propheta appellari potuit; siue fictum ab ipso sit nomen; siue a vicinis, aut incolis ipsis ita dicta fuerit. In utraque autem hae valle plura fuerunt oppida aut vici maiores. *Geographus Nubiensis*, pag. 117.: *protenditur ALGAVTA,*

¹⁰¹⁰⁰ *القطعة* (sic ille vocat *vallem Damascenam*) *spatio duarum stationum in longitudinem, unius in latitudinem; et continentur in ipsa pagi quasi urbes, qualis est Maza cum suburbiis suis, et Barda, Harfenna etc.* Eadem est MICHAELIS sententia de *ערער*, cui et ego calculum addere non dubito. Sed tunc *ערער* efferendum erit, ut recte monuit idem ille Michaelis. — DOEDERLEIN vertit: *Deserta erunt oppida maleagridis, et relicta onagris*: nempe *ערער* ei videtur nomen *Maleagridis*, conf. Ierem. XLVIII, 6. Pf. CII, 18. Pro *ערער* autem legere mallet *פררים*, Job. XXXIX, 5.

3. *ונשבה מבצר מאפרים* *Et cessabit munitio ab Ephraim*: quae verba intelligi possunt, vel cum respectu ad *Damascum*, ut sensus sit, destructa Damasco, munimentum illud, in quo fiduciam posuerant Ephraimitae, ablatum esse: inita enim cum Syris societate, respexerant Ephraimitae *Damascum* ut *מבצר*, *munimentum*: vel cum respectu ad *Ephraimum* ipsum, ut sensus sit, ipso illo tempore, quo *Damascus* subuerteretur, Ephraimitas esse infirmos et privandos praecipuis suis *munimentis*, quippe quae ab Assyriis expugnarentur. Posterius hic ex meo quidem sensu est praefendum. Respicitur ad loca munita Galilaeae et Ephraimitidis, sita in montibus, per naturam ipsam ab irruptioni-




raptionibus hostilibus munitis. Immo vero designatur hic aperte *Samaria*, munimentum Ephraimitarum, quo illi gloriabantur. Idem est quod Michæe Cap. I, 6. *et ponam Samariam in acervum agri, et plantas vineae, et faciam defluere in declivem lapides eius* (videlicet erat מבצר, munimentum, in monte structum) *et fundamenta eius nudabo.* (וטמלכה־יהוה) Sunt qui accentum Atnach post מרשק ponendum censent, ut verba vertenda sint *et cessabit regnum a Damasco, et reliquiae Syriae ut gloria Israelitarum erunt.* Sed cum Maforetharum distinctio bonum sensum efficiat, nulla est causa, cur eam, veterem certe illam, deseramus. Nam si verba vertas: *et cessabit regnum a Damasco et reliquo Syriae, ut gloria filiorum Israelis erunt*, scil. Damascus et reliquum Syriae, nihil vitii est in sensu, et sententia rectius se videtur habere, quia comparatio *gloriae filiorum Israelis*, acque haud dubie ad Damascum pertinet, quam ad reliquam Syriam; et fauet etiam constructio orationis Grammatica. Inutilis igitur plane est *Hubiganii* coniectura, pro אשר legentis אשא, *fastus*. Sentui, qui ex distinctione et lectione vulgari prodit, *Michaelis* et *Koppius* opponunt hoc, illo admissio, interitum Syriae comparari cum expugnatione regni Israelitici, tum nondum facta. Hinc *Michaelis* lectionem statuendam censet ita: ככבוד דמשק בני ישראל יהיו, *sicut gloria Damasci Israelitae erunt*, i. e. eodem modo debilitati, plurimis in captivitatem Assyriacam abductis, sicut inclytae Damasci incolae. *Koppius* vero verba ככבוד־יהוה ad verbum seq. refert, hoc sensu: *Sint illae* (Damasus et Syria) *Israelitarum gloria*, i. e. quibus gloriantur Israelitae tanquam foederatis; *futurum tamen est, ut minuetur gloria Iacobi etc.* Mihi quidem illud, quod *Michaelis* et *Koppius* interpretationi vulgari opponunt, argutum magis, quam graue videtur. Totius commatis sensus est, Damascenorum et reliquorum Syrorum eandem esse sortem, quae foret Ephraimitarum, utriusque regni rempublicam eversum et dissolutum iri. כבוד *gloria*, h. e. praestantissimi quique

quique reipublicae ciues, cum opibus facultatibusque suis.

4. Transfit poeta ad mala Ephraimitis minanda, duplici vsus similitudine: *una* est desumpta a corpore, quod integra et florente valetudine magnum praefert decus et praestantiam, sic vt sine delectatione ab aliis non conspiciatur; sed quod subito marcescit, ita vt decus omne et species ei pereat. ירל כבוד יעקב, ירל, *aruenabitur, imminuetur, tenuis et exilis fiet*, haec enim est vis verbi דלל, conf. Psalm. LXXIX, 8. כבוד eodem sensu hic est sumendum, quo proxime antea occurrit: tum ipsi spectabiles et opulenti reipublicae ciues et proceres; tum opes, copia, et rerum omnium abundantia, republica florente.

5. *Altera* similitudo (conf. vs. anteced.) desumpta est a collectione aestiua et autumnali fructuum; siue segetis fertilioris, qualis demeti solebat in valle Rephaim; siue vitis, oleae, aliarumque arborum frugiferarum: vt enim, vbi demetitur seges, paucae solummodo hic illic relinquuntur spicae; et vbi colliguntur vuae, aut stringitur olea, pauci tantum reliqui fiunt, et quidem non optimi generis racemi; sic futurum, docet propheta, vt hostes Assyrii messem faciant in Ephraimitide, et quidquid hominum aut rerum illas terras olim ornauerat, messorum instar colligant atque alio transferant, paucis solummodo rerisque relicis in terra tenuioris fortunae hominibus, tantae calamitati superstitionibus. כציר קמר (כאסוף קציר קמר) *Sicut colligit messor segetem*. Vox קציר passim Hebraeis significat *messem* ipsam; sed hic omnino vertenda est per *messorem*, vt patet ex eo, quod additur, *et brachium eius spicas demetit*; vbi relativum in voce קציר non potest alio referri, quam ad קציר. Est igitur hic loci nomen *formae adiectiui*, ad exemplum שדיר et פליט, vt recte Kimelius obseruauit, quem optimi interpretes sequuti sunt. (בעמק רפאים) *Vallis Rephaim* erat planities lata et ampla, subiecta Hierosolymis, in climate Occiduo ad Austrum,

strum, Eleutheropolin versus procurrens, cuius notitia clarissime concipitur ex libro Iosuae, XV, 8. XVII, 10. ubi describuntur fines fortium *tribuum Iudae et Beniaminis*; conf. 2 Sam. V, 18. 22. XXIII, 13. XIV, 3. IOSEPHVS *Antiqq. Iudaicæ*. Lib. VII. Cap. X. de hac valle: *Palæstinorum exercitus usque ad urbem accessit, et in ea valle (κοιλῆδι) castrametatus est, ἡ μέχρι πόλεως Βηθλεεμ διατεταται*: quae usque ad *Bethlehemum urbem extenditur*: quod tamen ita accipiendum, ut non directe meridiem versus extensus fuerit hic campus, sed deflexerit versus *Occiduum*; in: ipiens ab extremo *montis*, qui vallem filiorum *Hinnom*, a monte *Zione* separabat. Nomen repetendum a *Rephaitis* (de quibus vid. not. supra ad XI, 9.) qui olim hanc vallem, fertilem haud dubie, planam et situ commodissimam, sibi vindicarunt.

6. (ונשא-בי-זיה) Vox ערללוח proprie ad *vindemiam* pertinet, notatque *racemationem*, quae post factam *vindemiam* instituitur. Etiam si vero nihil vetet, eam hic transferri ad *olivas*, quae in prima olearum strictura *relictæ* nova iterataque cura leguntur; est tamen probabile, vatem ad duas similitudines hic respexisse, licet alteram earum hic tantummodo expresserit. (שנים-אמיר) *grana, baccae, fabae*, coll. Chald. בגריר, *bacca*, Deut. XXXI, 14. et Arabic. ^{5 6 6}  *faba*. אמיר esse *ramum*, res ipsa ostendit. Sic etiam Alexandrini, ἐπ' ἀγρῶν μετεωρῶν, Chaldaeus, בריש ענפא Vulgat. *in summitate rami*. Confer Chaldaeorum ^{5 6}  *ora, fimbria*, et Arabum ^{5 6}  *princeps*.

7. Superstitēs in terra, relicta idololatria, ad Iehouam, eiusque cultum reuertentur. עשה hic est *formator, constitutor, reipublicae Iacobitarum*, quo sensu verbum עשה usurpatur quoque Deut. XXXII, 6.

8. De אֲשֵׁרִים vid. Deut. XVI, 21. 22. et supra ad I, 29. De חֲמִטָּה vid. ad Levit. XXVI, 30. Nunc tamen vocem hanc *delubra, adyta*, vertere mallet, ex ^ואֲשֵׁרִים *prohibuit*, et ^ואֲשֵׁרִים *inaccessus, prohibitus*. Reddunt quoque ita Alexandrini Ezech. VI, 4. 6. itemque tres Graeci, cum in Ezechiele, tum Ies. XXVII, 9., Vulgatus in Ezechiele et 2 Parall. XIV, 4. XXXIV, 7.

9. (כַּעֲזוֹבַח חֲרָשׁ וְהָאֲמִיר) Vexavit haec dictio iam veteres, quorum diuergia his in Commentario verbis indicauit Hieronymus: *miror*, inquit, *pro aratris et aceruis frugum* (sic interpretabatur, חֲרָשׁ ad חֲרָשׁ *aratris*, referens, et אֲמִיר cum עֲמִיר confundens) *voluisse Aquilam interpretari*, testamur et Emir, LXX. Amoraeos et Euaeos. *Solus Theodotio Hebraicum verbum posuit, Ars et Emir, quod apud nos emendatius legitur, Hores et Amir, id est, vomeres et acerui segetum.* His addendum pro nominibus propriis voces illas et

Syrum habuisse, ^ואֲשֵׁרִים ^ואֲשֵׁרִים ^ואֲשֵׁרִים, id est, vt Ephraemus in Commentario intellexit, *vallis Charfch et Emir*, quas valles putat trans Iordanem fuisse. Ex recentioribus *Michaelis, Lowthus, Dathius, Struensæe* Alexandrinos secuti, vertunt: *illo tempore urbes eorum munitae desertae erunt, uti olim Chiuæi et Amoraei suas urbes munitas deseruerunt metu Israelitarum.* Quin pro חֲרָשׁ וְהָאֲמִיר Alexandrinos in suo codice חֲרָשׁ וְהָאֲמִיר legisse censent. Sed cum satis manifestum sit, Alexandrinos, aëque ac reliquos interpretes, nomina propria ex vocum Hebraearum ignorantia posuisse, non tutum erit, eos sequi. Scite quoque Kocherus monet, si *Amoraeos* et *Heuaeos* textus antiquus habuisset, non esse probabile, pro iis aliquem difficiliora substituisse. Lectionem autem vulgarem optime interpretatus est Doederlein, hoc modo: *tum, inquam, cum munitiones desertae erunt* (sicut arua et arborum vertices, Ies. Var. C c quos

quos deserunt), *ab Israelitis ac vastatae etc.*; quae in nota sic explanat: „חרש (sive חרש, sive חרש cum Symmachio legas) *iatum* est. Conuenit Arabico حرت, cuius hunc significatum *Gelius* docet. אמיר, *vertex arboris*, ponitur pro *arbore*. Recurrit oratio ad imaginem superiorem *vf. 6.* Nempe post messem deseritur aruum; deseruntur *arborum vertexes*, etsi bacculas quasdam offerant, relinquendas aibus aut viatori. Sic deserendas esse munitiones ab Israelitis, comminatur.“ (כפני בני ישראל) *Coram Israelitis*, in terra superstitibus.

10. 11. Acris reprehensio foederis cum Syris initi. Israelitae humanis subsidiis, Syrorum foedere, rebus suis maius conciliare decus maioremque florem moliebantur. Sed fructus ac euentus huius consilii belli tempestas erat, deuictis Syris in Israelitas saeuens. Hanc sententiam vates poetice enunciat, similitudine desumpta ab iis, qui seminaria sibi instruunt amoenissima, peregrinis et rarissimis plantis confita, atque, vt succrescant et maturo fructu floreat, expectant; tum vero, cum fructus colligendi sunt, pro iis messem laborum planctus doloresque diros percipiunt. Ergo sub *plantis voluptuosis et peregrinis* non tam *doctrinas peregrinas idololatrarum*, quae Vitringae est sententia, intellexerim; quam potius *foedus et amicitiam populi Israelitici cum Syris*, optatissimam illam, et in qua magnam fiduciam posuerunt, spe in lehoua plane seposita. חרשתי *conseuisti eam* scil. כרם, *vineam*. (ביום-חפריהי) *Propr. die plantationis tuae operam dabis, vt cresceret* (id enim in Piel denotat שנה) *et mane semen tuum fecisti efflorescere*, i. e. die, quo plantaueris vitem tuam, virgultum tuum, quod plantaueris, accipiet incrementum et florebit: initio omnia tibi succedent pro voto, eruntque priora felicia et prospera: ac postea incidet in summas aerumnas et calamitates. כר-אנרש) Haec verba interpretes mire exercuerunt. Mihi illorum inter-

interpretatio ita videtur instituenda: *ablatio messis die possessionis*, i. e. quo eam possessurus esses, *et dirus dolor*. כד referendum est ad כד, *aufugit*, et posuit hanc vocem haud dubie vates ideo, vt simul alluderet ad כד, *acervum*. יום נחלה, *dies possessionis*, vocatur dies messis, quia tunc fructus terrae colligi et usurpari solent: cum putes te habere messem, nihil inuenies praeter dolorem: messis euanuit, imo pro me^{re} habebis dolorem desperatum. Similiter Hieronymus: *ablata est messis die haereditatis et dolebit grauiter*: et Grotius: *migrabit messis in die (speratae) possessionis, et (sucedet) dolor desperationis*. Cui vero haec interpretatio non placet, is eligat ex sequentibus. Quidam ita vertunt: *acervus messis erit die aegritudinis et doloris grauissimi*, i. e. sata et plantata tua omnia, cum aduenerit exercitus Assyriacus, modo reputabuntur pro quodam messis acervo, facile ab iis absumendo. Hi in tota hac oratione *plantas* et *fructus* propria significatione accipiunt. — Alii נחלה referunt ad חלה, vertuntque *aegritudinem, plagam grauissimam*, vt Ierem. X, 19. XIV, 17. XXX, 12. hoc sensu: *acervus molestiae, angustiae, taedii, die aegritudinis etc.* — VITRINGA: *comploratio messis erit in die plagae exitialis, et aegritudo incurabilis*; nempe כד refert ad כד, *complorare*, Job. II, 11. Pl. LXIX, 21. Ierem. XLVIII, 17.

CAP. XVII. 1. *Vaticinium de Damasco. — Damascus ex urbium catalogo deleta est; est in acervum ruinae redacta.*

2. *Deserta sunt oppida vallis; greges ibi recubant, nemine terrente.*

3. *Et sic priuata est Ephraim munitione, et Damascus ac reliqua Syria regno! Vna est eius et Israelitarum calamitas, ait Iehoua, Dominus exercituum.*

4. *Et illo tempore imminuetur gloria Iacobi, et pinguedo carnis eius marcescet.*

5. *Perinde erit, ac si colligit messor segetem, brachio suo spicas demetens, aut qui messem facit in valle Rephaim.*

6. *Tantum in eo relinquetur racematio, ut in strictura oleae. Duae, tres baccae in vertice summi rami; quatuor, quinque in ramis arboris frugiferae, ait Iehoua, Deus Israelis.*

7. *Tunc respicient ad conditorem suum, et numen Israelitarum intuebuntur.*

8. *Non respicient ad altaria, opus manuum suarum, non ad ea, quae ipsi fabricarunt, neque ad lucos et delubra.*

9. *Illo tempore urbes munitae desertae erunt coram Israelitis (superstitibus) et vastatae, sicut arua et arborum vertices derelictae sunt.*

10. *Quia oblitus es Dei salutis tuae, et petrae munitio- nis tuae non es recordatus: quia plantasti seminaria amoena, quae peregrinis arboribus conseruisti.*

11. *Cum crescere curaueris et efflorescere; euanescet mes- sis tempore colligendorum fructuum, immo dolebis vehementer.*

CARMEN DECIMUM SEXTUM.

(CAP. XVII. 12—XVIII, 7.)

Argumentum.

*A*uditur exercitus aduentantis strepitus (XVII, 12. 13.): omnia perturbatione et terrore plena sunt; sed subito proster- nitur exercitus ille, qui tantum terrorem iniectis (vs. 14.). Iubentur Cuschaci ad gentes remotissimas mittere legatos (XVIII, 1—3.), qui communis hostis subitam cladem (4—6.) annunciant. Cunctae gentes gratias agunt Iehouae, eumque summis laudibus efferunt ob insperatum auxilium (vs. 7.).

Capitis XVII. versibus tribus ultimis exercitus Assyriaci Sanheribo eluce aduentum et subitam cladem decantari, ita clarum est, ut omnes fere interpretes id viderint. Ad quam sententiam confirmandam accedit hoc, quod Cuschaei aliis gentibus exercitus illius stragem nunciare iubentur. Iam vero ex 2 Regg. XIX, 9. et Ies. XXXVII, 9. patet, Tirhacum, regem Cuschaeae siue Aethiopiae, exercitum instruxisse ut depelleret Sanheribum, deuicta Iudaea in Aegyptum quoque tendentem, ut eam potestate suae subiceret. Apertissime igitur noster Aethiopus compellat Cap. XVIII., et ostendit, nil opus esse tanto molimine quo suam illi rem ac Iudaeorum tutari ardebant; Iehouam sua vnus potentia, sine ullo humanarum virium ministeria prostrauisse efferum hostem.

Iam his ita positis, vix monitu opus, hoc carmen cum praecedente, quod Ahafi temporibus editum esse vidimus, non esse coniungendum. Nostrum poni debuit statim post Cap. XXXVII.

Caput XVIII., quod propter inusitata verba et figuratas sententias unum est e difficillimis huius vaticiniorum collectionis, docte illustravit AVRIVILLIVS in Dissertat. XV.

CAP. XVII. 12. חרי hic est acclamantis et excitantis, לשון קריאה, vt iamdudum exposuerunt Hebraei; conf. infra XVIII, 1. LV, 1. Zach. II, 10. 11. Ceterum magni exercitus strepitum cum *tumultu maris* comparari, solenne est Hebraeis poetis. Conf. supra VIII, 7. Psalm. LXV, 8. LXXXIX, 10.

13. מ מרחק recte Vulgatus vertit *procul*; מ enim hic non est praepositio. (רדה-רוח) רדה כמץ *fugabitur sicuti palea*, significat rem leuissimam. הרים, *montium*, adiecit, quod supra montes magis vigeant venti (וכבלבל לפני סופה) Ventus in rotam impactus, eam rapidissime agitat et circumvoluit.

14. בלרה, *terror, stupor*; coll. Syr. כַּלֹּסֵט, *terrui*, vnde כַּלֹּסֵט, *terror*. Quis non videt, alludere hic manifeste prophetam ad exercitus Assyriaci subitam stragem, quae memoratur infra XXXVII, 36.

CAP. XVIII.

I. חרי eodem plane significatu hic est sumendum, quo supra XVII, 12. Dissentiunt interpretes maxime in characteri-

Aeribus, quibus propheta aenigmaticè terram quandam designat, explicandis; dum alii *Aegypto*, alii *Aethiopiae* signa illa diacritica conuenire contendunt. Plerique *Aegyptum* putant indigitari, sed hi ipsi quoque in singularum dictionum explicatione iterum dissentiunt. Verba ארץ צלצל כנפים mire exercuerunt interpretes. ארץ צלצל legitur etiam Job. XL, 31., sed significatu eo, qui in locum nostrum parum quadraverit; ponitur enim ibi de *instrumentis piscatoriis*. In Plurali צלצלים reperimus 2 Sam. VI, 5. et Psalm. CL, 5. Vtrobique est minime dubium, denotari instrumenti aliquod genus Musici. Orta inde BOCHARTO *Phaleg*. Lib. IV. Cap. II. cogitatio de *fistro Aegyptio* hoc loco intelligendo. Scilicet cum supponeret, *Aegyptum* hic ἀλυσματαδωρ describi; verba ארץ צלצל כנפים vertit: *terra cymbali orarum* (כנהף, *ala*, enim Hebraeis sumitur frequenter pro *ora* siue *extremitate rei* alicuius), docens, per *cymbalum orarum*, intelligi *fistrum*, notissimum instrumentum religionis in sacris *Isidis*: dictum ארץ צלצל a צלל, *rinnire*, quod argutum ederet *rinnitum*, et id cum *cymbalo*, proprie ita dicto, commune haberet. Placuit haec sententia inter alios Huetio (*Demonstrat. Evangel.* Propos. IV. Cap. X. §. IV.) quoque, Clerico et Lowtho. Sed si largiatur etiam quis, *fistrum* appellari posse *cymbalum alatum* ob formam (*virgulae* fuerunt, per laminae traiectione, *rinnitum* ad contactum laminarum excitantes); non probabile est, vatem denominasse terram, quam intelligendam voluit, ab instrumentis in cultu quodam religioso usitatis; nimis remota certe est haec appellatio. — Deut. XXVIII, 42. insecti quaedam species arboribus herbisque noxii vocatur ארץ צלצל, aliis licet vocalibus, quam quae adsunt voci nostrae, insigniatur; quo nomine cum coniecisset HILLERVS (in *Dissertat. de calamit. Aethiop.* inserta p. 883. *Theaur. Nov. Theolog. Philolog.* ed. 1732.) designari *locustas*, has quoque hic intelligendas putauit. Quod quam aptum sit nostro loco iudicent alii. — STEPHANVS LE MOYNE in *Dissertat. ad Ierem.* XXIII, 6. Cap. IV. p. 180. voce ארץ צלצל alludè putat

ad idolum Veteris Aegypti, quod Κνωφ, *Cnuphis*, dicebatur. Quam interpretationem, quum sola litterarum similitudine nitatur, memorasse, idem est, ac refutasse. — Haud pauci, Alexandrinis et Chaldaeo auctoribus, per *terram umbrae alarum* Aegyptum designari putant, a *naibus*, quae *expansis velis* (quae figuram habent alarum), frequentes Nilum fluvium secarent, vt *fluvium*, et metonymice terram Aegypti *obumbrare* censerentur. Sed recte huic sententiae obuertit Vitringa, per צלצל כנפים vatem haud dubie aliquid terrae, quam in mente habuit, plane proprium et peculiare indicare voluisse; fluvium autem naibus frequentatum, tam Aegypto, quam Aethiopiae cum multis aliis terris commune esse. — Multis credita *Aegyptus* dicta *umbra-culum alarum*, quod vulgo Iudaei, sub alis Aegypti, hoc est Aegyptiorum praesidio, se defensum iri opsnabantur, quoties valentior hostis irruerat, ac si appellatione tali argueretur stulta atque impia in auxilio fiducia humano, quam adesse posset, si recte quaereretur, diuinum. *Grozio* et *Vitringae* *Aegyptus terra ab utroque latere obumbrata* dicta videtur, quoniam ab occidentali et orientali plaga montibus concluditur. Montium autem attributum umbram esse, veluti Ierem. XIII, 16. Hanc sententiam comprobavit quoque Dathius. Nouo plane modo MICHAELIS verba nostra interpretatus est, in *Spicileg. Geograph. Hebraeor. Excer. P. I. p. 156.* „*Terram צלצל כנפים*, inquit, ego interpretari ausim, *terrans tinnitus alarum*: צלל enim *tinnitum* significare, quis ignorat? Alas autem et soli, et aurorae, Hebraei dederunt, vt Graeci atque Latini currum, vide Malach. III, 20. Psalm. CXXXIX, 9. Hatum alarum acutum stridorem, qualis in summa celeritate audiri solet, in regione orbitae solis subiecta percipi fingunt, fere vt *Tacitus* sonum emergentis solis trans *Suiones* audiri narrat, *Iuuenalis*que cecinit, *Audiet Herculeo stridentem gurgite solem.* Haec ergo mihi verborum interpretatio: *heus terra stridoris alarum, quae sita est ultra fluvios Aethiopiae!* hac sen-

sententia: *audies haec, ultima terrarum, ultra solis et anni orbitam.*“ Haec Michaelis, docte omnino et ingeniose. At enimvero remanet dubitandi ratio haec, quod de certa aliqua et definita regione sermo fit, non de remotiori quaedam cunq; tum quod כנפים sine adiecto aliquo substantiuo haud faciat satis liquidum, solemne an rem aliam, cui adiungi metaphorice alae queant, poeta intellexerit. — DOEDERLEIN hunc versum reddit sic: *Heus terra! strepit alis, qui trans fluvios Cuschaes etc.* (legatos mittit vs. 2.) et intelligit Taronem, cum magno exercitu Sanheribo obuiam euntem. „Nempe propheta,“ in nota adiecta ait, „qui, quantum vrbi suae periculum imminet ab Assyriis, Cap. XVII, 12., deinde quam insignis liberatio speranda sit, vs. 13. 14. dixerat, animum orationemque ad Taronem, quo tanquam instrumento Deus vsurus erat, in liberanda Iudaea fugandisque Assyriis, aduertit, laetusque exclamat: se iam strepitum (צלצל *tinnire*) exercitus Aethiopum citissime aduolantis audire sibi videri.“ Paullo aliter quidem, sed ita tamen, vt idem sensus prodeat, Henslerus verit: *Heus terra! stridor alarum! etc.*

Horch, o Land! Geschwirr von Fittigen!

Dorther, von Cuschäas Strömen, schallt's!

Nempe post אשר supplet ב. — Equidem omnibus hucusque memoratis interpretationibus praefeream Doederlinii explicationem, vtpote indoli vocum Grammaticae et vatis scopo et consilio conuenientissimam: nisi alia sese mihi offerret sententia, quae ob elegantem, et huic loco aptissimum, sensum, prae ceteris omnibus principatum tenere mihi videtur. Primus, quantum ego scio, illam protulit vocatus in *Miscellan. Biblioth. Heptad. IV. p. 144.* et comprobauerunt eam Aurivillius et Kocherus. Secundum hos צלצל כנפים *terram utrinque umbrosam* significat, quae appellatione vates *Aethiopiam* indicare voluit, quod Aethiopes, vt omnes supra Syenem inter vtrumque tropicum incolentes, sunt ἀμφιστοι, quos dixerunt geographi, hoc est,

habitantes intra tropicos, quibus lucente sole umbrae in geminam partem cadunt, versus meridiem, per unam partem anni, per alteram versus septentrionem; qua de re vide PLINIVM *Histor. Nat. Lib. II. §. LXXV.* Erat hoc diurnum phaenomenon, adeoque obvium vulgari experientiae, ut quin cognitum fuerit Iudaeis, atque adeo vati nostro, nihil omnino impediatur. Definit, Geographica ratione, ipsius ארץ, *regionis*, situm, quem in sequentibus pariter propheta videtur voluisse indicare. Conuenit etymologia, et forma et significatio utriusque vocis. צל צלצל *umbra geminam* significare posse nemo dubitabit. כנפים siue *duas alas* dixeris, quae geminam in partem cadenti umbrae eleganti metaphora tribuantur; siue *latus malueris*, *plagam*, *tractum* telluris *duplicem* interpretari, utrumque aptum huic loco erit. (אשר מעבר לנהר ירוש) Relativum אשר pertinere ad nominatam antea ארץ, manifestum est, siue Aegyptus cogitetur, siue Aethiopia, siue quae tellus alia. Sic et nomine כוש intelligendam regionem, quae a Syene, superioris Aegypti urbe ultima austrum versus, in longam porro tenditur amplitudinem, conuenit fere inter omnes; vid. not. ad Genes. X, 6. כוש כהר ירוש occurunt quoque Zephan. III, 10. Multi sub iis Nilum intelligunt, quem *Aethiopiae fluvii*, in eum influentes vehementiorem efficiant; מעבר autem *trans* vertunt; et *terram trans Nilum* Aegyptum hic nuncupari putant. Parum quidem probabile. Nam Aegyptus non est *trans Nilum*, sed *ad Nilum*; nec adtinebat, hunc fluvium in describenda Aegypto ab Aethiopia denominari. Equidem Aurivillio auctore מעבר *cis* vertendum putem, et omnino in versu hoc primo arbitrer partem eam veteris Aethiopiae, quae dici iam solet *Nubia*, tenendam, utpote vicinam Aegypto, et in qua tum *Sabacon*, pater *Taraconis*, tum Aethiopum ceteri, quorum meminit priscae Aegypti historia, imperii putentur sedem habuisse, ubi Aegyptum subiugarint. Quumque adeo צלצל כנפים commune erat

Aethio-

Aethiopiae vniuersae, restringit propheta, sequē regionem nunc eam velle subindicat, quae Aegypto propior, *cis Cushacae* iacebat *fluvios*, conspicuos in parte, quam אֲשֵׁרֶד dudum vocarunt Arabes, nostri inde *Habessiniam*. Neque tamen excludenda penitus Aegyptus, sed denominatio putetur facta e regione, quae principes dederat, non iam Nubiae modo, sed et Aegypto dominantes. Aethiopes enim tunc Aegypto imperasse, testantur HERODOTVS *Historiar. L. II. pag. 170. ed. Wesseling. DIODORVS SICVL. Bibl. Lib. I. pag. 75. ed. Wesseling. et Manetho apud Eusebium in Chronicis.*




2. (השלח בים צירים) השלח referendum ad praecedens vs. I. ארץ, quod, quia non tam tellurem ipsam hic notat, quam populum, vel etiam imperantem, construi poterit cum voce masculini generis. Conf. C. B. MICHAELIS *Dissertat. de Soloecism. Generis ab Synt. S. Cod. Ebr. depulso, §. XXVIII.* Nec igitur erat cur Henslerus pro הַשְׁלַח efferre mallet in Hophal הַשְׁלַח, *man sendet Bozhen übers Meer. ים, mare*, sumi potest vel latius, pro *sinu Arabico*, cui adiacet tum Aegyptus tum Nubia, vel strictius pro *Nilo*, quem ים dici solitum Hebraeis, videbimus ad Cap. XIX, 5. Ac sequentia quidem si conferantur, ea Nilo potiore locum in re praesenti vindicabunt. צירים iam olim vertit Chaldaeus, Syrus et Latinus: *legatos, nuncios.* Suadent hoc quoque loci Is. LVII, 9. Ierem. XLIX, 14. Obad. I. Proverb. XXV, 13. BOCHARTVS צירים *imagines* vertit, vt infra XLV, 16., et intelligi vult papyraceum caput Osiridis, quotannis, nauigio ex papyro facto, ex Aegypto Byblum delatum. Quod quam alienum sit ab hoc loco, quisque sponte sentiet. (בבלי במא על-פני-מים) Pro his verbis Alexandrini posuerunt: *καὶ ἐπιστολας βιβλικὰς ἐπὶ τὸ ὕδωρ*, vel quod legerunt *בבלי*, *consutum, complicatum*, a *בבל*, *vincire*: constat enim, papyrus ex huius fruticis philyris compositis esse paratum: quae FABRI est coniectura in *nott. ad MARMARI Beobacht. über den Orient. P. II. p. 125.*: vel quod

quod contulerunt Arabicum *کتل*, quod in coniugat. quinta significat *sermonem confusum protulit*, vnde Aurivillius coniecit, quod mihi certe parum probabile, olim idem illud verbum adhibitum esse in *litteris* raptim et celeriter scribendis. Quicquid autem Alexandrini legerint, illud tamen certum est, illorum interpretationem multis adeo placuisse, vt putarent, prophetam alludere ad superstitiosum Adonidis cultum, quo eius reditum in vitam Alexandrini Bibliensibus epistola vasi inclusa et mari iniecta nunciassent. Sed cum omnino admodum incerta sit haec narratio, nec illud satis liqueat, an Iesaiæ aeuo receptus fuerit hic ritus, parum est probabile, vatem illam ceremoniam respexisse. Symmachus, Aquila et Theodotion, cum Latino et Syro ad litteram verterunt: *in vasibus papyraceis*. Sed intelligenda sunt omnino *naugia* (vnde et Chaldaeus posuit *נאוגין*, *nauculas*), quae ex *papyro* (vid. ad Exod. II, 3.) contexta fuisse ab Aegyptiis PLINIVS docuit et THEOPHRASTVS, NEC NON PLVTARCHVS in libro *de Iside et Osiride*: quorum scriptorum verba adduxi in not. ad Exod. II, 3. Addendus LVCANVS Lib. IV. vs. 36.

— — *Cum tenet omnia Nilus,*

Conferitur bibula Memphitis cymba papyro.

Apud vatem nostrum vero haec verba pertinent ad descriptionem eius terrae vel populi, quem in mente habuit, commercia haud dubie cum gentibus finitimis navigatione iustinentis. (לכי פלאבים קלים) *Ite leues nuntii*. Nempe fuerunt cymbae papyrinae mirae leuitatis. Refert Achilles Tatius, maiores non fuisse, quam vt singulos vectare possent. Si aliusmodi fuerint, limo praepeditae retentae essent. Nec tamen necesse est, *nuncios* huiusmodi nauiculis vectos putare; cum *naugia papyracea* ad communem Aethiopum Aegyptiorumque descriptionem pertinere viderimus. Potuit propheta *celeres* omnino *nuncios* appellare, qui Sanheribi stragem quam citissime remotis gentibus annuncia-

nunciarent. מירור (אל גוי ממשך ומרר) Miror interpretes, quos vidi, fere omnes, iis quae sequuntur, vel *Aegyptios* vel *Aethiops* describi putasse. Solus Koppius vidit, de alia plane gente quam hucusque descripta (quam *Aethiopes una cum Aegyptiis* fuisse vidimus sub fin. not. ad vl. 1.), quae nuncios ad populos remotiores mittere iubetur, nunc esse sermonem. Describuntur nunc potius gentes illae remotiores, quibus ab Aethiopibus subita Sanheribi strages et Iehouse potentia nuncianda esset. Quales gentes vates intellexerit, nemo nunc facile dixerit. Si tamen coniecturam proferre liceat, *interioris Africae gentes* describere voluit vates: sibi ipsi fortasse parum cognitae. Hinc ut de singulis attributis certi quidquam hodie afferatur, plane desperandum erit. Recensebo tamen varia interpretum tentamina. גוי ממשך Michaelis vertere mallet *gentem excoriatam* (א משך corium), et id fortasse iam respexerunt Chaldaeus, עמא אנכסא, *populus vim patiens*, Syrus,  *populus vexatus*, et Vulgatus, *gens convulsa*. Waltherus lucem petiit e dialecto Syriaca, in qua  *caluities* est. DOEDERLEIN in nota ad h. l.: „mihi olim suspicio suborta, annon possit verti: *gens distortis cruribus*. Graecis quidem *διεστραμμενοι* sunt, qui pedes habent incuruos. Sic apud *Pausaniam* in descriptione *arcae Cypseli* occurrunt *παιδες διεστραμμενοι ποδας*, quos elegantissima praelectione *Heynius* pueros varis cruribus esse monstravit. מירר si a מרר deducatur, nationem signat, *depilem, glabram*, idque de Aegyptiis exponunt, quos Herodotus II, 47. testatur saepe solitos fuisse pilos corporis abradere. Equidem referrem ad radicem , ירט, Arab. *lutofus* fuit; *gens lutofa* erit *gens fusci coloris*. Vtrumque de Aethiopibus dici potest. De colore nemo dubitat; de *incurvis cruribus* dubitarem ipse, nisi *Aristoteles* et *Pezronius* et recentiorum peregrinantium relationes fidem facerent. *Aristoteles* quidem in *Problem. Sect. 14. Quaest. 10.*

disquirit: Διατι Αἰθίοπισ καὶ Αἴγυπτιοὶ βλαῖστοι εἰσιν; διότι ὑποθερμὸς διασφρατίζεται τὰ τῶν ζῶων σώματα. Petronius autem Saryric c. 102. genuinum, vt resectum praeceptum Indavorum, ita Aethiopum characterem crura in orbem distorta haberi, haud obscure prodit. Denique quasdam Aethiopum a Guineae ore vsque ad promontorium nigrum habitantium familias varis cruribus distingui Schreberus ex *Histor. Itinerarior. Vniuers.* T. IV. pag. 122 seq. obseruat. Haec quidem in priore versionis nostrae editione proposueram. Adde novam coniecturam. תַּשְׁמֵן נִרְגָּל *gens protracta* Aethiopes vocari videntur, quorum tum imperium latissimum fuit. Haec Doederlein, cuius doctas obseruationes, quamquam ego per omnia eis adfentire non possum, integras tamen adducere volui, quod fortasse aliis, certius quidquam, aut certe verisimilius aliquando proferre ansam praebent. אַתְּשָׁמֵן, *protraxis, in longum retendit*, gentem indicari multi putant, longe protractis tensisque habitantem finibus, hoc est amplissimam. Similiter VITRINGA *gentem in longum protensam* vertit, sed *Aegyptios* intelligit, quod terra eorum a Septentrione versus Austrum iuxta utramque Nili ripam in longum quasi protracta et habitata est. Quod Dathius etiam comprobauit. Koppius תַּשְׁמֵן, *in longum protensus*, de *statura corporis procera* intelligit. Id fortasse iam Alexandrini spectarunt, qui verterunt: μεταρρον εἶδος. Gentibus remotis et parum cognitis veteres saepe immensam corporis staturam adfingere solebant. Equidem tamen, auctore SCHVLTENSIO in *Animadversf. ad Job. XXVIII, 18.* in *Opuscul. minor.* p. 63., verterim: *gens valida et inaccessa*. Scilicet Arabibus verbum תַּשְׁמֵן, אַשְׁמֵן, primum est, *cohibere*, deinde, *inaccessum esse*, de viris bello claris et heroibus, *fortitudine*; vnde et אַשְׁמֵן, *vir fortis, validus, strenuus*. מִרְגָּל Alexandrini ζευγ, Chald. בִּזְיָא, *direptum*, Syrus מִרְגָּל, *evulsam*, Vulgatus *gentem dilaceratam* reddiderunt. Recentiores fere omnes *gentem rasam, dep-*
lem,

lem, *glabram* vertunt a מרט, vid. supra Doederlinii notam. AVRIVILLIUS: מרט, participium coniugat. Hophal, פסיתא vocali cholem, pro vulgatiore schurek, e primitiuo מרט, quod seruarunt Arabes in significato *profundi, depressi, occulti, inuii*; liceat proinde interpretari gentem *disiunctam longius semotamque*; tametsi nec magnopere abnuero, si quis *asperam et sacuam* maluerit, quum et *קורטה* ورتة Arabes explicent *rem omnem, e qua eripi, quamque euadere, quispiam difficulter possit*. Ego posterius nostro loco conuenientissimum putarem. (כורא מן הווא והלאה) Perperam haec verba plerique verterunt: *populus terribilis a quo fuit et usque*. Recte vidit Koppius, verba nostra nihil aliud posse significare nisi hoc: *ultra huius populi* (כורי ממשיך מרט) *fines ulterius progredientur nuncii ad populos alios ferocios etiam*. Alexandrini, *ἄνευ ἀνελευσίου*, *gentem absque spe*, Aquila, *ἄνευ ὑπομενον*, *gentem tolerantem*, Vulgatus, *gentem expectantem*. Arcessiuerunt significationem vocis a קרה, *expectare*. Chaldaeus *אניסא vim patientem*, Syrus, *בטלן* *populum foedum*. Quoniam קר *lineam* significat, et deinde transfertur ad significationem *praecepti, institutionis, regulae*; Vitranga vertit, *gens praecepti et praecepti*, qua appellatione Aegyptios insignitos ille putavit ob ceremoniarum infinitam multitudinem. Miror, hanc sententiam Dathio quoque comprobata esse. MICHAELIS: *gens dimensionis fune*, i. e. gens, cuius terram victores inter se diuiserunt. Sed in *Adpend. ad Tom. XIV. Biblioth. Oriental.* p. 26. 27. legere mallet קיקר, quod pro nomine regni Kuku in Africa habet; a principe *Edrifi*, vulgo *Geographo Nubiensi* Clim. I. Sect. III. pag. 16. text. Arab. descripti. Doederlein olim verterat: *gens sub linea sita*; sed nunc ei magis aridet: *populus, qui fune utitur*; quod poetice dictum putat de gente, quae alienas prouincias occupat et fune diuidit. Ego prorsus adsentior Koppio et Aurivilio.

lio, קר-קר referendum esse ad radicem קרה, Arabibus قوي, quae proprie denotat, *complicare, congregare*, indeque *robustum esse* tum corpore, tum animo. E *complicando* et *contorquendo* orta nomini קר significatio *fili* primum, dein *normae, regulae*, sed quae parum huc videtur quadrare. Cognatum et tritissimum Arabibus قوة, *robur, virtus, potentia*, sentum dabit facilem, minimeque ineptum, si ברי קר-קר vertatur *gens multi magnique roboris*; nam geminatio vocis auget significationem. ומבורסה, et gentem *conculcationis*, alii sumunt actiue, vt designetur *populus*, qui omnia conculcat et subigat, alii passiue, de *populo* a viatore *proculcato*, i. e. duriter tractato. Contextus nos dubitare non sinit, quin designetur *gens fortitudine insignis*, quae solita sit alias *conculcare*, id est *devincere*; nam hoc sensu vsurpari primitivum ברס, docent loca Ies. XIV, 25. LXII, 6. Psalm. XLIV, 6. LX, 14. FABRI interpretationem (in nott. ad Harmarum T. II. p. 314.), *gens limosa*, i. e. cuius terra quotannis Nili limo obducitur; et DATHII; *terra calcans*, quod Aegyptii tolerent Nilo in alueos suos regresso pecudes in agros seminatos agere ad semina conculcanda; retulisse satis erit. (אשר בואו נהרום ארצו) Haec verba forent planissima, si modo constaret potestas verbi בוא, non alias occurrentis, sed nec propterea confundendi cum בוז, *diripere*, vt vulgo faciunt, vertentes, *cuius terram fluvii diripiunt*, i. e. inundant. Nec tamen tacendum est, quatuor codd. Kennicott. בוז exhibere. Rem ipsam quidem et contextum si cogitemus, vix aliud subesse posse videtur, quam *peruadere* aut *inundare*. SCHULTENSIVS in *Institut. ad Lingu. Hebr.* p. 491. „radicem בוא olim extare potuisse, quis negat? Si cognatum quid sectandum erat, ad בור, *contemnit*, potius decurrendum fuisset: vt בוא pro בור sit enuntiatum, vel בויר. Digna phrasis: *flumina contemnunt terram*, i. e. inundant.“ Vir quidam doctus, cuius verba Lowthius refert, contulit Syr. בנה, et Chald. ביתא, *mamma*, vertitque,

titque, cuius terram flumina nutriunt, i. e. irrigant. Sed in voce illa Aramaea & non est littera radicalis, vade cum nostro verbo conferri non potest. Alexandrini pro בואר posuerunt בוא (בואו οι ποταμοι της γης), ac si idem esset cum בוא, in hoc scilicet tempore, et vs. 7. in parte, ο εστι εν μεση ποταμους της χώρας αυτης vnde Michaeli suspicio orta, vocem nostram non esse verbum primae radicalis *Beh*, sed בואר cum ב praefixo. Quid vero illud בואר sit, de eo ipse iudicat. Triplici tamen modo id interpretari tentat MICHAELIS in *Supplementr. ad Lexx. Hebr.* P. II. p. 581. 1) „Possitne esse Arabicum فاء Hebr. בואר, ipseitas, res ipsissima, momentibus etiam lexicographis a فو masculino ortum? Sic verterem, cuius terra in ipsis sita est fluminibus, i. e. fluminibus undique cingitur, vel etiam solstitiali tempore, vt fieri in Africa media solet, inundatur. 2) Aut si hoc displiceat, leuiter possis inmutare: فو, Arabibus etiam, habens aliquid, diues rei, ea fere constructione, qua Hebraei suum בעל ponunt, possit ergo sita dici in בואר נהרים, i. e. tractu fluuiis abundante et largiter rigato. 3) Possitne superbiam significare, a فاء, superbiuit, hac sententia: cuius terra in superbis est fluminibus, illis siue cineta undique, siue et aestate inundata?“ Vltimum hoc Koppio quoque placet. Ego tamen omnibus hucusque memoratis sententiis praefero Simonis interpretationem, in *Lexico Hebr. confectis Arab.* فاء, extulit se superbius, item subiicit sibi, vnde vertendum est, subiecerunt sibi, i. e. inundarunt. Consentit etiam Dathius. Faber l. c. huic verbo exaltandi significationem tribuit, et verba explicat de exaltatione terrae, quae fiat limo per Nili inundationem inducto. Sed male verbo hanc significationem ex substantiuo فاء prouerberatio peetoris aut dorsi, eoque valde dissimili, affinxit.

3. Quisnam in hoc versu loquatur, de eo dissentiunt interpretes. Sunt, qui *Dei* verba existiment, exercitus Assyriaci stragem omnibus terræ gentibus notum facientis. Sed Iehoua versu demum sequenti loquitur. Alii, vt Aurivillius, haec verba esse putant legatorum Aethiopum, Africae gentes excitantium, vt sese ad bellum contra Sanheribum pararent. Doederlein: „bellum Aethiopum genti demandatum est, cuius euentum reliquae gentes anxie expectant.“ Verum enimvero totius carminis scopo et consilio, quale in superioribus indicauimus, haud dubie convenientior est *Virringae* sententia, vatem Iehouae iussu omnes gentes excitare, vt attendant ad cladem illam, qua constituerit ille compescere ferociam atque arrogantiam Assyrii, vasta animo voluentis consilia. (כנשא נס־השמער) *Cum sustulerit signum* scil. imperator hostilis. Signum autem in montibus erigere, et tuba clangere, idem valere, ac milites ad arma cogere, discimus apud nostrum Cap. V, 26. XIII, 2. tum et Ierem. LI, 27. Iud. VI, 34. Sensus itaque est: cum hostis exercitum magnum nunc cogit, vos omnes attendite, quid Iehoua faciat.

4. (אשקוטה ואביטה במכורי) Iehoua quietus spectat Assyrii molimina ad rempublicam Iudaeam perdendam. Similitudo ducta est ab homine, suarum rerum ita prouido et certo, vt nullo moueatur eorum, quae inciderint metu ac sollicitudine; qui sua sibi ope suisque viribus sufficit, et quietus vsurpat oculis, quae alibi agantur. Quae quietas in Iehoua suae potentiae fiducia illustratur porro gemina imagine. Altera, כחם צה עלי אור, *caloris fereni iuxta lucem*, h. e. vbi solis splendorem nulla vel nubecula intercipit, vbi silent venti, sudumque per aera vix lenissime sentiuntur spirantes aerae. Altera, כעב טל בהם קציר, *rorantis nubis feruida sub messe*, quandoquidem neque tempestatu vlli locus, stillante rore, est, sed et summa regnat quies. — Agunt multis vulgo interpretes, vt siue ex vtraque, siue

ex alterutra illa similitudine, hinc vindictae minas in hostes, hinc promissum de tuendo Dei populo eliciant. Huc referendus VITRINGA: *ut calor serenus super olus* (quasi אור ארז idem significaret אור ארז, 2 Regg. IV, 39. cui oleris significatum tribuunt) *ut nubes rore stillans tempore messis*, i. e. *ut calor sudii, aut nubes rore stillans fructus agrorum recreat, ita ego populum meum, praestito auxilio.* Sic et Dathius. DOEDERLEIN vertit ita: *equidem tranquillus e sede mea spectrozum aestum, adurentem olera, tum roris nubeculas tempore aestivo*, et in nota addit: „*Aestus calamitatis imago est, ros refrigerii: hinc sensus: Deus spectat omnes fortunarum vicissitudines, quas Iudaei experturi essent.*“ Et eundem hunc sensum haud dubie Michaelis spectavit, cum vertit: *Ich will von meinem stillen Sitz zusehen, wenn Felsen vom Sonnenbrand glühen, und wenn in der Hitze der Erndte eine Thauwolke aufsteigt.* Consentit Henslerus. Lowthus, vocem אור pluviae significatu, Kimchio auctore, sumens, vertit: *Gleich heitrer Sonnenwärme nach dem Regen, gleich Thauwolken am Erndtetag*, scil. Israelitis praesidio et auxilio sum. KOCHERVS; *quies in mea sede adspiciam: (futura) tanquam aestus ad solem fulgidus (torrensque his), ut nubes vorans per aestum messis (his).* Verum enimvero recte Aurivillius monet, e priori hemistichio petendam esse rationem superadditae, in altero, vtriusque similitudinis, illuc potissimum tendentis, ut quam sit in Deo statutorum amoenissime consentientium liquida auctoritas. — Ceterum pro קציר בהם Lowthus, Dathius, Michaelis et Doederlein קציר ביום קציר *tempore messis* legere mallent. Habent sic codd. multi, nec non Alexandrini, Syrus et Vulgatus. Mihi tamen quod textus Masorethicus exhibet, בהם, magis poeticum videtur.

5. Bene hunc versum exposuit N. G. SCHROEDER in *Observatt. ad Origg. Hebr.* p. 123 seq. כי לפני קציר, *profecto ante tempus messis*, antequam colligi potuere maturae

vuæ; כחם פרה, *absoluto germine seu gemma*, editis dudum rudimentis orituri inde floris fructusque; ובסר נטל יהיה נצה, *flosque abierit in omphacem maturefcentem*; יהיה genere hic conuenit praedicto praemisso. non subiecto sequenti, ut opposite monuit Kocherus. Cuiusmodi Ciceronis illud: *non omnis error stultitia est dicenda*: Terentii: *Amantium irae amoris redintegratio est*. Itaque hic dicere licet: qui modo flos fuerat, omphax facta est. Schroederus l. c. נצה refert ad

نَضٌّ, *micare*, illudque vertit adiectiue *micans*, *pellucida*, quod *vuæ maturæ* aptum epitheton putat. Sed cum tres hae phrasæ omnes *unum* tempus significant; id nimirum, quo vitis in summo vigore posita est, fructusque *maturefcentes* (nondum *maturi*) laetam vindemiam certo promittunt; ego priorem illam interpretationem praefendam censeo. Nempe loquitur vates h. l. de horribili clade, quam Deus exercitui Assyriaco inflicturus erat, eo ipso tempore, quo is conceptam spem plenissimæ victoriæ quasi maturuisse et fructus belli iamiam carpentos esse opinabatur. Eam cladem eleganter exprimit emblemate vitis, quæ postquam laeta et luxuriante germinatione omnes suos palmites, frondes et pampinos protulit (כחם פרה), suasque vuas ad plenam fere maturitatem perduxit (ובסר נטל יהיה נצה), ante institutam vindemiam saeua manu subito contruncetur.

6. Oratio figurata in propriam conuertitur. Ac patet quidem haud obscure, palmites ac propagines ante messem in vitibus amputandas, designare duces militesque Assyriaci exercitus, qui dum maxime meditabantur victoriam, communi caede disiicerentur. Horum igitur cadauera, quod legitur vs. 6., יעזבו יחדו לעיט הררים ולבהמות הארץ, *erant relinquenda rapacibus montium volucribus et feris terræ*, futura ἐλαφικα κυνεσσιον οὐνοισι τε πασι, ut est in Homero. Haec cadauera vero locis, ubi inssepulta iscerunt, eam intulerunt foeditatem, vt עלייר העיט קץ *nauseabunda detestarentur*

tur volucres, וכל בהמות הארץ עליו חחרה, et ferae bestiae dedignarentur et fastidirent. — Chaldaicum forsitan secutus, auctor Vulgatae dedit: *aestate perpetua erunt super eum volucres et omnes bestiae terrae super illum hiemabunt*, quod ratum dein habuerunt recentiorum non pauci. Enimuero si intelligantur, quos habet allegoria versu 5., abscissi palmites visum, haud sane promptam erit percipere, qui futurus in his locis rapacibus auibus ut feris bestiis; sin cogitentur occisorum cadauera, fuerit per aestatem hiememque distributa auibus bestiisque mansio, praesertim longior, aequae aliena. Ne memorem, קץ pro *aestate exigere*, et חחרה pro *hiemare* in aliis locis Biblicis verbali forma non deprehendi. Neque ita sumsit Graecus, qui habet: συναχθησονται ἐπ' αὐτοῦ τὰ πετεινά τὰ ἄγρια, καὶ πάντα τὰ θηρία τῆς γῆς ἐπ' αὐτὸν ἕξει: nec Syrus, in quo legitur: *congregabitur super eum volucris et omnes bestiae agri indignabuntur eum.* Quum igitur multo sit fortius, et ad expingendam diritatem stragis accommodatius, si cadauerum cogitetur tam horrida congeries, ut fastidium denique mouerit ipsis animantibus, istorum alias cupidis, quumque eam interpretationem admittant ambae voces קץ et חחרה, haec haud dubie praeserenda. Nimirum praetulit iam ante quoque Abarbenel, explicans קץ per ימאסו ולא ירצו לאכלם, *aspernabuntur nec volent ea comedere*, e חחרה e Jobaeo illo Cap. XXVII, 6. לא יחרה לבכי מימי, *non probro afficit, condemnat, cor meum partem vitae meae vllam.*

7. Communi illo hoste Iehouae auxilio plane deletis; omnes gentes, etiam remotissimae, Iehoua gloriam celebrant, muneribusque eum honorant. Conf. Ps. LXVIII, 30. (עם ממשך ורו) Pro עם legendum esse מעם, ex sequenti membro apparet, in quo est כורא מעם. Sic quoque Chaldaeus, Alexandrini et Vulgatus legerunt. Quum littera מ in vocibus statim sequentibus *quater* occurrat; illa scribae alicuius negligentia facile ante nostrum עם excideret.

poterat. — Syrus vertit: *illo tempore populus — munera obferet* (נִבְּלָה), quasi pro יִבְּלָה legisset in Hiphil יִבְּלָה siue יִבְּלָה. Sed qui ita efferre volunt, ii etiam pro נִבְּלָה legere נִבְּלָה necesse habent.

CAP. XVII. v. 12. *O strepitum populorum multorum, instar maris fluctus tumultuantium! o tumultum nationum, ut strepitus aquarum vehementer strepentium!*

13. *Nationes instar tumultus aquarum multarum tumultuantur; — sed increpat eos Iehous, et procul aufugiunt, et fugantur ut gluma montana a vento, ut vortex a turbine!*

14. *Tempore vespertino perturbatio! — ante matutinum tempus non amplius est! — Haec est fors eorum qui nos spoliant; haec portio eorum, qui nos diripiunt!*

CAP. XVIII. I. *Heus terra; cui in geminam partem cadunt umbrae, quae est citra flumina Cuschaëae!*

2. *Quae mittis per mare legatos, et vasis scirpeis super aquas! — Ite nuncii celeres ad gentem inaccessam et asperam; ad populum formidabilem, et inde ulterius ad gentem fortissimam et ferocem, cuius terram fluvii inundant! —*

3. *Vos omnes orbis incolae, et terrae habitatores; cum videritis vexillum in montibus erectum, cum tubae sonum audiueritis, attendite!*

4. *Nam sic fatus est Ioua ad me: tranquillus ego sum, et desuper intueor meo in habitaculo (quietus): instar caloris sereni iuxta solis splendorem, instar vorantis nubis feruida sub messe.*

5. *Quippe ante mensem, perfecta gemma, et flos fuit factus omphax mollis; excindet palmites falcibus, et propagines amouebit amputando.*

6. Relinquentur auibus rapacibus, et feris animalibus: nauseabundae (cadauera eorum) detestantur volucres, et fastidiunt ea ferae bestiae! —

7. Tunc munera offerentur Iehouae, exercituum Domino a gente inaccessa et aspera, a populo formidabili, et quae inde ulterius a gente fortissima et feroci, cuius terram fluvii inundant, ad locum, in quo Iehouam, Exercituum Deum, adorant, ad montem Sionem.



L I P S I A E

EX OFFICINA SOLBRIGIANA.

C O R R I G E N D A .

- Pag. 6 Lin. 3 pro minus placet lege displicet
 — 10 — 31 — ناض — ناض
 — 15 — 9 — queas — quit
 — ead. — 25 — κατετραμμενη — κατετραμμενη
 — 23 — 4 — de de — de
 — 46 — 28 — Post *splendere* adde: Verum haec si-
 gnificatio verbo illi plane precarie
 adficta est a Michaelē. ^لفهر^ر semper
 est *fodir*; nusquam *luxit*.
 — 59 — 20 — ὀφθαλμοι — ὀφθαλμοι
 — ead. — 25 — Vogelus — Vogelius
 — 60 — 26 — carinis — puppibus
 — 69 — 16 — simili — familia
 — 73 — 15 — ἐπαδη — ἐπαδη
 — 75 — 19 — ~~مينا~~ ~~مينا~~
 — eod. — vlt. — ~~minus~~ — ~~parum~~
 — 77 — 19 — ~~esse delendum~~
 — 80 — 20 — ^سكسر^ر — ^سكسر^ر
 — 95 — 8 — *Ped.* — *Paed.*
 — ead. — 26 — queri — quem
 — 97 — 17 — *que* inter et *a* pone: etiamnum
 — 98 — 20 pro *etrails* lege *etroits*
 — 110 — 7 — מסחר — מסחר
 — 120 — 22 — ^بتي — ^بتي
 — 130 — 12 dele: V, 26.
 — 188 — lin. 1 *Argumenti*, post *Huius* pone: *carminis*
 — 201 — 8 post: *Samuele* dele punctum
 — 208 — 23 post: *Nam* dele punctum.
-

